5 lide et efficaces.¶ † His tamen minime refragantibus contrariū arbitror de iure fore respondendum.Nam primo ꝛ ante oīa dictā comitissam Laurā constat fuisse enormiter lesam ꝛ verisimiliter deceptam:ipsa enim habebat in dictis castris ꝛ alijs bonis feudalibus et non feudalibus ratam suam virilem:prout cetere due sorores maiores ꝛ erat sub cura ꝛ regimine dictarum sororum quo ad personam et bona vt.s.in secundo p̄supposito.Nam erat rō quare sorores ille curarent ꝙ illa puella Lau.priuareᷓ illis bonis. Cui enim est dubium ꝙ dicta Laura non minus de facili inuenisset virum cum suis bonis estimationis sex milium flo.incontinenti habituris quā cum dote trium milium florenorum cum longis dilationibus ex redditibus detrahendis vt in puncto: licet itaqꝫ non valuissent eius bona plusqꝫ sex milia floreñ.et eis renūciauerit pro tribus milibꝰ florenis:tamen fuit excessus et lesio lōge vltra dimidiam vt ita dixerim iusti p̄cij.Ex quo dicta dos erat exsoluenda per longum tempus de introitibus.debet enim haberi consideratio interusurij medij temporis.argu.d.l.si constāte.§.quotiens.ff. solu.matri.et.l.sed si non seruus.§.fi.et.l.in lege falcidia non habetur pro puro. et.l.in quantitate.§.in diem.et.l.qui quadringenta.§.fi.ff.ad legem falci.et.l.si mandauero.ff.mandati.ad hoc etiā l.j.§.editiones.ff.de eden.vbi tempus solutionis summe comparatur.Si enim dicta comitissa Laura vel Zanobius eius vir bona integra dicte comitisse Lau.habuisset ex fructibꝰ cōsecuti fuissent eo tempore illam quātitatem trium milium florenoruꝫ tēpore illo longo adiecto in promissione dicte dotis vel saltem si non totā bonam partem:attento etiam qđ stetit per aliquos annos anteqꝫ accesserit ad domum viri:qđ et persuadetur maxime ex eo qꝛ prout mihi dicitur in dictis bonis refutatis erant plura castra communia inter dictas tres sorores:adeo ꝙ contingebat in partem dicte comitisse Laure vnum castrum.Et tamen dicitur in puncto ꝙ dicta dos erat extrahenda de redditibus vnius ex dictis castris.Est etiā aduertendum ꝙ dicta comitissa Laura erat puella parue etatis tempore mortis patris ꝛ matris:ita qđ est verisimile qđ paruis indigeret impensis.Nec est verisimile ꝙ omnes redditus sue partis conuerterentur in suos sumptus.Et illi redditus verisimiliter ad manus sororum que erāt maiores natu ꝛ habentes gubernationem et persone et bonorum dicte puelle Laure:vt narratur in secundo p̄supposito peruenerunt: adeo ꝙ de facili ex redditibus preteritis saltem vna cum futuris poterat illo longo tempore de facili verisimiliter solui integra quātitas ita promissa dicto Zanobio vel saltem magna pars ipsius.Ex quibus deprehēdi potest ꝙ

non solum fuit excessus in dimidia: sed in longe pluri: adeo ꝙ de-
prehendi potest neduz magna ⁊ enormis quinimmo enormissima
lesio. Et sic nos sumus in meris terminis. d. l. ij. C. de rescin. vendi.
et. d. c. cum causam. ⁊. c. cum dilecti. eo. tit. ⁊. l. si quis simpliciter. ff.
de verb. obli. Sed ex tam enormi lesione videtur argui dolus pre-
sumptus dictarum comitissarum. A. ⁊. B. donatarium. arg. l. oēs.
§. lucius. ff. de his que in frau. credi. ⁊. c. quintauallis. de iureiur. et
qđ habetur in. c. veniens. eo. ti. ⁊ per Bar. in. l. si societatem. ff. arbi
trorum. ff. pro socio. ⁊ ita firmat do. Anto. de but. in. d. c. cum con-
tingat. dicens ꝙ ex enormi lesione elicitur dolus p̄sumptus quod
et tenet Pet. de ancha. in ampla repeti. c. j. de constitu. in antiqs.
in qōne. xj. dicens se ita consuluisse senis. Ex quo enim in tantum
leditur minor non videtur absq dolo ⁊ fraude contrahentis cum
minore prout dicit ipse Pet. de anch. in dicta repeti. ⁊ in dicto cō
silio. cuius dicta sequitur in effectu do. Nico. in. d. c. cum cōtingat.
in. xxxj. et. xxxij. col. quia presumitur dolus: ⁊ quia iurans non pre
sumitur talem casum cogitare. d. c. veniens. ⁊. d. c. quintauallis. Et
quia iura communiter excipiunt dolum ⁊ paria sunt adesse dolum
ex proposito et re ipsa. d. l. si quis cum aliter. ⁊. l. ij. §. circa. ff. de ex-
cep. doli. in generali enim locutione videntur excipi graues lesio-
nes argumentum optimum in. l. creditor. §. lucius. ff. mandati. ⁊. l.
aurelio. §. j. ff. de libera. lega. ƀm ipsum do. Nico. qui dicit ꝙ nisi ex
coniecturis appareat animus vere donationis quātūcūq verba
sint late concepta non presumitur animus donādi: sed potius ver
ba apposita ex consuetudine notariorum ƀm eūdem do. Nico. vbi
similiter ⁊ Bal. in corpore de pace iuramē. fir. §. item sacramenta.
in vsibus feud. in. iiij. q. dicit ꝙ vbi minor enormiter leditur presu-
mitur dolus ex enormi eorum lesione: vt quia faciunt venditionē
de omnibus eorum bonis vel renunciant hereditatibus sibi debi-
tis ƀm eum. Constat autem dolum ex proposito non posse vere et
directe probari cum in animo consistat iuxta glo. singularez insti.
de acti. §. alie. sed probatur ex coniecturis et perspicuis inditijs. l.
dolum. C. de dolo. ⁊. l. dolus. C. de rescin. vendi. Cum eñ dicta dña
Laura esset minor annis non nupta apud manus: ⁊ quodāmodo
sub fortia ⁊ potestate suarum sororum et maritorum suorū consti-
tuta per id quod dicitur in secundo presupposito de facili ignara
rerum suarum ⁊ earum estimationis ⁊ in puncto dicatur ꝙ fuerit
inducta a dictis sororibus et alijs pro eis: licet hoc vltimum forte
probari de facili non posset. Satis potest argui dolus ex proposi-
to ex vrgentibus inditijs resultantibus ex qualitate facti: put di-
cit tex. in. d. l. dolus. Et hoc concurrente facto postea secuto: quia
dicte dñe comitisse. A. ⁊. B. postea asseruerunt ꝙ dicta comitissa
Laura nunq̄ accedet ad domum dicti zan. sui viri nisi prius itera
to renunciaret ⁊ donaret in forma valida ea que prius renunciaue
rat et promiserat. Et insuper pro parte dicte comitisse. B. et. S.
eius mariti fuit affirmatum ꝙ non accederet ad domum predictā
nisi prius vltra supradicta renunciaret etiam hereditati ⁊ bonis di
cte domine comitisse. B. vt narratur supra in septimo presupposi
to. Que omnia non solum verbis asseruerunt: sed opere compleue
runt. Quia per duos annos ⁊ vltra a die sponsalitij proterue factū
est ꝙ dicta comitissa Laura non valuit accedere ad domum sui vi-
ri nec postea verisimiliter accessisset nisi dicta comitissa Laura ve-
nisset ad secūdam renūciationem: ⁊ secūdam donationez de bonis
prius renūciatis ⁊ donatis ⁊ ad renunciationem de bonis domi-
ne. B. et ad contractus celebratos per Tancredum ⁊ zanobium et
Jacobum procuratorem Tan. de quibus omnibus in septimo et
in nono presuppositis fit mentio. Ex quibus deprehenditur eui-
dens dolus adhibitus in secūdis renunciatione ⁊ donatione que
super eisdem rebus emanauerunt. et pariter super tertia renuncia
tione de bonis dñe. B. Et ex pñti presumimus in preteritū. xviij.
dist. peruenit. xliiij. dist. multis. xxxiiij. q. ij. cum per bellicā. vbi glo.
et glo. in. c. scribam. de presump. Et si forte ad excusationem doli
diceretur ꝙ ideo dicte comitisse. A. et. B. et filij dicte comitisse. A.
non sunt passi dictam comitissam Lau. accedere ad domum dicti
zan. sui sponsi seu mariti. quia Tancre. predictus non volebat ob-
seruare que promiserat cum nollet ꝙ dicta comitissa Lau. iterato
renunciaret et donaret prout conuenerat: vt supra quinto presup
posito puncti. Et ideo non dolose sed indignatione quadam con
tra dictum Tan. Nam respondetur ꝙ et si hoc esset non propterea
tolleret dolum erga dictam comitissam Lauram: que nō debebat
propterea priuari accessu ad eius virū. Sz clarius minime suberat
causa indignationis: nam dictus Tancredus promisit curare qđ
predicta fierēt postq̄ dicta comitissa Laura fuerit ducta ad domū
ipsius Tancre. vel dicti zan. sui viri: itaq anteq̄ eam ad domū du
ceret non promiserat quicq̄ facere. Ideo non suberat aliqua causa
6 indignationis erga aliquem ex eis. † Ex his itaq deducitur di-
ctos contractus dolo re ipsa et ex proposito emanasse maxime se-
cunda renunciatio et secunda donatio et tertia renunciatio dicte
comitisse domine Lau. ideo predicta a muliere emanata non va-
luisse: nam iuramenta dolo extorta non validant contractus alias
inualidos nec iuris remedia tollunt: vt. d. c. cum contingat. et. d. c.
quāuis. et. d. aut. sacramenta puberum. Cum itaq dicti cōtractus
fuerint celebrati super rebus minoris immobilibus ⁊ his que ser-
uando seruari poterant. nec interuenerint solēnia iuris: maxime
iudicis decretum qđ requiritur. l. ob es. et. l. si prediuz. C. de predi.
mi. et quasi in toto titu. et. ff. e. l. j. cum infinitis similibus. ⁊ ppter-
ea sint contractus nulli vt dictis iuribus. et. l. non solum. et. l. si qui
dem. eo. ti. Et donationes etiam cum decreto a minoribus fieri ne
queant. l. fi. §. fi. C. si maior factus. Et donatio vltra summā. ccccc.
aureorum non insinuata non tenet. l. sancimus. C. de dona. cum si-
milibus. Profecto nulli sunt dicti contractus nec iuramēto iuua
ti per predicta. Primus autem contractus renunciationis et do-
nationis dicitur etiam pati defectum omisse solēnitatis forte re-
quisite a iure municipali. Nec est verisimile ꝙ dicte comitisse. A. ⁊
B. absq causa cum tanta instantia voluerint iterari predictas re-
nunciationem et donationem. Et licet al's dubitetur an iuramen
tum dolo extortum liget adeo ꝙ sit opus absolutione de quo in. c.
verum. et. c. si vero. de iureiur. et. c. abbas. qđ met. causa. ⁊ Jo. and.
in. c. j. de cōmo. distinguat ꝙ aut est talis dolus qui facit cessare cō-
sensum ⁊ tunc non requiratur absolutio: ⁊ eam distinctionem ple
riq sequantur. Tamen vbi contractus est al's a iure reprobatus si
interuenit dolus vel metus iuramentum nullius est momenti di-
cit tex. in. d. aut. sacramenta puberum. loquens si recte aduertātur
verba litere in sacramentis ꝙ nullius sunt momenti: ⁊ licet nō fiat
mentio de dolo in dicta aut. tamen doc. in hoc equiparant metuz
et dolum que equiparatio satis probatur in. d. c. cum contingat. ⁊
d. c. q̄uis. et ita dicta iura intelligebat Uin. prout refert et sequi-
tur domi. Nico. sicu. in. d. c. cum contingat. qui quidem intellectus
multum admittatur dictis iurib⁹. Satis insuper videtur ꝙ dolus
faceret cessare consensum: quia est verisimile qđ si dicta comitissa
Laura aduertisset tantā lesionem nō consensisset nisi foret coacta
contractibus saltem quos primo loco fecit. Nec videtur trahi con-
sensus vel iuramentum ad tam enormissimam lesionem: nā etiam
iurans non venire contra ratione enormis lesionis poterit venire
contra ratione enormioris lesionis dicebat Ange. in sua disputa-
tione que incipit duo adinuicem litigantes: facit qđ habetur per
Barto. in. d. §. arbitrorum. et cañ. in. d. c. quintauallis. ratione eñ
lesionis presumitur ignorantia vt per Barto. in. l. quisquis. C. de
rescin. vendi. cum ibi notatis ⁊ renunciatio vel promissio nō trahi
tur ad ignorata vel ea que quis presumitur ignorare: prout voluit
Nico. de matta. per. l. cum aquiliana. ff. de transac. et qđ habetur in
l. j. ff. si quis in ius voca. non ierit. et facit qđ habetur in. l. sed et si
quis. §. quesitum. ff. si quis cauti. ƀm Bal. in. d. l. ij. C. de rescin. ven-
di. et hoc videtur de mente glo. in. d. l. ij. ƀm Butriga. Similiter er
go iuramentum non tollat remedium iuris causatum ex enormi
lesione ignorata cum iuramentum non trahatur ad casum ad quē
non trahitur promissio super qua emanat. argu. l. fina. C. de nō nu
merata pecu. et. l. fin. ff. qui satisda. cog. natura enim iuramenti est
firmare et roborare non extendere contractum: prout volunt Bar
to. et docto. in. l. sed et si quis. §. quesitū. ff. si quis cau. Rofre. etiaz
vt refert Jaco. but. in. d. aut. sacramenta. vult ꝙ iuramentum non
trahitur ad enormem lesionem per ea que habentur in. l. libertus.
de ope. libertorum. Item facit. l. penulti. §. item quesijt. de condi.
inde. vbi si per ignorantiā quis soluit indebitum et promittit non
repetere tamen repeteret per conditionem indebiti: quia quo er-
rore quis inducitur ad soluendum eodem errore inducitur ad pro
mittendum non repetere. Quinimmo hoc procedit etiam si renū-
ciauerit conditioni indebiti et conditioni sine causa ƀm Bar. ibi:
qđ dictum Jmo. trahit in. d. c. cū contingat car. 30. ad nostros ter-
minos: licet non se firmet videtur tamen velle qđ in minore rusti-
co et muliere in quibus presumitur ignorantia iuramentum non
artet lesum vltra dimidiam iusti precij. Sed quo errore fuit indu-
ctus ad contrahendum eodem errore ad iurandum ƀm Jmo. in. d.
c. cum contingat. qui videtur loqui de ignorantia iuris: itaq dato
sine preiudicio veritatis qđ comitissa Laura tempore secunde re
nunciationis habuerit notitiam de dicta lesione forte non habe-
bat notitiam de remedijs sibi competentibus et qđ posset se defen
dere ratione doli a dicta prima renunciatione et donatione. Si-
militer dominus Anto. in. d. c. cum cōtingat. in quarto casu prin-
cipali vult ꝙ non requiratur absolutio. nam iuramentum de seruā
do contractum vel de non veniendo contra non trahitur ad enor
mem lesionem. Ex quibus videtur posse concludi ꝙ dicta domi-
na Laura possit venire contra dictos contractus et renunciatio-
nes etiam citra absolutionem a iuramento ratione doli et enor-
mis lesionis: vt supra ponderatorum: licet si hoc solum fundamen
tum subesset non transiret sine scrupulo qđ non requireretur ab-
lutio a iuramento. d. Benedictus dicit ꝙ si fuit dolo vel metu ex-
tortum a iuramento non requiritur absolutio per. d. aut. sacramē-
ta puberum. et. d. c. cum contingat. et dictum Uin. et Nico. et dicit
7 se ita pluries consuluisse. † Jn casu autem nostro subsunt et alia
fundamenta: nam quo ad primam renunciationem et donationē
potest dici ꝙ potest venire contra citra absolutionem a iuramen-
to. Nam causa dicte renunciationis et dicte donationis fuit po-
tissime: quia dicte comitisse. A. et. B. erant promissure floreñ. tria
milia

milia et dicta comitissa Laura asseruerit et affirmauerit se esse contētam dictis tribus milibus florenis pro omni eo et toto qđ ad eā pertinebat et spectabat ⁊c. Et sic renunciauit spe et causa future promissionis qua erat contēta pro portione sua ⁊ sic ob illam causam finalem. Nam ex prefationibus deprehenditur causa finalis. l. pacomeuius. ff. de here. instituen. ⁊ qđ habetur in. l. titia respondit. §. qđ respondit. de verb. obligatio. per Bar. in. l. ambitiosa. de decre. ab ordi. facien. Si itaq nō fuit secuta causa ⁊ promissio illa profecto renūciatio ⁊ donatio ob illā causam facte vitiari possunt et iuramentum non videtur ligare ad obseruantiam non secuta causa. argu. d. l. fina. C. de non nume. pecu. et. c. peruenit. cū ibi notatis. extra de iureiuran. ⁊ qđ per glo. in. c. quēadmodum. de iureiurando. super verbo conditionem. illa enim fuit principalis causa faciendi dictam renunciationem et dictam donationem primo loco factas cum illa prima ratio specifice assignetur. Ideo causa non secuta videtur vitiari debere contractus licet nominatus. argu. tex. singu. in. l. cum te fundum. C. de pactis inter emp. ⁊ vendi. Nec iuramentum videtur trahi ad tollendum hoc remedium qđ nullo pacto fuit cogitatum ⁊ ad qđ non trahitur promissio de nō veniendo contra. arg. l. cum proponas. C. de pac. et. d. c. peruenit. et. d. l. fina. ff. qui satisda. cogan. et argu. d. §. idem quesiīt. cum ibi notatis per Bar. iunctis notatis per docto. in. d. l. sed et si quis. §. quesitum. ff. si quis cauti. vbi docto. tradunt φ iuramentum non trahitur ad id ad quod promissio non trahitur. Item recipit conditiones contractus et intelligitur ſm naturam contractus super quo interponitur: ad quod etiam. d. l. fi. C. de non nume. pecu. vbi dicit Bal. post Oldra. qđ iuramentum nihil addit nisi religionis vinculum. Item qđ vbi iuramentum prestatur pretextu seruādę fidei: quia iuro spe future numerationis fide non seruata nō artor: quia inest conditio si fidem seruaueris. arg. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. et notatorum per Inno. in. c. ij. extra de iureiurando. Ideo deficit consensus eo casu quo dicta conditio non impletur: et per consequens iuramentum non ligat nec requiritur absolutio: prout hec omnia dicit Bal. in. d. l. fina. C. de non numera. pecu. dicens qđ iuramēto prestito sub spe future solutionis inest cōditio si solutio fuerit secuta: ita pari ratione in promissione facta sub spe future promissionis insit conditio si promissio secuta fuerit a paritate rationis. argu. l. fina. C. ad legem falci. vbi promissio et solutio equiparantur. facit etiam quod per Bar. ⁊ Bal. in. l. penulti. §. mulier. ff. soluto matrimo. In casu autem nostro promissio illa minime secuta fuit merito iuramentum non ligat nec requiratur absolutio qđ non fuerit secuta promissio illa ostenditur. Constat enim φ locuti fuerunt de promissione pura ⁊ simplici cum simpliciter de promissione loquantur instrumenta renunciationis et donationis factorum primo loco: merito de promissione simplici et pura intelligitur et non de fienda sub cōditione vel in diem. argu. l. libertis libertabusq. in fi. ff. de alimen. et ciba. lega. et. l. eū qui calendis. §. quotiens. ff. de verbo. obliga. et. l. in omnibus obligationibus. ff. de regulis iuris. et. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verbo. obliga. Ideo pro implemento dicte cause debuit dicta quantitas trium milium florenorum promitti pure et simpliciter. arg. dictorum iurium. Sed promissio que fuit secuta de qua tangitur in decimo presupposito fuit facta in longum tempus: quia promiserūt soluere dictam quātitatem ex annua solutione ducentorum florenorum vel circa ad quam tenebatur communitas Modene: prout tangitur in quarto presupposito: vñ ratione illius tēporis adiecti alia censetur promissio φ illa de qua simpliciter fit mentio in prefatione dictarum renunciationis et donationis: et cuius pretextu dicte renunciatio et donatio emanarunt. argu. d. §. si quis simpliciter. vbi optimus tex. ad hoc etiam facit. l. ius autem ciuile. §. ius autem. cum ibi notatis. ff. de iusti. ⁊ iure. minus enim continere dicitur promissio illa propter illud tempus adiectum. institu. de acti. §. plus. et. §. tempore. nec tantum estimamur fuisse illa obligatio de prestandis illis tribus milibus floreñ. sub illis terminis quātum si simpliciter promissio emanasset dicta. l. in. l. falci. non habeš pro puro. et. d. l. in quātitate. §. fina. et. d. §. in diem. et. d. l. si mandauero. ideo prout promisissent. 2500. florenos non satis fecissent dicte cause finali. Nec artaretur dicta comitissa Laura: ad obseruantiam dicti iuramenti et dictarum renunciationis et donationis: ita pariter non artatur ad predictarum obseruantiam vigore dicte promissionis facte postea sub illis lōgis temporibus que nō plus estimata fuisset forte φ simplex promissor. 2500. floreno. argu. dictorum iuriū immo forte minus: et quia procedit argumētatio de re ad tempus. l. miles ita heredem. §. et quia dicimus. ff. de mili. testamento. Non est itaq mirum si dicte comitisse. A. et. B. ⁊ earum viri et filij dicte. A. cum tanta instantia petebant fieri secundas renunciationem ⁊ donationem super eisdē bonis ab eadē comitissa Laura. Dicitur etiā qđ id tantopere desiderabant etiā ex alio: scz quia dictis primis renunciationi et donationi obstabat ius municipalē loci disponens super contractibus seu obligationibus minorū adhiberi debere certam solēnitatem puta consensum viri vel certarum personarum qui non interuenerat. Et alias ius municipale obligationes reddit nullas super quo iure municipali non insisto: quia non vidi verba statuti ex quibus plurimū dependet: an iuramentum eo non obstante liget ⁊ firmet contractum necne: prout sumitur ex notatis per Bar. ⁊ Bald. in. l. omnes populi. ff. de iusti. et iure. ⁊ in. d. aut. sacramenta puberū. et Bart. in. l. si quis pro eo. de fideiusso. et docto. in dictis iuribus ⁊ potissime in. d. c. cū contingat. Posset autē quis dicere φ dictū fundamentū φ dicta promissio triū miliū florenorū debebat esse pura procederet si simpliciter fuisset dictum de promissione trium miliū flore. Sed non fuit simpliciter dictum φ essent promissure tria milia floreñ. quo casu procederent iam dicta. Sed fuit additū ad illam rationē: floreñ. quā dicte comitisse recipiūt a magnifico cōmuni Modeñ. sed cōmune Modene soluebat. cc. flo. vel circa: ergo ad illā rationē. i. cc. quolibet anno soluere erant promissure ⁊ sic non simpliciter. Et si dicta verba haberent dictam interpretationē fateor merere videtur dictū fundamentū. Tamen videtur φ illa verba ad illam rationē videntur habere aliam intelligentiā: videlicet qđ nō sint floreni veneti vel aurei: sed rationē forte. xl. boloñ. pro floreno: ita intelligerentur hic perusie: solet enim cōmuniter dici ad rationē floreñ. xl. vel. xxxvj. boł. pro flor. Nec vnq̄ dicitur ad rationē. x. flore. quolibet anno: ita videbatur dicta verba intelligenda fore attento qđ mihi dicitur qđ illi floreni quos soluebat cōmune Modene non erant tanti precij quāti erant floreni cōmuniter currentes. Et saltē si alia dictis verbis daretur interpretatio videtur φ dicte domine deberēt promittere dare florenos illos quos perceperint in preteritum ⁊ in futurū vsq ad concurrentē quantitatē tria milia floreñ. Nā illud verbū percipiunt est presentis tēporis qđ videtur pariter se habere ad preteritū et futurū. Et saltem veniebant percepta interim intra dictā renunciationē et promissionem postea factā: qđ minime prout arbitror factū: quia solū promissa fuit quātitas que postea percipitur a cōmuni Modene merito in omnem euentū non fuit facta illa promissio: prout de ea fit mentio in dicta renunciatione. Et sic qualitercunq intelligantur dicta verba non euacuatur in totum dictū fundamentum. 8 † Et insuper est aduertendum qđ in predicta renunciatione prima ⁊ secunda non innuit. d. l. non venire contra simpliciter vel non venire contra ratione minoris etatis vel alia ratione: sed non venire contra ratione minoris etatis: vnde a contrario sensu non iurauit non venire contra alia ratione: sed remedium. d. l. ij. et remedium ex dolo competunt alijs respectibus merito ad ea non trahitur dictum iuramentū: ita determinant Barto. et Bal. in. l. ij. de rescin. vend. glo. ibi. idē glo. et docto. in. c. penul. de emptio. et vendi. et Imo. in. d. c. cū contingat. xxviij. char. Et si dicatur in secunda donatione dicitur φ renunciauit exceptioni donationis non facte conditioni sine causa qđ metus causa insinuationi non facte que remedia cōpetunt et subditur et omnibus alijs etiā si essent maiora expressis profecto renunciatio ista generalis non restringitur ad sola remedia cōpetentia ratione minoris etatis vt de se euidenter patet. respondeo ad hoc qđ in copia mihi delata in secunda donatione nō est appositū iuramentū. Nec est aliquod remedium tali loco positū qđ possit cōprehendere iuramentū. Et si verū esset φ in originali non esset iuramentū dicta secunda donatio per minorē facta sine decreto de rebus non alienabilibus nullius esset momenti per iura in consilio adducta qđ non est dubiū. Et si iuramētū fuisset appositum si toleretur quo ad hoc dictum proximū vltimū fundamentū subsistunt alia de quibus supra. In prima autem donatione ſm copiā quā vidi est iuramentū et renunciatio: sed non est extensum quid iuratum vel renunciatū fuit. Nam est scriptū renunciauit ⁊c. iurauit ⁊c. vnde esset recurrendū ad ea que tradunt Barto. et docto. in. l. gallus. §. idem credendum. de liberis et posthu. ⁊ docto. in. c. cum. p. tabellio. de fide instrumen. 9 † Insuper si predicta non haberent obstare dictis contractibus seu dictis renunciationibus ⁊ donationibus primo et secundo loco factis: saltem obstat superuenientia plurium filiorum qui nati postea fuerūt dicte domine comitisse Lau. Nam propter filiorū natiuitatem post factas donationes reuocantur donationes. d. l. si vnq̄. C. de reuo. dona. ⁊. d. cañ. si. xvij. q. iiij. ⁊. l. si totas. de inoffi. dona. Que reuocatio ⁊ annullatio donationis ratione natiuitatis liberorum fit ex presumpta mente donantis: quia nō censetur voluisse immoderatā donationē facere si filios haberet vel si de filijs cogitasset: ideo dicta conditio censetur inesse in donatione et in iuramēto: prout dicit Bart. in. l. titia. §. imperator. de lega. ij. Censetur enim inesse cōditio si filios nō habuerit prout dicunt Bar. Ange. et Raph. in. l. si totas. et Bal. in. d. l. si vnq̄. et docto. in. c. fina. de dona. si enim de istis liberis cogitasset verisimiliter non donasset. arg. l. generaliter. §. cū autem. C. de insti. et substi. sub condi. fac. et. l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. et. l. si filie. de lega. iij. et. l. quesitum. §. ipse quoq pompo. ff. de fun. instru. Et ideo iuramentum non habet obstare cum iuramentum recipiat eas cōditiones quas ipse actus principalis prout supra dictum est per. d. l. fi. C. de non numera. pecu. et. d. l. fi. ff. qui satisda. cog. et. l. fi. in prin. ff. ad munici. Et ita qđ iuramētum de non veniendo contra vel non reuocando nō impediat remedium. d. l.

si vnꝗ. firmat Bar. in. d. §. imperator. in fine. dicēs se ita ꝯsuluisse vna cum recupero de sancto Miniato ꝛ Francisco tigrini de pisis et cū eo transit Bal. in. d. §. imperator. qđ ꝛ tenuit Jmo. in. c. fi. extra de dona. ad hoc qđ per Bal. in. l. j. C. de inoffi. dona. versi. quero vtrum iuramentū donantis. Confert ad predicta quia reuocatione que descendit ex dispositione. d. l. si vnꝗ. facit ipsa lex nō homo: quia fit ipso iure prout firmat glo. in. d. l. si vnꝗ. ꝛ Bald. in. l. j. C. de inoffi. dona. ꝛ Bart. in. d. l. si totas. ꝛ idem tenet Ange. in. d. l. si totas. ꝛ Jmo. in. d. §. imperator. qđ tenet Rapha. in. d. l. si totas in terminis. d. l. si vnꝗ. ita pro hoc est cōmunis sententia a qua minime est recedendum saltem in decisiuis iuxta theoricam glo. in. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. ꝛ Bal. in. l. precibus. C. de impube. ꝛ doc. in. c. ne innitaris. de constit. vnde cum lex ipsa reuocet non videtur venire contra ipse iurans: sed ipsa lex: maxime cū iuramētū habet in se tacitam conditionem. s. re pmanente in eodez statu: seu rebus sic se habentibus: prout no. glo. ꝛ doc. in. d. c. quēadmodum. sed ex quo lex reuocat ipso iure donationem res cōtra quā donās iurat non venire cōtra non remanet in eodem statu: ideo dicto casu iuramentum non ligat ita qđ minime est necessaria absolutio a iuramento. Et hoc quidem medium est magis clarū. Et habet se pariter ad decisionem omnium de quibus cōsultamur. Nā ex quo dicta dña Lau. donauit maiorem partē bonorum suorū presentiū et renūciaret eis que spectabat habere per mortem comitisse. B. certe per superuenientiam filiorum reuocantur omnia. sufficit em̄ ad hoc vt reuocatio hmōi fiat qđ donatio fiat de oībus bonis vel parte bonorum. dicit tex. in. d. l. si vnꝗ. etiā si res certa donaꝛ ꝓut cōcludūt Bar. ꝛ Bal. in. d. §. imperator. ꝛ Bal. in. d. l. j. C. de inoffi. dona. Saltem si res illa donata ascendit ad valorē dimidie partis bonorū intelligendo verbū partē appositū in. d. l. si vnꝗ. pro dimidia. vt. l. nomen filiarū. §. portionis xbo. ff. de verbo. signi. ꝛ. c. ij. de deci. lib. vj. cum similibus. Tamen dictio aliquā ibi positā innuit ꝙ ꝛ si minorem donaret quātitatem idem dicendū sit: prout tāgit Bal. in. d. l. j. non se firmans ad hoc theorica glo. sing. in cle. ꝗuis. in princ. in verbo ꝛ earum. de foro compe. vbi tradit ꝙ lꝫ appellatione partis intelligatur de dimidia: tamē vbi adijcitur dictio aliqua verificatur etiam in minori parte quam ibi sequitur zaba. ꝛ eā sequitur etiā Jo. de imo. in. l. filio preterito. col. xviij. qđ ꝛ pōderat Ludo. Pōta. in. l. si cū vel in vtero. C. de testa. mili. ideo cum dicta renūciatio bonis dñe. B. sit facta vna cū ceteris bonis lꝫ non fiat eisdē personis oīno ꝛ sit diuersus actus et non sit de dimidia bonorum: quia forte illa spes succedendi in bonis dicte comitisse. b. nō erat tante estimationis quāta ius dotale qđ sibi cōpetebat ex promissione facta marito vel socero ipsius Lau. Nihilominus tenendo qđ. d. l. si vnꝗ. militet etiam vbi donetur portio minor dimidia: prout et tenet Jmo. in. c. fi. extra de dona. per dictā glo. d. clemen. ꝗuis. istud non haberet obstare quominus etiā respectu huiꝰ donationis seu renūciationis haberet locum reuocatio vigore. d. l. si vnꝗ. Si vero teneamus ꝙ habeat locū dūtaxat vbi dimidia pars donatur: profecto idem dicendū arbitror ex quo illa oīa fuerūt facta eodē tēpore: ita ꝙ videntur censeri pro vna hoc respectu: quia pariter militat dicta ratio coniecturate mentis ipsius disponētis ꝙ si de filijs cogitasset non fecisset illas donationes saltē si omnes simul iuncte eodem tempore facte excedunt dimidiaz bonoꝝ ꝓut si vna tantū donatio facta foret. viget em̄ paritas rōnis: ergo iuris idēptitas subesse dꝫ. l. illud. ff. ad legem aqui. ꝛ. l. a titio. ff. de verb. obli. ꝛ. l. posthu. ff. de iniusto testō. cum sili. al's daretur de facili via fraudandi dispositionem. d. l. si vnꝗ. fraudibus autem obuiandū est pro posse. l. in fundo. ff. de rei vē. ꝛ. c. quāto. de diuor. cū simili. facit. qđ in simili dꝛ in. l. j. C. de inoffi. dona. vbi per glo. ꝛ doc. qđ reuo-

10 catur donatio siue sit inofficiosa ꝑ se sola siue iūcta cū alijs. †Similiter et promissiones facte per Tācredum seu zano. eius filiuz vel per suum procuratorē. Nam dictus Tancre. primo fecit talem contractum ꝙ cum dicta comitissa Lau. sit renūciatura ꝛ donatura dictis comitissis. A. ꝛ. B. ꝛc. dictus Tancredus promisit ꝛ conuenit agere et curare ꝙ cum dicta comitissa Lau. peruenerit ad domum ipsius Tancredi: vel dicti zan. eius viri dicta Lau. cum omnibꝰ solēnitatibus ꝛc. predictā renunciationem ꝛ donationē cū omnibus ipsorū cōtractuum obligationibus ꝛc. ratificabit et cōprobabit et de nouo eas faciet si ꝛ inquātum expediens fuerit ꝛc. scđo ꝙ ppetuo obseruabit. tertio ꝙ non veniet contra ad hec tria in effectu reducuntur oēs contractus zan. ꝛ Tan. Unde primo promisit curare ꝙ dicta Lau. ratificabit ꝛ approbabit dictam renunciationem et donationē ꝛc. Profecto dicta ratificatio refertur ad renūciationem: vnde intelligitur ratificabit ꝛ approbabit cum omnibꝰ suis qualitatibus et conditionibus cum referatur ad illam renūciationem ꝛ donationem facturas: ꝛ idē cēsetur contineri in termino referentē qđ in termino ad quē fit relatio in aut. de filijs ante dota. instru. nat. circa medium. ꝛ argu. l. asse toto. de hered. insti. ꝛ. l. si ita scripsero. de cōdi. ꝛ demōstra. Ratificabit itaqꝫ ꝛ approbabit tāꝗ factum sub cōditione que postea est defecta ꝛ cōsequenter dispositio euacuata. Et si de nouo fecisset sub eadem cōditione ꝛ sic etiaz noua renunciatio et donatio adueniente hoc casu qui euenit euanuisset per dispositionem. d. l. si vnꝗ. Et si nunc peteretur qđ ratificet approbet ꝛ de nouo faciat esset elusoriū: quia ratificaret tāꝗ tunc facta sub cōditione que est defecta ꝛ ratificatio esset inefficax per. l. cum ad presens. ff. si cer. pe. ꝛ. l. cōditio in preteritum. et. l. ita stipulatus fuero hāc summā. ff. de verb. obli. ꝛ. ff. de bo. liber. l. si patronus. §. etiam similiter. ꝛ si peteretur ꝙ de nouo faceret eas faceret ea mēte ꝛ cōditione quibus tūc fecit. Et sic sub cōditione qđ si ex illo tēpore quo renunciauit ꝛ donauit habuit vel habebit filios non teneat: sed sit vitiata ipso iure ex quo promisit illas renunciationem ꝛ donationē facere non alias: sed si faceret eas pure et simpliciter nō essent eedem: sed diuerse. arg. d. l. j. §. si quis simpliciter. de verb. oblig. Merito ad eas simpl'r faciendas nō artatur. Et faciendo eas sub dicta conditione faceret eas nullas ꝛ inanes ꝑ. d. l. si ita stipulatus fuero hanc summā. cum similibus. Merito non tenetur maxime cum in dicta promissione quam facit dictus Tācredus subdatur si opus erit. Sed non est opus vt probaui: ergo non tenetur. facit quia dicta promissio intelligitur rebus sic se habentibus. l. continuus. §. cum quis. ff. de verbo. oblig. ꝛ. l. qđ seruus. cū sua glo. ff. de condi. ob causam. ꝛ. c. quēadmodū. de iureiur. Sed in casu nostro nunc res sunt imitate propter superuenientiam filioꝝ ergo ꝛc. Sed in promissione ꝛ cōtractu quē postea fecit Ja. procurator ipsius Tancredi: subdidit si opus vel necessariū fuerit ꝛ si libuerit aut visum fuerit. ideo ꝛ si non opus teneatur si libet vel videatur cum sufficiat verificari alterā partē alternatiue. l. si heredi plures. ff. de cōdi. insti. et. l. generaliter. C. eo. ti. ꝛ regula in alternatiuis. in. vj. cum similibus. Sed respondetur ꝙ dicta verba sonant in arbitrium boni viri. l. fideicommissa. §. quāꝗ. ff. de leg. iij. vbi de verbis visum fuerit. et. l. si sic. de leg. ij. vbi de similibus verbis et in extrauagan. ad reprimenda. in verbo videbitur. per Barto. et. l. in his ancilla. §. sorore. ꝛ. l. lucius titius. ff. de fideicōmis. liber. ꝛ in eis per Bar. de verbo placeat. qđ idem significat qđ verbum libeat seu libuerit cum subsit eadem ratio: nec bonus vir arbitraretur ꝙ isto casu dictus Tancredus teneretur facere ratificari merito ꝛc. Secundo promittitur in dictis contractibus ꝙ dicta Laura perpetuo obseruabit profecto satis seruo cōtractum perpetuo duraturum nisi talis conditio eueniat si seruo donec cōditio euenit. nā ea eueniente desinit cōtractus ꝛ sic promissio de seruando contractū: ita et si tertius promisit ꝙ ego obseruo id qđ cōueni: sed ego non cōueni seruare hoc casu: ergo ille nō teneatur si ego nō seruo: ita ꝑ viuam rōnem deducitur ꝙ illa verba nō dānant dictos Tācredos ꝛ zan. sufficit autem ꝙ ratio cōcludat ꝛ eam allegare dicit tex. in. l. scire oportet. §. sufficit. de excusa. tu. facit. c. fi. de transac. lꝫ possint in argumentum plura adduci. Tamē mihi vr̄ ꝙ dicta ratio vt ita dixerim tangatur manu. Subditur tertio in dictis promissionibꝰ ꝙ dicta comitissa Lau. non veniet contra profecto vero dꝛ venire contra dictam renūciationem ꝛ donationem si ad hunc casum nō trahebantur: prout nō trahebantur per dictam subintellectam cōditionem ꝛ per dicta supra. Preterea venit cōtra lex que ipso iure reuocat non Lau. Item ꝛ dicta promissio de non veniendo intelligitur rebus sic se habētibꝰ vt. s. latius probatum est nec est opus

11 repetere. †Ex quibus elicio decisiones ad oīa dubia. Nā prima cōclusio est ad primū dubium ꝙ dicta prima renūciatio ꝛ prima donatio nō teneat ꝛ eis nō obstā. ꝛ non obstantibus iuramētis super eis appositis dicta laura possit petere bona paterna ꝛ materna tā allodialia ꝗ feudalia perinde ac si dicte renunciatio ꝛ donatio facte nō forent. Secūda ꝯclusio ꝙ dicta comitissa Laura predicta facere possit nō obstantibus renūciatione ꝛ donatione secūdo loco factis ꝛ iuramentis super eis appositis. Tertia cōclusio sit ꝙ si dicta comitissa Laura predicta petat non incidit in penas cōuētas in dictis renunciationibus ꝛ donationibus cum sequatur naturā principalis. argumē. l. nō dubium. C. de. ll. et. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cauti. Et patiatur promissio pene conditiones illas quas vt dixi patiūtur renūciationes ꝛ donationes prenarrate. Et cōmittatur pena si fiat cōtra ꝓmissa: sed nō dicitur cōtrauenire in casu isto ꝑ rationes ꝛ iura supra adducta merito ꝛc. Et ex his deciditur primum ꝛ secūdum dubiū. Quarta sit cōclusio ꝙ dicta renunciatio tertio loco facta ꝛ iuramētum ꝛ pena super ea apposite non artent ipsam dominam Lauram. Tum ratione enormis lesionis: tum ratione doli ex proposito qui ex facto in puncto narrato satis videtur elici vt ex iam dictis deducitur: tum maxime ex rōne d. l. si vnꝗ. que militat etiam respectu dicte tertie renunciationis de bonis dicte domine comitisse Lau. ꝛ hoc tam respectu bonorum non feudalium ꝗ etiam bonorum feudaliuz per iam dicta. Et etiā per ea que infra proxime subijciā. Et per hec sit responsum ad tertiam

12 cōsultationis dubitationem. †Quinta sit cōclusio ꝙ dictus Tancredus ꝛ pariter nec dictus zan. teneantur ad penas cōuentas nec ad dāna ꝛ interesse vigore dictorum cōtractuum ꝛ promissionum cum regulariter ſm naturam principalium conuentionum dicte comitisse Lau. Maxime respectu tacite ꝯditionis si comitissa laura filios non procreauerit per supra latius dicta. Et propter dolū qui pariter dedit causam cōntractibus Tancredi ꝛ sui. procuratoris ꝛ sui filij: maxime vltimo loco factis. Cū aliter nō possent obti-

nere

nere matrimonium qd erat debitum inter dictam comitissam lau. et dictum zan. Nam ratione sponsalium de futuro debebat deueniri ad matrimoniũ tanq̃ ad cõsequens necessariũ resultãs ex ante cedenti. l. oratio. de sponsa. sponsalia enim sunt promissio futurarum nuptiarũ. l. j. z. ij. ff. de sponsa. ideo cũ pacta sint seruanda. l. iurisgentiũ. §. ait pretor. ff. de pac. z per totum. z graue sit fidẽ frangere. l. j. in princ. ff. de consti. pecu. dolus erat sine iusta causa impedire matrimoniũ futurum iam promissum saltem preter seu ꝯtra voluntatẽ spõse. Ideo si ab eis peteretur pena dato sine piudicio qd esset de rigore pena cõmissa. arg. l. eleganter. in prin. ff. de dolo. tamẽ haberet locũ exceptio doli. arg. illius. l. z per totũ. ff. de excepti. doli.

13 † Et si esset opus absolutione a iuramẽto deberet interim supersederi sup exceptione illa: z cõsequenter super principali p ea que habentur in. c. tuam. de ordi. cog. z in. c. cum sit generale. de foro cõpe. z in. c. lator. qui filij sint legitimi. z in. l. maiorem. ff. de iudi. cum si. Et rõnibus preallegatis debebit iudex ecclesiasticus absolutionẽ concedere: prout z superius dictum est per ea que habẽtur in. c. si vero. z. c. verũ. z. c. cũ cõtingat. de iureiu. z. c. debitores. eo. ti. z in. d. auf. sacra puberum. cum filib⁹. Nec dilatio esset multũ dãnosa reo cõuẽto cum reorum sit fugere. l. properandũ. §. z si quidẽ. C. de iudi. ibi fugiente. z ibi fugientem. cum suis glo. z. l. inter stipulãtem. §. si stichum. ff. de verb. obli. Tamen nõ est necessaria absolutio attẽtis alijs rõnibus supra positis. Et per hanc conclusionem patet rñsum ad quartum dubium. Et lz fundamenta iam facta satis claram reddant decisionem omniũ quesitorũ.

14 † Tamen quarta conclusio z cõsequenter decisio tertij quesiti roborari potest etiam alijs medijs. Nã dicta renũciatio simplex fuit facta comitisse Bar. et etiam prefato comiti Gab. viro dicte comitisse. B. bonis z hereditati dicte comitisse. B. que posset peruenire ad dictam comitissam lau. ex successione ab intestato dicte comitisse. B. profecto renũciare hereditati sororis ipsi sorori videtur res inepta cum quis nequeat habere hereditatem superstitis cum de hereditate agitur post mortem: z sic tempore quo comitissa non erat futura in rerũ natura z nihil habere poterat cum mors oĩa soluat in auf. de nup. §. deinceps. z. l. qui libertinus. §. posthumus. de ope. liber. licet ex sequentibus verbis renũciationis appareat q̃ dicta renũciatio solum fiebat ad cõmodum dicti. G. cum subdatur in dicta renunciatione ponens dictũ comitem Gab. in locum suum dicte successionis ab intestato zc. ita q̃ adueniente casu mortis ab intestato predicte comitisse. B. hereditatis integre ipsius que ad ipsam comitissam Lau. pertineret z spectaret pertineat et spectet ex nũc put ex tunc z ex tunc prout ex nunc predicto comiti Gab. zc. sequentia eñ verba declarant precedentia. l. si seruus plurium. §. fi. de leg. j. et l. qui filiabus. eo. titu. Et maxime quia sequentia veniũt ad determinationẽ precedentiũ: prout ptz ex illis verbis: ita q̃ zc. que verba in fine posita referũtur ad omnia: z sic determinant z modificãt omnia precedentia. arg. l. talis scriptura. de leg. j. z. l. j. C. de lib. prete. z. ff. eo. ti. l. iij. §. si filius. z extra de appel. c. secundo requiris. z. c. inquisitioni. z constat dictionẽ illã ita qualificare z modificare verbum cui adiungitur vt in. c. significatũ de preben. facit. l. an vnus. et. l. si quando. §. cum in domo. ff. de serui. vendi. Et restringit precedentia vt. l. lucius. §. qui habebat. ad trebel. vnde est sensus qd renũciat: ita. i. ad eum finem z tali modo q̃ hereditas perueniat zc. Sed hereditas dicte comitisse. B. que ab intestato delata est z ptinet ad dictam comitissam Lau. non põt cedi nec trãsferri in dictũ comitem Gab. qz hereditas non adita nõ potest cedi nec ius adeũdi. arg. l. paulus rñdit per procuratorem. ff. de acqui. heredi. z que ibi habẽtur. z. l. mulier. §. ex asse. ff. de iure dotium. z qd per gl. in. l. apud iulianum. §. vtrum. ff. ad treb. vbi etiã ius accipiendi restitutionẽ fideicõmissi vniuersalis non potest cedi: multo itaq̃ fortius nec ius adeũdi qd est actus magis solẽnis z minus potest per aliũ fieri vel in alium transferri. ar. l. seruo inuito. in prin. ff. ad treb. Cũ itaq̃ dicta renũciatio nõ potuerit fieri: ita. i. tali modo q̃ dict⁹ effectus resultet videtur q̃ fuerit inefficax: nisi dicamus q̃ effectus dicte renunciationis sit q̃ predicta Lau. non cẽseatur proprie renũciare bonis z hereditati dicte comitisse Bar. sed quo ad effectuz. s. adeũdo postea hereditatem z illam aditam transferendo in dictũ comitem Gab. prout qñ vẽditur hereditas vt in toto titulo de hereditate vel acti. vẽ. ff. z. C. ita posset esse efficax dicta renũciatio et promissio de obseruando impropriantur tñ verba: nec videt fuisse de mente.

15 † et verba dubia interpretantur in contractibus pro eo pro quo faciũt. l. veteribus. ff. de pac. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. z. l. quicquid astringende. de ver. ob. cũ si. Si tñ ita interpretaretur nõ prohiberetur agere ꝯtra possessores: cũ prout mihi dicitur nõ possideat nec vnq̃ possederit dictus comes Ga. nec adire z petere suam partẽ esset venire cõtra dictam promissionẽ seu renũciationem immo cõfert ad eorum obseruantiam: quia melius z efficacius posset dictam hereditatem z bona transferre in dictum comitem Gab. si ea penes se haberet q̃ si forent apud aliũ vel alios et apud filios comitisse. A. apud quos sunt ad presens prout intelligo hec placuit dixisse vt confutẽ ea que possent obijcere possessores contra dictam comitissam Lau. petentem dicta bona. Non qd concludam qd dictus comes Gab. possit se niti: quia quando ipse peteret subsunt alie rationes supra assignate: sz de eo prout intelligo parũ dubitatur magis dubitandũ est de possessoribus. contra quos etiã facit quia dicta renunciatio facta comiti Gab. z ad eius cõmodum dũtaxat vt sonant verba supra ponderata non opitulatur dictis possessoribus: nec ex ea niti possunt p tex. in. l. si vnus. §. ante omnia enim aduertendum est ne conuentio in alia re aut alij persone noceat. ff. de pac. supplet glo. vel prosit. l. si tibi. §. si pact⁹. eo. ti. et predicta quo ad bona non feudalia.

16 † quo ad bona autem feudalia que presupponuntur fuisse bona antiqua ex cõuentione forte ad heredes feminas transitum facientia iuxta id quod habetur in. c. de eo qui sibi z heredi. suis mascu. z fe. et de successi. feu. c. j. in princi. z. §. filia. z de natu. succe. feud. c. j. z in titu. episcopum vel abba. c. j. §. quinetiam videtur etiam ex alio qd quo ad dicta bona feudalia non prohibeatur dicta comitissa lau. agere nec agendo et ea petendo incidat in penam ea ratione: quia dicta comitissa lau. renũciat comiti Gabrieli omnibus bonis feudalib⁹ z non feudalibus que dicte dñe lau. obueniret ex successione ab intestato dicte comitisse. B. ita q̃ integra hereditas ipsius Bart. que ad dictam comitissam Lau. ptineret z spectaret pertineat ad dictũ comitem Gab. zc. vnde dicta lau. renũciat bonis que sibi cõpeterẽt ex success. ab intesta. dicte dñe. B. Sed ista feuda antiqua seu paterna nõ deferũtur dicte comitisse Lau. ex successione ab intestato dicte domine comitisse. B. merito nõ trahãtur ad ista feuda: sed ad illa si que fuissent que pertinuissent ad eam vt heredem z successorem suum ab intestato forte quesita ab ea sub tali conditione. Cum itaq̃ ista de quibus agitur non sunt dicte nature: sed transitũ faciunt ad eã non vt heredem: quia licet feudũ transeat ad filios vt heredes. c. j. de success. feu. z ibi glo. tñ ad agnatos transit: lz non sint heredes. c. si contigerit. in tit. an agna. vel filius defuncti. x. col. prout voluit Bal. ff. de rerum diui. l. j. xj. z. xxxij. questionibus. z per doc. in. d. c. si ꝯtigerit. in. c. j. de gradi. success. in fi. z in. c. j. §. hoc quoq̃. de success. feu. z in. c. j. si de feudo fuerit controuer. x. col. Et consequenter dicta bona feudalia non deuoluuntur ad eam ex successione ab intestato dicte domine. B. sed ex prouisione maiorum suorum seu liberalitate z munificentia concedentis per dicta iura. z not. in eis. et quod no. in auf. de exhi. z introd. reis. §. optimũ. z in. l. si arrogator. ff. de adop. Nõ adaptant̃ vba dicte renũciationis ad huiusmodi feuda merito zc. Maxime cũ dicta renũciatio sit odiosa z restringenda: qz penalis. arg. regule in penis. in. vj. z. l. si prefes. z. l. interpretatione. de penis. z. c. statutum. de elec. in. vj. cuz similibus. z qz de se sunt verba interpretanda pro promittente. argu. l. veterib⁹. cum similibus. s. adductis. Et quia materia de se est odiosa: quia prohibita est a lege feudi alienatio de prohibi. feud. aliena. p Federi. in rubro z nigro. z in tit. de vasal. qui contra prohibi. loc. feud. aliena. in rubro z nigro. z. c. j. quomodo olim feud. alie. po. z. c. j. §. penulti. z fi. que fuerit prima causa benefi. amit. z. c. titius. fi. de feu. fuerit controuer. z in. c. ij. de feud. sine cul. non amit. cum similibus. x. colla. Nec obstat si dicatur: licet non succedat vt heres tñ successor dicitur in feudo. vt in titu. de successi. feud. in rubro. et nigro. et de gradi. successi. in feu. in rubro et nigro. cum multis similibus. nam respondetur qd licet possit colorate dici q̃ bona feudalia antiqua deuoluãtur ad agnatum ex successione agnati successionem sumẽdo respectu feudi non respectu hereditatis: tamen non conuenit verbo ab intestato: nam ex quo in huiusmodi feudo non põt testari per predicta qd etiam in filijs dixit And. de isernia. in. c. j. de successio. feud. seu de aliena. feu. qd non potest in testamento disponere qd feudum antiquum vnius sit filij z non alterius: qd et dicitur consuluisse Cardinalem Floren. de zaba. ad hoc optime qd tradit Bald. in. l. j. circa finem. C. per quas personas nobis acquir. et est optimus tex. in. d. c. j. de successio. feud. Ideo cum testari nequeat non dicatur proprie ab intestato succedere. arg. l. j. ff. de legiti. heredi. Preterea et fortius verba sequentia: ita qd hereditas integra zc. modificant z declarant precedentia. s. qd intelligatur de successione hereditaria z sic de feudis hereditarijs: hoc est que demũ in heredes dicte domine deuoluerentur: z sic transirent in eam vt heredem vna cum ceteris bonis hereditarijs. Ideo de successione propria ab intestato loquantur verba illa precedentia que sibi cõpetere posset in futurũ ex successione ab intestato predicte comitisse Bar. z alia verba in locum suum predicte successionis ab intestato: z hoc per rationes supra adductas: quia sequentia declarãt precedentia: z dictio ita modificat declarat z qualificat verba ad q̃ refertur per iura preallegata. Accedat q̃ dicta verba que sibi competere posset ex successione zc. determinant omnia precedẽtia tãq̃ in fine posita. arg. d. l. talis scriptura. cum similib⁹ supra adductis. vnde debet ea pariter terminare. argu. l. iam hoc iure. de vulg. z pupil. z. l. hereditatem. z. l. quãuis. C. de impube. z. l. in testamento. C. de mili. testa. Et ideo determinet in propria successione ab intestato que est succedere in vniuersum defuncti: z sic iure hereditario. l. nihil aliud. de verbo. signifi. z. l. hereditas. ff. de reg. iur. appellatione autem successionis proprie de vniuersali intelligitur. l. quedã. §. is autem. ff. de eden. Uel accuratius loquendo illa verba que sibi

competere posset in futurum ex successione ab intestato ⁊c. nō determinant nisi illa verba omni hereditati et ad ea sola referuntur: quia ad alia non possunt referri salua rōne recti. arg. l. plautius. ff. de auro ⁊ argē. lega. cum precedentia sint pluralis numeri ⁊ relatiuum que est singularis numeri: vt patet propter verbum posset a quo regitur qd̄ est singularis numeri.

17 † Item verbū bonis feudalibus ⁊ non feudalibus ⁊ verbum iuribus sunt neutri generis ⁊ relatiuum que in singulari numero est generis feminini: ⁊ sic nō concordaret relatiuum cum antecedentibus si ad omnia referretur: ideo debet referri ad proximum antecedens cum quo solo concordat. d. l. plautius. vbi casus ad ꝓpositum. Ex quo restat ꝙ alia precedentia verba bonis feudalibus et non feudalibus iurib⁹ ⁊ actionibus remanent incerta ⁊ obscura: quia non declarantur quibus bonis feudalibus vel non feudalibus iuribus ⁊ actionibus renūcietur. Ex quo datur intelligi ꝙ illa verba ⁊ omnia hereditati fuerunt adiecta tanꝗ clausula generalis omnia precedentia complectens prout als in simili in. l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad legem aqui.

18 † Et ideo contrahentes non curauerunt declarare ⁊ determinare verba precedentia specialia satis putātes declarare verbum vltimum generale omnia precedentia cōplectens facit illud verbum omni qd̄ exponitur ibi. i. toti hereditati cum non possit nisi vna hereditas ex successione Bar. deferri: ⁊ ideo innuit ꝙ precedentia verba disposuerant circa ea que sunt partes hereditatis: et ideo illis bonis feudalibus censeatur renūciatio que vt pars hereditatis comitisse Bar. ex successione ab intestato ipsius possent eidem Laure competere prout ⁊ omnia verba sequentia istud sonant: ideo illud verbum successione ⁊ verbum successionis ad vniuersalem successionem ⁊ propriam necessario referuntur: qd̄ ⁊ probatur quia qñ dispositio cōtinet primo species deinde genus precedentes species restringunt̄ ꝫm naturam generis sequentis vt est tex. in. l. quesitum. §. j. ff. de leg. iij. ⁊ tradit Bart. in. l. quesitum. §. si quis fundum. ff. de fun. instruc. vnde cū genus sequēs intelligatur de successione vniuersali ita ⁊ species ꝓcedentes.

2 in prin. illius primi statuti ꝛ supra dictum est. † ¶ His tamen non obstantibus contrariam arbitror sententiam veriorem scilicet qd̄ dictus Joannes non fuerit iuridice condēnatus: nec debeat dictā penam soluere: ex eo quia ipse non fuit inuentus portare dictū cultellum seu quadrellectum: sed dictus cultellus seu quadrellectus fuit inuentus Perfrancisco. Et statutum secundū requirit quod quis sit inuētus portare arma ibi dum dicit quod debeat condemnare omnes quos inuenerint arma portare: ergo a contrario sensu illos quos non inuenerint non debent condemnare qd̄ argumentum a contrario sensu est in iure validissimum. .l. j. §. huius rei de officio eius cui manda. est iurisditio. .l. qui testamento. §. mulier. de testamē. ꝛ .l. si quis ex argentarijs. §. phibet. ff. de eden. ꝙ pcedit etiā in statutis. vbi non induceretur .ll. correctio secundum Bartol. in .d. §. huius rei. ꝛ in .d. .l. omnes populi. ff. de iusti. ꝛ iure. ꝛ Dy. in capitulo quod ob causam. de regul. iuris in .vj. ꝛ Bald. in .l. conuenticulam. C. de epis. ꝛ cle. ꝛ Antoñ. de butri. ꝛ Jmola in capitulo cum apostolica. de his que fiunt a prela. sine consensu cap. cum simi. qd̄ et maxime dicendum est per id quod subditur in dicto statuto iuersiculo dummodo ad inuentionem dictorum armorum iuerint ad circandum ꝛ sit miles ꝛc. Si enim inuentus a familia que non vadit ad circandum non potest puniri vt denotat dictio dummodo que est taxatiua etiam qꝛ al's dictus versiculus dūmodo nihil operaretur. Multo fortius non debet puniri ille qui a nullo fuit inuētus: sed tantum detulit. Jstud enim argumentum procedit etiā ad correctionem iurium. Concurrunt em̄ argu. a contrario sensu dictio taxatiua: et quia alias nihil operaretur ad hoc text. in autēti. ex testamento. C. de col. ꝛ ibi ad hoc illam auꝫ. ponderant moder. legentes idem volentes etiam si non esset dictio taxatiua ad h̄ no. p Bal. in .l. conuenticulā. de epi. ꝛ cle. ꝗ allegat Cy. ꝛ Dy. in qbusdam eorum consi. quod ꝛ fortius demonstratur per id quod subditur in .d. secūdo statuto dum dicit ꝙ si tempore inuentionis nō eēt miles notarius vel iudex ad nullam penam puniatur: si enim inuenitur a familia ꝛ non adest miles notarius vel iudex non punitur absurdum est quod puniatur nullo modo inuētus quod argumē. ab absurdo est optimum. .l. nam absurdum. de bo. libe. etiam in correctiuis fm̄ Jmo. in .d. §. de viro per .l. scire oportet. §. aliud. de ex cu. tuto. pro quo etiam facit quia licet dictum primum statutum in sui princi. dicat simpliciter si quis detulerit ꝛc. Tamen statutū predictum successiue multotiens loquitur quādo quis fuerit inuētus et apparet ex serie ipsius statuti ꝙ aliquando dicit detulerit vel p simile verbum loquitur: aliquando dicit inuentus fuerit: aliquādo dicit si quis portauerit. ꝛ inuentus fuerit portare vt patet in secundo latere in .§. si quis vero portauerit. ꝛ inuentus fuerit portare. ꝛ sic requirit duo copulatiue: ergo debet vtrūqꝫ verificari. .l. si heredi plures. de cōdi. insti. ꝛ .l. generaliter. C. eo. ti. cum si. Unde satis euidenter datur intelligi ex predictis ꝛ ex .j. etiam dicendis qd̄ etiam primū statutū vult punire inuentos ꝛ nō simpliciter deferentes: sequentia enim declarant precedentia. .l. si seruus plurium. §. fi. ꝛ .l. ꝗ filiabus. de leg. j. cum si. Appositum enim in vno capitulo sepe subintelligitur in alio capitulo nō multum distanti repetitum. instit. de .l. aqui. §. hoc tamen capite. ꝛ .l. quemadmodū. §. fi. ff. eo. ti. ꝛ ꝙ p glo. insti. de re. diui. §. Item lapilli. ꝛ per Bar. in .l. ptor ait. §. erat igitur differentia. ff. vi bo. rap. quod et constat quia imediate post principium dicit quod stetur dicto massariorum et officialium per quos arma fuerint inuenta ꝛ loquitur de quadrellecto ꝛ stochecto de quibus simpliciter premiserat si quis detulerit: ꝛ tamen postea presupponit quod arma fuerit inuenta: vnde euidenter constat ꝙ statuentes non intendunt punire deferentes non inuentos. Constat enim quod quis potest arma deferre ꝛ non inueniri ipse nec arma: ꝛ tamen statutum postea presupponit arma inuenta: ex quo datur intelligi quod non intendit punire solum deferentes arma: et hoc etiam demonstratur ex eo ꝙ vult arma immittantur in illa forma ferrea de qua in statuto fit mentio quod ꝛ clarius apparet ex eodem statuto in fine quarti lateris ꝛ principio quinti: ꝛ de omnibus vbi dicit ꝙ de omnibus in pn̄ti capitulo contentis stetur relationi duorū de familia ꝛc. ꝛ iuerint ad circādum que verba inuūt ꝙ de omnibus. S. cōtentis in illo statuto debeant tūc puniri cū fuerint inuēti ab eūtibus ad circādum ꝛ hoc saltē iunctis pcedentibꝰ in dicto statuto ꝛ iuncto sequēti statuto. Ad idē optime faciūt verba posita in dicto primo statuto in .d. §. itē statuimus ibi. Et si cultellum vel alia arma offendibilia in terram vel alibi aliquis proiecerit puniatur pro dictis armis proiectis ac si dicta arma ad latus vel secū portare fuisset inuētus. Si em̄ puniretꝫ q arma portaret et si non fuisset inuētus portare arma ad latus vel secum qui arma pijecerit sine dubio puniretꝫ: qꝛ sine dubio arma detulit anteqꝫ pijceret merito sine dubio debuisset condemnari. ergo dicta verba fuissent frustratoria: ꝛ superflua sine virtute aliquid operandi ꝙ non est dicendū vt in prima cōsti. C. §. qbus. ꝛ ar. .l. si qñ. de le. j. ꝛ .c. si papa. de priui. lib. vj. vnde ex hoc datur euidenter intelligi ꝙ regulariter pro delatione armorū nō punitur nisi q fuerit inuētus cū armis ad latus ꝙ ꝛ demōstratur ex sequētibus verbis eiusdem statuti in eodem. §. dū dicitꝰ qd̄ de armorū piectione credatꝰ dicto vnius vel duorꝫ

vel duorũ officialiũ qui possunt scrutari pro armis euntiũ ad circã dum. Et sic innuit ꝙ. d. §. puniens proijcientẽ arma procedat solũ qñ officiales irẽt ad circandũ pro armis ꝙ est ipsa veritas: quia in prin. d. §. premittit hec verba: vz dũ ipse vadit scrutãdo ⁊ circando ꝑ armis. Et sic ex quo vba sequẽtia ⁊ precedẽtia ita loquũtur sine dubio ⁊ media hoc casu intelliguntur. s. qñ officialis iret scrutãdo pro armis ⁊ non al's. ar. d. §. hoc tamẽ capite cũ si. s̃. alleg. ⁊ maxime glo. iuncta tex. in. d. §. item lapilli. ⁊ attentis. s̃. adductis. Et maxie cum hec interpretatio sit humana ⁊ fauorabilis cum tractet de pene mitigatione. arg. l. si preses. ⁊. l. interpretatione de penis ⁊ regu le in penis in. vj. Et hoc maxime procedunt in casu nostro. In quo est dictus Jo. condemnatus tanꝙ detulerit arma in platea seu in palatio: qꝛ in quadringentis libris. Nã dictũ primũ statutum vbi loquitur de hoc casu. s. in. §. si quis aũt fuerit inuentus loquit quã do quis fuit inuẽtus portare ⁊ non dicit portasse. ⁊ sic vult ꝙ portaret tpe inuentionis. Ex predictis igitur apparet ꝙ nõ punitur vigore dictorum statutorum nisi ille qui inuenitur portare arma ⁊ hoc clarum ex verbis: ⁊ maxime ex mẽte euidenti dicti statuti que est attendenda. l. non dubium. C. de. ll. ⁊. l. nois. ⁊ rei. §. verbuꝫ ex. l. ff. de ver. si. facit. l. in conditionibus primum locum. de cond. et demon. immo nec inuentus nisi quando familia iret ad circanduꝫ vt ex supradictis clare dignoscit merito cũ in casu nostro do. Joã. nõ fuerit inuentus portare arma ⁊ si inuentus fuisset non ibat familia ad circandum dicamus qđ non potuerit puniri aliqua pena statutaria: ⁊ maxime. d. pena quadruplata in. cccc. libris. ¶ Nec obst. que adduxi in contrarium. qꝛ lꝫ princ. dicti primi statuti nõ videatur requirere ꝙ sit inuentus: tñ ex verbis eiusdem statuti superius ponderatis: ⁊ etiam ex secũdo statuto cõstat ꝙ requirit dicta qualitas ꝙ sit inuentus immo ꝙ sit inuentus a familia que iret ad scircandum per supradicta. Item non ob. d. §. item statuimus. immo facit pro inductus. vt. s̃. qꝛ loquitur quando familia iret ad circandum: sed qñ. d. Jo. dicitur dedisse dictum cultellum seu quadrellectum dicto Perfrancisco non ibat familia ad circandũ merito ⁊c. Nec ob. ꝙ. d. notarius ibat ad circãdum. d. Perfranciscum quia respondetur ꝙ immo non est verum vt mihi dicitur qđ iret ad rimãdum pro armis: prout requirit dictum statutum: sed ibat ad vidẽdum ꝙ. d. Jo. dederit dicto Perfrancisco: qꝛ nesciebat an dederit arma vel quid aliud: ꝑterea non ibat ad rimãdũ tpe quo. d. Jo. dedit. d. arma dicto Perfrancisco: sed postꝙ dedit qualitas aũt adiecta illi vbo ꝓiecerit debet intelligi ſm tps verbi. ⁊ sic ꝙ iret ad circãdũ tpe quo ꝓiecit. l. in delictis. §. si detracta. de noxa. Merito nõ refert si. d. notarius iuit postea ad rimãdũ. d. pfranciscum: nec etiã ob. ꝙ non seruat. d. statutũ: qꝛ lꝫ nõ seruet in eo ꝙ cõdẽnatio fiat in maiori cõsilio. ⁊ in eo ꝙ debeat ire equester miles ⁊ notarius ⁊c. tamen seruatur in alio: qꝛ non solent puniri deferentes arma nisi qui inueniunt: non em̃ inquirit vel accusatur aliquis ꝙ detulit arma: prout fit de alijs maleficijs. Non ergo consuetudo cõtraria seu desuetudo corrigit in totũ sed in pte: vñ in pte incorrecta est seruãduꝫ ar. l. sancim⁹. C. de test. ⁊. l. pcipim⁹. C. de appe. cũ si. ⁊ regula iur. vti le in. vj. Jđ dato etiam ꝙ esset consuetudo ꝙ in palatio nõ eat ad rimãdum. ⁊ sic in inuento in palatio non requireret illa qualitas ꝙ familia iret ad rimandũ: tñ non est cõsuetudo ꝙ qui detulit arma in palatio ⁊ non fuit inuẽtus ꝙ possit puniri imo puto ꝙ consuetudo sit potius in cõtrariũ: lꝫ neutra cõsuetudo presupponat: nõ enim vnꝙ vidi qđ puniret nõ inuẽtus cũ armis: ⁊ tñ de alijs maleficijs puniantur quotidie nõ inuenti in fragranti crimine. Nec euenit ꝙ non puniantur: qꝛ nõ deferuntur arma: qꝛ imo multũ frequẽtatur armorum delatio ⁊ in platea ⁊ in palatijs ⁊ vbiꝙ vt experientia constat. Itẽ lꝫ inuentus in palatio cum armis puniat etiã si familia non iret ad circãdum: tñ nõ est consuetudo ꝙ ponẽs arma in palatio in vno loco in quo postea inueniant ꝙ debeat puniri pinde ac si fuisset inuentus portare ad latus si familia nõ ibat ad circãdũ. Nec est cõsuetudo qđ tunc credat vni officiali: nec est consuetudo ꝙ. d. actus per quem apparuit qđ aliquid tradidit dicto pfrancisco probet ꝙ tradiderit arma cũ per ipsum actũ ⁊ p ea que psupponuntur secuta nõ ꝓbetur qđ tradiderit arma vt. s̃. subdit. ꝑterea in palatio detulit coactus qꝛ fuit ductus inuitus ideo iniquũ esset qđ aggrauaret sibi pena: qꝛ in palatio detulit al's familia que inueniret deferentẽ arma extra palatiũ posset captiuum ducere in palatio ⁊ dicere qđ in palatio detulit qđ esset absurdũ. †Facit qꝛ qui iussu iudicis aliqđ facit etiã al's punibile excusatur in nõ atrocib⁹ l. ad ea. de re. iur. ⁊. l. liber homo. la scđa ad. l. aql. vbi de hoc multo fortius qui ab officiali compulsus pcise. Et sic nõ debet puniri: qꝛ detulit arma in palatio per pdicta. Nec qꝛ detulit in platea: qꝛ non fuit innẽtus saltem ab euntibus ad circãdũ. †Si quis aũt instaret dato ꝙ delatio armorum nõ sit punibilis ex forma statutorũ si deferens non fuit inuẽtus. Est tñ punibilis de iure cõi: nã de iure cõi est ꝓhibit⁹ armorũ vsus ⁊ armorũ saltẽ offendibiliũ portatio. C. vt armor vsus in rubro ⁊ nigro li. xj. ⁊ in auť. de armis. ⁊ p gl. in rubr. de fabricẽ. ⁊ p bar. in. l. j. ff. ad. l. iul. de vi pub. vnde licꝫ iste casus sit omissus de iure mn. est tñ ꝓuisus de iure cõi. Merito potuerit puniri. d. pena. põt ad hoc rñderi: qꝛ. d. casus nõ est omissus de iuř mu ni. imo ꝓuisus qđ nõ puniatur ex pluribus adductis. s̃. Et maxie vigore scđi statuti dũ vult ꝙ condẽnet portans arma dũmodo ad inuentionem ipsorũ armorũ iuuerint ad circãdum. ⁊ sic miles ⁊c. ⁊ dũ subdit si tpe inuentionis nõ sit miles nõ puniat aliqua pena ꝓcedit aũt etiã in statutis de similibus ad similia ⁊ a pitate ⁊ maioritate rõnis. lꝫ sint exorbitãtia a iure cõi vt p Bar. in. l. si cõstante. in prin. so. ma. ⁊ per Jmo. in. d. §. de viro. istud. n. statutũ nõ corrigit ius cõe qđ reglr inhibet delatiõem armorũ ⁊ punit deferentes. sꝫ limitat ꝙ deferentes puniant si inueniunt ⁊ limitat ⁊ exorbitat a iure cõi ⁊ nõ corrigit. l. derogat. de ver. sig. preterea in casu militat non solũ. ar. a maioritate rõnis vel paritate: sed etiã a cõtrario sensu ⁊ vigore dictionis taxatiue vt. s̃. inductũ fuit. Et etiam vt audio hec interptatio cõsuetudine roborat qꝛ nõ solent puniri nõ inuenti. Dato tamẽ qđ oĩa pdicta cessarẽt nihilominus nõ potuit cõdẽnari qꝛ si statuta non loquuntur h casu remanet simplex dispositio iuř cõis que quidẽ dispõ disponit qđ ꝑ accusationem debeat quis dãnari vł in qbusdã casibus p inquisitionẽ iuř ordine seruato vt in ti. de accu. p totũ. Et maxime in. l. libellorũ. ⁊ in. l. abñtẽ de penis p totã. l. ⁊ maxime ibi ſm morẽ ꝓuatorũ iudiciorũ. ⁊. l. lꝫ eli. de symo. et. c. qualř ⁊ qñ. de accus. ibi vt iuxta formã iudicij ⁊c. ⁊ in. l. plataꝫ. C. de sentẽtijs ita em̃ est snĩa diffinitiua in criminalibus ꝓut in ciuilib⁹: iđ cũ in casu nr̃o nõ sit seruata forma iuř cõis in ꝓcedendo nec in snĩando dicta cõdẽnatio nõ tenuit nec de cetero si vellet ꝓcedere ꝓbari poterit: qꝛ nõ fuerũt testes q predicta viderint qñ dictus Jo. dedit dicto perfranciscoꝛ dictus perfranciscus nõ est idoneus testis qꝛ tractat de sua excusatione. ⁊ sic in cã sua testificaret. l. nullus. ff. de testi. ⁊. l. omnibus. C. e. ti. †Nec credet officiali q inuenit dicta arma dcõ pfrãcisco qꝛ lꝫ viderit dictũ actũ dci Jo. tñ nõ vidit ꝙ dederit arma predicta. ⁊ licet dictus perfranciscus illud post ea sibi dixerit ⁊ oñdiderit arma tñ potuit ad sui excusationem dicere falsuꝫ ⁊ dixit nõ iuratus ⁊ fuit solus merito ⁊c. p supradicta. l. iu risiu. C. de testi. ⁊. l. vbi numerus. ff. eo. ti. ⁊. c. in literis. ⁊. c. lꝫ ex quadã extra. e. ti. ⁊ sic dictus officialis nõ põt reddere iustã cãꝫ scie per sensum corporis prout dꝫ. l. testiũ. C. de testi. l. qui testõ. §. si. ff. de testa. ⁊. c. cũ cãm extra. de testi. Preterea ipse est singularis: ⁊ statutũ qđ vult ꝙ stet dcõ officialiũ in. d. §. ⁊ de omnibus vult qđ credatur duobus de familia. ⁊ sic nõ vni. Nec ob. dictũ statutũ in. §. item statuimus ver. ⁊ de proiectiõe vbi vult ꝙ stetur dicto vni⁹ de familia: qꝛ requirit qđ tpe proiectiõis iuerit ad rimãdũ ql vult deponere ꝙ nõ accidit in casu nr̃o vt. s̃. dixi. Preterea statutum loquit in hoc in casu quo vendicaret sibi locũ quo ad cõdẽnationẽ delicti merito si. s̃. ostensum est ꝙ statutũ nõ loquit in casu nostro quo ad delictũ et ei⁹ punitiõem silr nõ loquit in casu nr̃o quantũ ad hoc ꝙ credat vni: ⁊ maxime ex quo in hoc est exorbitãs a iure cõi ⁊ odiosum iđ ctũ in odiũ proijciẽtis arma facit regula odia in. vj. ⁊. l. cũ quidã. de lib. ⁊ posth. cũ si. †Et si dicat poterit officialis inquirere ⁊ ponere ad torturã ⁊ extorqre ꝯfessionẽ: rñdet ꝙ aliud statutũ enũerat casus in quib⁹ põt officialis ꝓcedere ad tormẽta in quos nõ est casus noster. ita qđ nõ poterit torqri. ꝑterea nõ poterunt ꝓbari inditia vt cõstat ex iã dictis ⁊ sine inditijs nõ põt qs torqueri ⁊ ꝯfessio tũc extorta metu tormẽtoꝝ. l. j. §. diu⁹. ⁊ ibi p bar. ff. de cõfes. ⁊. e. ti. l. pe. vbi casus ſm vnã lec. ⁊ ibi p gl. ⁊ bar. merito cõcludẽdũ est qđ dict⁹ Jo. nõ fuerit rite nec recte cõdẽnatus. Nec etiã possit de cetero iuste cõdemnari stantibus predictis. Laus deo.

¶ Summariũ super cõsilio. xxj.

1 ☞ Etas minor quomodo debeat probari etiam si minor iurauerit se maiorem. per totum.

2 Agẽs rescissione cõtract⁹ dꝫ probare valorẽ rei tpe contractus. Valor rei quomodo probari debeat.

3 Testis crimiosi dictũ seu de crimie dãnati vt probet quid requiratur si producatur in causa ciuili vel criminali.

¶ Consilium. xxj.

In noĩe dñi nostri iesu christi. ¶ †Circa hoc dõm est: qđ si dicta dictorũ testiũ bñ põderent nõ ꝓbãt ipsam minorẽ etatẽ cũ ipa minor etas probari debeat p testes q interfuerũt natiuitati. ⁊ sic p obstetrices vel p consanguineos vel vicinos: ꝓut no. per bar. ff. de minori. l. de etate quales non fuerunt testes inducti qui nõ deponũt qđ iterfuerint natiuitati dicti fredi: nec deponunt qđ sint consanguinei vel vicini: imo potius dicti testes deponunt sup ipsa minori etate nõ reddẽdo aliquã cãm cõcludẽtẽ. nec super ea deponũt ita ⁊ talr qđ ipsam ꝓbet. Nã prim⁹ testis vꝫ tudin⁹ deponẽdo sup ipsa minori etate nõ deponit sup ea affirmatiue cũ deponat p verbũ credit dicẽdo qđ credit dcm̃ fredũ fuisse minorẽ. xviij. annor. talis. n. testis ita deponẽs per verbũ credo nõ probat: ꝓut no. ff. de arbi. in. l. qui tñ. §. si arbiter. ita ꝙ h respectu nõ probat dictus testis: nec ex eo ꝙ dicit reddẽdo causam: qꝛ ipse qñ assumpsit dñam fraciscinã eius vxorem. d. bartholomea mater dicti fredi pepererat dictũ freduꝫ: vel si nõ peperat gestabat in corpe pgnãs: tps aũt quo duxit dñaꝫ franciscinã in suã vxorẽ dixit de mẽse septẽbris cucurrisse vsꝙ ad xxj. an. inclusiue cũ talis testis ita dicẽdo nõ deponit de ipa minori

etate: imo vr deponere reddēdo ipsam cām scie potius de maiori tate tpis. xviij. an. cum ipse testis dicat ꝙ ipse duxit dn̄am frācisci nā in suā vxorē iā sunt anni. xxj. ita ꝙ cucurrerant a dicto tpe quo duxit. xxj. ꝛ ꝙ tpe quo ipse duxit dictā suā vxorē dicta. d. bart. mater dicti fredi peperat dictū fredū vel si nō peperat habebat in vtero: inquātū em̄ dicit ꝙ peperat dictū fredū nō deponit ꝙ tunc tpis pepererit imo dicit ꝙ peperat ꝙ poterat esse ꝑ magnū tēpus antea cū verificet eius dictū etiā si peperisset p̄les annos añ: vñ iste nō deponit ꝙ esset minor dcō tpe inquātū dicit ꝙ peperat ꝛ si dicatur ꝙ ꝛ si nō deponit de minori etate inquātū dicit ꝙ peperat: tñ de ea vr deponere inquātū subdit ꝙ hēbat in vtero. ꝛ sic vr deponere de initio tpis sue natiuitatis: certe ad hoc rn̄det ꝙ ipse testis nō ꝓbat ipm̄ initium cum ipse testis deponat alternatiue dicendo ꝙ peperat vel erat in vtero: vñ nō ꝓbat: ex quo ita alternatiue loquitur cū ei⁹ ꝓbatio nō cōcludat: put cōcludere dʒ: vt hr̄ in. c. in pñtia de ꝓba. ꝑterea dict⁹ testis inquātū dicit ꝙ erat in vtero nō reddit quo ad h cām scie ꝙ viderit ipam esse pregnantē. put dʒ iuxta no. in. c. cū cām. de testi. vnde iste testis non perfecte probat ipsam minorem etatem dicti fredi: preterea non deponit de tempore dicte facte venditionis nisi per auditū: vn de non ꝓbat: prout habetur in. c. tam literis. de testi. Similiter ꝛ alia testis noīe virtus non probat ipsam minorem etatē: cum ipsa interrogata de etate dicti fredi dicat se nihil scire de etate dicti fredi tpe venditionis: ꝛ si dicat ꝙ non ꝓbat ita dicēdo nihilomin⁹ videt ꝓbare dū subdit ꝙ bene scit ꝙ dict⁹ fredus est etatis. xxj. annorū interrogata in cā scientie dicit: qꝛ hʒ. d. margaritā eius filiam etatis. xxj. anno. que nata fuit post. viij. menses a natiuitate dicti fredi certe ex hoc nō ꝓbat ipam minorem etatem cū ipsa nō deponat ꝙ interfuerat natiuitati dicti fredi nec ꝙ fuit vicina ipsius: put debet deponere vt cōcludenter ꝓbet: pront. s̄. dictum fuit. vnde quantūcūqꝫ dicat ꝙ sua filia nata fuerat post. viij. menses a natiuitate dicti fredi: nihilominus ipsa non probat de ipsa natiuitate ex quo ad ipsam natiuitatē non reddit aliquam cām scie concludentem. vt. s̄. dictum fuit. ꝛ si dicat qȯ reddit cum dicat hoc audiuisse a vicinis ꝛ consanguineis dicti fredi certe ex hoc nō probat: qꝛ quātuncūqꝫ ipsa minor etas probari possit per vicinos ꝛ ꝯsanguineos reddēdo cām: qꝛ sunt ꝯsanguinei vel vicini. put voluit Bar. in. l. de etate. ꝛ. ff. si cer. pe. in. l. j. ꝛ Bald. in. l. de tut. C. de resti. in inte. tñ ista testis non ita deponit: sʒ dicit se audiuisse a vicinis ꝛ consanguineis ꝙ testimoniū de auditu alieno nō est validum: nec inducit perfectā probationē: put no. ff. de ꝓba. in. l. arbiter in. d. c. tam literis. vnde testes isti ipsam minorē etatem non probant: ꝛ quod fortius est proceditur in casu isto in quo prout presupponitur dictus fredus iurauit se maiorem. xx. an no. propter ꝙ nō videtur admitti probatio testiū: immo videtur requiri ꝙ ipsa minor etas ꝓbetur per instrumēta. put habet. C. si minor se ma. di. in. l. si alterius. vbi plenius de hoc de quo in. d. l. de tutela. ita ꝙ. d. fredus nō pōt obtinere restitutionē seu annullationem dicti cōtractus venditionis. eo qꝛ ꝓbauerit se minorē esse. xx. an. tpe venditionis cū ꝓbauerit prout. s̄. dictū fuit. †Nec preterea obtinere pōt rescissionem dicti ꝯtract⁹ ex alia rōne qua nitit: vʒ ex eo ꝙ dicit se lesum vltra dimidiā iusti pretij cum dictum petiū terre fuerit venditū pro. xlij. flo. ꝛ valeat. xc. ꝙ probare conat per Joannettum Gabrielem ꝛ tudinum si bene ponderentur dicta dictorū testium non bene ꝓbāt Joānettus em̄ interrogatus de valore dicti petij terre dicit vera esse contenta in dicto articulo reddēdo cām. qꝛ ipse tpe facte venditionis ꝛ nūc emisset ꝛ emeret pro. xc. flo. talis em̄ testis inquātum dicit vera nō probat attēta dispositione statuti tudertini disponentis: vt presuppōitur ꝙ prohibita sit talis testificatio: ꝛ ꝙ non valeat dictum ipsius testis. ita deponentis tale enim statutum seruandum est inter ipsos tudertinos: non solum in foro seculari. ff. de iusti. ꝛ iure. l. omnes populi. sed in foro ecclesiastico vt disponitur in quadam constitutione episcopali: vt in puncto presupponitur. ita ꝙ dictus testis inquantum dicit vera esse non probat nec inquantum dicit ꝙ ipse tempore facte venditionis ꝛ nunc emisset ꝛ emeret pro dicto pretio primo ex eo qꝛ interrogatus de tpe facte venditionis dicit se non recordari propter ꝙ non exponit certitudinaliter de ipso tempore venditionis facte prout deponere debet fm ꝙ habetur. C. de rescinden. vendi. in l. ij. ꝛ in. c. cum dilecti de emptione ꝛ venditione. ꝛ. c. cum causam eo dem titu. preterea quātūcūqꝫ dictus testis dicat ꝙ dedisset. xc. flo. tamen ex hoc non videtur probare de cōmuni valore prout videt sentire glo. in. d. l. ij. ꝛ Bar. ibi. ꝛ. d. Anto. in. d. c. cum causam. tamē talis probatio non concludit ad hoc ꝙ habetur in. d. c. in presentia esto ꝙ Bald. in. d. l. ij. aliud sentiat super quo non insisto cuʒ dictus testis in hoc sit singularis. vnde non probat prout habetur. ff. de testi. in. l. ob carmē. §. fi. ꝛ. l. vbi numerus. ff. de testi. in. c. lʒ cāʒ. Jta ꝙ dictus testis non probat etiam ꝙ subdit se audiuisse. d. ant. dicentem ego non darem dictum campum quē emi a fredo ꝑ pretio. xc. flo. ꝛ cum in hoc similiter deponat de auditu ꝛ de confessione dicti Anto. facta absente parte que similiter non probat prout habetur. ff. de proba. in. l. cum de indebito. §. fi. ꝛ cum in hoc similiter sit singularis. ꝛ dum subdit dictus testis ꝙ ab omnibus emerez vendere volentibus fuisset emptum ꝛ venditum pro dicto pretio. ꝛ tunc quantuncūqꝫ nitatur hoc de ipso valore probare. ita deponendo iuxta no. ff. ad. l. falc. in. l. ꝑtia rerum. nihilominus non probat dictus testis cum non deponat de dicto tempore venditionis prout deponere debet prout. s̄. dictum fuit. vnde dictus testis non probat dictum valorem dicti petij terre. Nec etiam alius testis nomine Gabriel quantūcūqꝫ dicat vera esse contenta in articulo ex hoc non probat attenta dispositione dicti statuti: nec ex eo ꝙ subdit deponendo in causa scientie ꝙ ipse fredus quoddam petiū terre in dotem estimando ipsum. xc. flor. ꝛ quod. d. Gabriel habuit colloquium de dicto petio terre cum alijs hominibus: ꝛ quod dicti homines dicebant quod omni tempore reperirentur. xc. flo. talis em̄ testis non deponit de valore predicto nisi per auditum ab alio qȯ testimonium vt dixi non est validum. Preterea. d. testis non deponit quod illud petium terre sit illud quod fuit venditum dicto antonio primo interrogatus de hoc dixit se nihil scire nisi quantum audiuit ab ipo Antonio parte alia absente: vnde talis cōfessio redditur inualida ꝛ non probat vt. s̄. dictum fuit. ꝛ in h similiter. d. testis est singularis: vnde nō probat. put. s̄. nec alius testis noīe todinus: talis em̄ testis iterrogat⁹ sup dcō artic. nō deponit ꝙ dictum petiū terre tpe dicte venditionis fuerit valoris. xc. flo. immo dixit se audiuisse a nōnullis varie loquentibus ꝙ dictum petium terre erat valoris maioris. xlij. flore. cum aliqui dixerint ꝙ erat valoris lx. ꝛ aliqui. lxx. ꝛ aliqui. lxxx. ꝛ ꝙ deponendo etiaʒ de alio petio terre ꝙ ad propositum facit: vt. d. testis non probat de valore. xc. flor. immo si probat de aliquo probat de valore. lxxx. floreñ. quod non transcendit dimidiam iusti pretij: ita quod per dictos testes non ꝓbatur de valore dicti petij terre: ita ꝙ si loc⁹ rescissiōi dicti ꝯtract⁹ venditiōis remedio. l. ij. de rescin. vē. vñ ex dicta de cā seu ratiōe d. fredus obtinere non potest rescissionē dicti contractus emptionis ꝛ venditionis per predicta. Nec etiā ex alia ratione ꝛ in ordine tertia inquantum nititur impugnare dictum contractum allegando dictum Anto. emptorem secū fecisse pactum de reuendendo dictum cāpum ipso fredo pro dicto pretio ꝙ pactum ex forma statuti tudertini prohibitū est ꝛ ꝙ facit emptorem reputari pro vsurario vt presupponitur ꝙ ꝛ locum haberet etiam si statutum h non disponeret vt presumeretur contractus pignoratitius ꝛ simulatus concurrentibus duobus: vʒ pactum de reuendendo ꝛ maioritate pretij: iuxta no. in. c. ad nostram. de emp. ꝛ ven. ꝛ. c. conquestus. de vsur. super quo non insisto nec est necesse insisti: ex quo stat tale statutum: sed tantum an probatum sit de tali pacto super quo deponunt duo testes: vʒ Lucas ꝛ Gregorius: vnde videndum est an dicti testes. ita deponentes probent circa ꝙ dicendum est ꝙ dcī duo testes si eor dicta bene pōderentur non probant ita ꝛ talr ꝙ dici possit dictum pactum fore probatum. ita qȯ. d. contractus veniat annullandus vel rescindendus ex dispositione dicti statuti vel iuris communis Primus enim testis vcʒ lucas deponens super articulo dicti pacti dicit ꝙ in apotheca ipsius testis pauloanteꝙ fieret contractus venditionis venit. d. Anto. ꝛ. d. fredus ꝛ ipse fred⁹ dixit. d. Anto. le cose rasonate infra voi: me habiano effecto: et tunc. d. Anto. dixit ꝛ respondit fredo date bona voglia ꝙ tibi promisi ad vnguem obseruabo: ꝛ quando tu me renderai li mei denari: io te rendero la tua terra. Jtem dictus testis vltra subdit quod dicto Antoñ. ratificauit verba predicta dicendo fredo date bona voglia quod tibi promisi ad vnguem obseruabo. iste enim testis conatur probare dictum pactum de reuendendo quantuncūqꝫ nō sit omni exceptione maior cum fuerit ꝛ sit maritus sororis carnalis. d. fredi. ꝛ per cōsequens affinis quod ꝛ si forte in causa ciuili sit testis idoneus tamen in causa criminali vt dici potest ꝙ forte sit ista non erit idoneus: prout speculator in tit. de teste. §. j. ver. sed nunquid frater. allegando ꝙ hr̄. iij. q. ix. absens. †Preterea si talis testis ꝓbet nō hʒ aliquē in cōtestē qui sit idoneus testis prout. j. patebit. vnde redditur singlaris ꝛ nō ꝓbet vt pʒ ex no. in. c. lʒ cāʒ. de proba. ꝛ. ff. de testi. l. vbi numerus. Nā allegat pro pte. d. Antoñ. ꝙ. d. Grego. egidij nō est oi exceptione maior imo nullatenus dʒ ei fides adhiberi cū al's in quadā cā criminali falsum ꝓtulerit testimoniū. et sic deprehēdat eē criminosus ꝛ crimie falsi ꝛ piurij irretitus. ꝛ sic a testimonio repellēdus ꝑ id qȯ hr̄ in. c. testimoniū de testib⁹: et ad probādū dictū crimen falsi ꝛ piurij ꝓducunt pro pte cōueti quedā acta facta in curia capitanei dicte ciuitatis tuderti: in qbus appet ꝙ dictus gregorius inqsitus sup falso testimonio ꝑ eū ꝓbato fuit cōfessus dictū crimē ꝛ volēs euitare cōdēnationē soluit certā quātitatē pecunie vt h patere dicunt ꝑ acta publica sup quo tñ aduertēdū. qꝛ lʒ fiat dr̄ia inter ius ciuile ꝛ cañ. qꝛ de iure ciuili nō repellit a testimonio qlibet criosus. sʒ solū illi q sunt dānati aliquo iudicio pub. vt. l. iij. §. l. iulia. ff. de testi. ex eo ꝙ tales sunt infames infamia iuris q infames infamia iuris repellunt a testimonio tā in ciuili ꝙ in criali vt ibi hr̄ sir̄ de iure ciuili repellūt dānati ex criminib⁹ puatis de qb⁹ in. l. j. ff. de his q no. infa. cū illi ēt sint infames ifamia iuris vt ibi hr̄. Jtē opʒ ꝙ sit secuta cōdēnatio hec vt de dicto iure ciuili irrogetur infamia iuris vt. d. §. lex iulia. ꝛ no. in. d. l. j. ꝛ in. l. infamē. ff. de pub. iudi. sed de iure cano. ꝙ est seruandum in terris ecclesie: ꝛ

ecclesie:ꝛ maxime in foro ecclesiastico:put nūc p̄dicta cā pēdet: vt hr̄ in.c.lz ex suscepto de foro cōpe.ꝛ in.c.venerabilē q̄ fi.sint le.ꝛ in c.j.de noui.ope.nū.ꝛ no.in regula possessoꝛ.de reg.iur.li.vj.alr̄ disponit qꝛ oīs criminosus repellit a testimonio:vz in cā ciuili si non sit emēdatus de crimine nec egerit pniam:ꝛin cā criminali ēt si sint emēdati ꝛ hoc nisi sit crimē piurij:qꝛ tūc indistincte repellit ēt si sit emēdat⁹.ꝛsic ēt in ciuili:vt in dicto.c.testimoniū. itē in alio differt qꝛ de iure ciuili opz ꝙ crien sit detectū p sniam vt.s̄.dixi.sed de iure canonico absq3 eo ꝙ sit cōdēnatus qs de crie sufficit ꝙ sit testib⁹ cōuict⁹ vel ꝯfessus ip̄m crimē ad h vt repellat a testimonio:vt.d.c. testimoniū.imo vt ibi ꝓbat expresse dicit gl.ꝛ cōiter oēs doc.ibi sequunt sufficit ꝙ in alio iudicio in quo fuerit ꝯ illū ꝓcessum de crie fuerit ꝯfessus vl̄ testibus cōuictus:vn̄ fortius si fuerit ꝯdemnatus ibi p io.an.ex h no.ibi doc.ꝙ attestationes ꝛ ꝯfessiōes fcē i iudicio criali faciūt fidē in alio iudicio īter al's psonas vt ibi dicit.d.flo.ꝛsequunt ēt alij doc.h ꝓcedit:qꝛ tractat de inhabilitate psone cāta ex dcō crimine:ergo vbicūq3 fuerit detecta dicta inhabilitas sequit ipsam psonā sicut lepra leprosuz facit:ꝙ al's hr̄ in.l.ex ea.ff.de postulando.ꝛ al's de excōicatione q̄ etiā in alio iudicio ꝛ inter diuersas psonas pōt allegari in.c.j.de treu.ꝛ pa.cū si.vnde si criminosus ꝯuict⁹ p testes vel cōfessus ēt in alio iudicio ꝛ multomagis si eēt cōdēnatus pōt repelli in cā ciuili a testimonio si nō ꝓbatur ipsum emēdatum esse de crimine ꝛ pniam egisse:ergo stat firma intentio dicti Antonij conuenti vt possit repellere dictū gregoriū ꝛ iudex nō dz fidē adhibere:ex eo qꝛ nō ꝓbatur emendatio de crimine p̄dicto.nā vt dicit gl.in.d.c.vt testimoniū opz ꝛ ēt sequunt doc.ꝙ ꝓbet ip̄m egisse pniam de dicto crie.ꝛ ꝙ nō poterit facile ꝓbari nisi p suū sacerdotē ꝓbando de cōfessione ꝛ de iniūcta pnia:ꝛ ēt h nō sufficeret nisi ꝓbaretur exterioꝛ satisfactio:ꝛ dicit Host.ꝛ Jo.an.ꝙ ꝓbabit p familiares ꝛ alios q vіderunt ꝛ ꝙ sufficit satisfactio occulta si crimē sit occultū si vero fuisset manifestū dz esse pnia manifesta.licet nō solēnis.ij.q.j.si peccauerit vt ēt tenet ibi Jnno.ꝙ dictū bn̄ not. ibi Abbas sicu.vcz ꝙ non sufficiat quem esse cōtritū ꝛ confessum ꝛ actu destitisse a peccando ad hoc vt dicatur emēdatus de crimine vt sic non possit repelli a testimonio:sed requiritur exterioꝛ satisfactio de quo ibi per Abbatē q in effectu cōcludit ꝙ onus ꝓbādi incūbit ei ꝯtra quem ꝓbatū est crimē vt repellat a testimonio.ampli⁹ et clarius dici potest in p̄misso casu quod ex quo ꝓbat periurij crimen.d.gregorij testis per confessionem suam:licet facta in alio iudicio ꝛ inter diuersas personas certe etiam si esset emendatus ꝛ ꝓbaretur se emendatum adhuc debet repelli a testimonio tam in criminali q̄ in ciuili per tex.in.d.c.testimonij.nec obst.si dicatur qd̄ talis ꝯfessio fuit facta animo euitandi iudicium ꝛ cōdēnationē soluēdo penam:ergo non potest obesse dicto testi per id quod habetur in.l.si reus paratus.ff.de procura.et ibi per Barto.ꝛ eūdē in.l.ict⁹ fustiū.ff.de his qui no.infa. ꝛ in.l.iusiurandum.ꝛ ad pecunias.ff. de iureiuran.quia respondetur ꝛ obest ꝙ illud procedit respectu infamie iuris euitande ꝙ de iure non irrogatur nisi ex sola condēnatoria secuta ꝛ non ex simplici confessione etiam facta in iudicio vt per Barto.in.l.ictus fustium superius allegata:vnde concedo quod de iure ciuili.ꝛ sic in terris imperij dictus Gregorius non repellatur a testimonio ꝓpter solā dictam cōfessionē:verum quia de iure cañ.sola cōfessio de crimine eo casu quo criminosus repellitur de iure canonico a testimonio sufficit etiā in alio iudicio ꝛ inter diuersas psonas vt.d.c.testimoniū.ergo idē est dicēdum in crimine piurij nec obst.si dicat ꝙ in.d.c.testimoniū illud disponit in cā criminali ꝛ nō in cā ciuili.Nā rn̄det ꝙ ver.in crimiali aūt positus in.c.testimoniū venit aduersatiue ad p̄cedētia.ꝛ sic vt ibi dicit.d. Anto.ꝛ clarius Jmo.disponit ꝙ ēt in ciuili qn̄ criminosus nō est emēdat⁹ vel etiā piurus vel est emēdatus tn̄ erat crimen piurij p ipsum commissum sufficit ꝙ in alio iudicio de crimine sit cōfessus vel cōuict⁹. et sic etiā inter diuersas psonas.ꝛ sic probatur ex.d.c.iunctis precedētibus ꝛ sequentib⁹ in dicto ver.in criminali aūt ista ꝓcedūt a pari:vz quēlibet criminosum nō esse emedatū vel esse piurū in causa ciuili vel in causa criminali esset emēdatum vt.j.clare probatur:ergo ex quo in criminali etiā emēdatus repellit a testimonio si ꝯstet etiā per confessionem vel per attestationes factas etiam in alio iudicio eodem modo in ciuili dicendum est de non emendato vel de crimine periurij irretito vt ibi ꝛ etiam fuit de mente domini Anto.ꝛ clarius voluit ibi Jmo.ꝛ sic sequitur ex predictis ꝙ ex quo cōstat de crimine falsi dicti Gregorij per dictam suam confessionem. lz in alio iudicio factam ꝛ inter diuersas personas probatur tamē criminosus eodē modo quo probari debet vt.s̄.dixi.ꝛ etiam quia eodem modo probatur de crimine periurij contra dictum Gregorium quo casu etiā si fuisset emēdatus repellitur a testimonio etiā in ciuili ex quo sumus in terris ecclesie ꝛ ꝙ iudex dz dictum Gregoriū tanq̄ inhabilem reputare ad dictū testimoniū ꝛ ei fidem nō adhibere.ꝛ sic remanebit alius supradictus testis singularis.s.Lucas et nullo modo dictū pactū de reuendendo erit ꝓbatū:vn̄ qꝛ dictus agens eo modo quo petit ꝛ agit coram dn̄o vicario defecit in probationib⁹ circa suū salutare ꝛ fundamēta necessaria in cā debet cōuentus absolui a dicta petitione. Laus deo.

Summariū super cōsilio.xxij.

1 ☞ Prescriptio in annua obligatione vel solutiōe tā ex ꝯtractu q̄ vltimis volūtatibus qn̄ currere incipiat.nu.seq.ꝛ.23.p totum.
2 Procuratoꝛ vel syndicus cōsentiēte dn̄o vel populo cōtrahēs dominus ipse vel populus cōtraxisse videtur.
3 Jntimatio confirmat actum alias inualidum.
4 Antiq̄ facta ꝓbant leuiorib⁹ dcīs dū tn̄ nō sit magni p̄iudicij.nu.9.
5 Enūciatiuis vbis in rescripto emanatis an ꝛ qn̄ stetur.nu.8.
6 Clausula ꝙ rescripto plenioꝛ adhibeatur fides vel euidentia quid operetur.nu.seq.
7 Notoriū ꝛ plenioꝛ euidētia idē sunt vt ꝓbatione non egeant.
8 Rescriptum cui tenoꝛ instr̄i inseritur probat cōtēta in instr̄o si inseratur presentibus ptibus et legitime citatis.
9 Frustra de qualitate rei discutitur vbi non probatur ipsa res vel eius contenta.
11 Ciuitas semper dr̄ ciuitas eadē ꝛ idē populus:lz hoīes illius ciuitatis quotidie renouentur.
12 Prescribere nō potest aliquo tēpoꝛe possessoꝛ malefidei.
13 Lex nullo tp̄e dr̄ extincta:sz esse dr̄ sp in viridi obfuātia .vi.nu.25.
14 Res inter alios acta alteri nō prodest nec nocet.vid.26.
15 Prescriptio nō datur ꝯtra actionē nō natā.nu.seq.ꝛ.17.ꝛ.27.
16 Jmpedito legitime non nocet aliqua exceptio.
17 Legatis fructib⁹ vel pte fructū qui nascentur legatū dr̄ ꝯditiōale.
18 Alimētorū loco succedit annua ꝓmissio paupi facta.
19 Legatū annuum ecclesie factū dr̄ perpetuum.vide.nu.29.
20 Prescribi an possit aduersus annua legata vel solutiones qꝛ p̄scriptio dr̄ tantū cepta ab initio cuiuscunq3 anni.nu.30.
21 Jus quod plura respicit ꝛ illud habēs in vno vtatur vel in aliquibus conseruat sibi ius in omnibus ꝛ an requiratur ꝙ sciat sibi illō ius competere.nu.31.
22 Prescriptio non tollit obligationem naturalē ortam ex ꝯtractu.
23 Prescriptio.xxx.vl̄.xl.annoꝝ in annua obligatione qualiter se habeat ad hoc sunt tres opiniones.
24 Prescriptio pōt cāri ex probabili iuris dubio vel facti erroꝛe.
25 Prescriptio tollit omne debitum ꝛ ius ex lege causatum.
26 Uerba dubia sunt interpretanda contra stipulātem vel alium qui ex contractu nititur.
27 Heredes vel alij successores obligātur ex ꝯtractib⁹ defunctoꝝ licet de eis non fiat expressa mentio.
28 Usufructus annuus ecclesie vel cōitati cōcessus an tollatur lapsu centum annorum.
29 Jmperpetuum verbum adiectum in prestatione annua quid operetur ꝛ quando prescriptione tollatur.
30 Consuetudinis natura est dare formam futuris.
31 Separatorum sepata esse dz rō:nec de vno ad aliud fit illatio.
32 Obligatio naturalis nō presumitur nisi appareat de illa.
33 Solutio eius quod debetur tollit obligationem.
34 Cōitas nō hz aīam cui denunciatio euangelica non nocet.
35 Prescriptio an sit iure canonico improbata.nu.seq.
Jus canonicum fuit instinctu spiritussancti ordinatum.
36 Prescriptio cuius initij memoria non extat sapit naturam cōcessionis ꝛ dn̄ium tribuit etiam directum.

Consilium.xxij.

In noīe dn̄i nostri iesu christi. † In p̄nti consultatione duo in hesitatiōem p̄ncipaliter deducūtur. Primū an pro parte dicti ep̄at⁹ vigore dcē bulle legitime deducat ꝙ ep̄atui seu ep̄is p tp̄e existētib⁹ cōpetierit ab initio ius cōsequēdi ea q̄ in instr̄o bulla inserta dicūtur fuisse cōcessa dcō ep̄atui. Scd̄o presupposito ꝙ sic an pp cursuz tanti tp̄is ꝛ prescriptiōez inde cātā possit dcā cōitas se tueri aduersus dictū ep̄m ꝛ ep̄atum ꝓfecto satis est cōitati in altero fouere iustitiam qꝛ reus pōt niti ex nō iur̄ actoris.l.fi.C.de rei ven.l.q accusare.C.de edē.cum si.vulgari.ꝛ ex iur̄ ꝛ exceptiōe sibi ꝯpetēte vt in ti.de excep.ff.ꝛ.C.ꝛ extra per totos. Ueniam⁹ itaq3 ad p̄mū dubiū circa ꝙ vr̄ prima facie dōm ꝙ pro parte ep̄i legitime deducat ius cōpetijsse dicto ep̄atui. Nam ꝓducunt litere apl̄ice sub forma bulle in quib⁹ de mādato pape interseritur tenoꝛ instr̄i sup cōcessiōe eorum de quibus agitur celebrati de verbo ad verbū ad plenioꝛez rei notitiam in quo quidem instrumento bulla inserto aperte continetur qualiter nomine cōmunitatis fuerūt episcopatui ꝛ domino Raynerio tunc episcopo ꝛ suis in episcopatu successoribus data donata ꝛ concessa ea omnia de quibus ad presens agitur ꝛ papa in dictis literis ea omnia donata confirmat ꝛ ea mandat obseruari. † Ex quibus videt fundata intentio episcopi:nam in instrumēto continet ꝙ nōnulli officiales ciuitatis iteranēsis ppl̄o consentiente donauerunt prout sonant verba instrumenti ex quo enim vt officiales populi ꝛ cōmunitatis donant ppl̄o cōsentiente ppl̄s ipse donare cēset.ar.l.si ꝓcuratori presentis.ff.de verbo.ob.ꝛ.l.falsus §.sz ꝛ si is.ff.de fur.ꝛ ꝙ per Bar.in.l.singularia.ff.si cer.pe.vnde cū donatio ho die solo consensu perficiatur scz quo ad producendam actionem.l.si quis argentum.C.de dona.videtur ꝙ ex dicta dona

tione fuerit quesitū ius dicto episcopatui & episcopo p tēpore existenti presertim cū populus iteranēsis potuerit statuere.l. omnes populi.de iusti.& iure.& ɔtractus habentis potestatem legis cōdē de habeatur pro lege.l.cesar. de publi. & l.pe.C.de dona.inter virū et vxo. maxie cum interuenerit cōfirmatio superioris.s.summi pōtificis que quidē cōfirmatio videt emanata ex certa scientia ex quo est insertus tenor totus & instrumēti.& sic est intimatū totū factum q confirmat.ar.l.idem Ulpianus.de excu.tu.& l.quidam consulebat.de re.iur.& hr in.c.j.&.ij.de confir.vtili vel inuti.& c.venerabiles eo.titu.†Ex quo eñ est insertus tenor instrumenti ad literam apparet q cōtenta in instrumēto fuerunt intimata pape: vnde papa censet cōfirmare ex certa scia: put voluit Bartho. bñsi. in veneriali.xlix.& glo.in.c.venerabiles.& Hostien.& Joan.and.& cōmuniter doct.ibi. Unde conualidat actum alias inualidum.d.c. venerabiles.&.d.c.ij.&.d.l.idem Ulpianus.& no.gl.& doc.in.d.c.venerabiles vbi etiam volunt gl.& doc.in.d.c.venerabiles.& Bartho.in.d.veneriali.q dicto casu litere pape pbāt ɔctū & illū cōualidāt igitur videt ex eis fundata intētio epi q cōtenta in dicto instřo literis inserto fuerint vera & tenuerint.†Et cōsequēter q ipse seu epatus iustitiā foueat super primo dubio: & q pbent optime facit q: sumus in factis antiquissimis in quibus leuior probatio requiritur.c.cū cām que.de p ba.& l.in summa.§.idē labeo de aqua plu.ar.& q p gl.& doc.in.ca.j. de prescri.& per Inno.in.c.veniens.de ver.si.†vnde videtur q tūc verbis enunciatiuis in literis aplicis emanatis sit standū per glo. in.c.si papa.de pri.li.vj.iuncta glo.in.c.cum olim.de cen. & multo fortius cum in terminis nostris sint talia in quibus fundantur litere.ar.d.cle.literas.de proba.& que ibi traduntur.& per glo.& doct. in.c.nōnulli.de rescrip.†q maxime videtur dicendum q: papa videtur voluisse q per ipsas literas plena detur fides cuȝ dicat ad rei autem euidentiam pleniorem tenorem ipsius instrumenti &c. quādo eñ papa vult plenam fidem adhiberi profecto sufficit.c.cupientes.§.q si per .xx.de elec.in.vj.iuncta glo.&cle.constitutionem.eo. ti.cum glo.in verbo plena fides: & tex.in cle.literas.de proba.† Et pari ratione videtur idem dicendum in dictis verbis pleniorē euidentiam quasi velit illud haberi pro notorio.arg.c.euidentia cum sua glo.de accusa.& c.ij.cum glo.sua.de verbo.sign.euidentia eniȝ probatione non indigent.c.ad nostram.de iureiu.l.ea quidem.C. de accu.&.d.c.euidentia.¶†In contrarium autem facit q: litere apostolice in quibus tenor instrumenti inseritur tunc demum faciunt fidem & probant contenta in instrumento quando ṗsentib⁹ partibus vel legitime citatis tenor instrumenti inseritur al's secus ar.eorum que habentur in.c.j.&.c.pe.de fide instru.& que habentur in auť.si quis in aliquo.C.de eden.prout dicunt Host. Jo.an.& cōmuniter doc.in.d.c.venerabiles.al's enim de facili posset fieri circūuentio: vnde cū in casu nostro nullus interuenerit ex parte cōmunitatis nec fuerit legitime monita restat q non probantur per dictas literas contenta in instrumento.& per consequens non probatur concessio & subsequenter ruit fundamentum episcopatus. preterea papa non confirmat: quia non probat que fuerint donata et papa cōfirmat omnia que communitas episcopatui assignauit in dotem. Itaq; vt confirmatio operetur q reperiat quid confirmet: al's deficit cessante fundamento.j.q.j.cum paulus.& confirmatio debeat reperire quid cōfirmet quasi.i.simul firmatio.c.inter dilectos circa fi.de fide instru.& per consequens est necesse q appareat q fuerint ista que cōmunitas assignauit: al's confirmatio ruit propter incertitudinem.l.duo sunt titij.ff.de test.tute.& l.si fuerit.de reb. du. paria eñ sunt nō eē & non apparere.l.cum res.§.itaq;.de leg.j.& l. in lege.ff.de contrahen.emp. Nec huic rationi habent obstare adducta in contrarium. Non eñ ob.q insertio tenoris instrumēti in literis apostolicis operatur effectus quos.s.enumerauimus.quia procedunt vt diximus quando presentibus vel legitime vocatis partibus inseritur: q: al's deficit probatio ad hoc aūt.si quis in aliquo documento.C.de eden.cum sua materia.q satis est vt actor succumbat.l.actor q asseuerat.C.de proba.cañ.vj.q.v.cum si.vulgaribus. Uel saltem procedat.quando al's probarentur vera esse que literis inseruntur: tunc enim insertio operatur quia constat que papa cōfirmare volebat: tamen si vera erant in facto. Et stante veritate facti papa censetur facere ex certa scientia in dispensando vel supplēdo si indiget suppletione vel dispensatione. Nec obstant illa vba ad pleniorem rei euidentiaȝ: quia illa verba possunt intelligi vt habeatur plenior euidentia eius q papa intendebat confirmare. Namen vera erāt: nec frustratoria erat dicta insertio p ea que.s.proxi confirmare intēdebat ea que instrumento inserto continētur: si tame diximus. vnde ad pleniorem euidētiā rei.s.quā intendim⁹ cōfirmare vel intelligamus plenior q̄ si nō esset insertus tenor: nā insertio ista aliqualem rei euidētiā facit vbi si non inserebatur nulla euidentia ex literis habebatur corūȝ que ɔfirmabant. Nec ob.cle. literas cū sua materia & glo.d.c.nōnulli: q: in terminis nostris nō enūciatur factū sup quo fundat gratia pape: q: papa non enūciat que fuerint designata: sed enūciat tenorē instři: constat aūt confirmationem nō fundari in instrumēto: q: nō confirmať tenor instři vel ipm instřm: sed confirmātur ea que in instřo continētur: cōstat aūt quātū cōtentū distet a ɔtinente. Preterea credit his q̄ narrant in literis pape qñ narrant ea q ɔsistūt in facto rescribētis: & in eo fundatur gratia literis ɔtēta ista duo ɔcurrūt in. d.cle.lřas.vñ si cōsistunt in facto alteri⁹ nō pbať illud factū quātūcūq; sup illo fundatur gratia pape prout tenuit Jo.an.in mercu.in.c.non licet.de re. iur.& Lan.in.d.cle.literas.& Lap.ibi dicens se cōsuluisse & audiuisse calderinum ita dicentem in voce: q & tenuit Old.consi.cclxxviij. p dictā cle.literas a contrario sensu.& videtur affirmare Lap.in alleg.cxxij.& hanc ptem tenet etiam.d.ant.in.d.cle.literas.† Nec ob. glo.in.d.c.nōnulli.& que ibi traduntur: q: ibi agitur de paruo preiudicio. Ideo facit fidem prout firmat ibi.d.Nico.secus volens vbi de magno preiudicio: prout contingit in casu nostro q̄ distinctio an agatur vel puo preiudicio fuerit originaliter Jo.an.in.d.c.non licet. Nec ob.q in factis antiquis non requiritur plena probatio: q: non ppterea dicendum est q sufficiat omnis quantucūq; leuis seu qualis qualis presumptio vel coniectura nec sufficiat instrumētum de alio faciens mētionem put contingit in terminis nostris: maxime in his in quibus de magno pjudicio agitur.d.c.cum cām. d.c.cum olim agebatur de paruo non de magno preiudicio: prout dicunt doc.in dictis iuribus maxime in.d.c.cum causam distinguētes in factis antiquis an agatur de re parui preiudicij vt tūc leuis probatio sufficiat aut magni: & tunc plenior requiratur: & ideo nō sufficiant simplicia verba ennunciatiua & non ob.glo.d.c.cum olim. accedat q tradit Bar.in.l.admonendi.ff.de iureiuran. vbi dicit q instrumentum in quo deficit aliqua solēnitas instrumentaria in factis antiquis facit semiplenaȝ probationem non plenam: cū itaq; hec registratio non habeat solēnitatem citationis cōmunitatis q̄ ledi poterat. prout requirebatur vt premissum est dicamus q non facit fidem saltem sufficientem. Facit quia dictus tenor insertus continet non verisimilia. argumentum caplo licet causam.de proba.& l.ob carmen.ff.de testi. Et maxime cum tam longissimo tempore fuerit cōtrarium seruatum in his de quibus agiť: vnde videť q legitima probatio seu indubitata fides requirať: vbi al's leuior probatio sufficeret vt videť probare no.tex.in.c.super eo de parochia.ibi legitima probatione aut alia indubitata fide iuncta gloss. sing.in.l.cū de indebito.de proba.& attento q loquitur de finibus paroch.in quibus leuis: al's probatio sufficit.vt.d.c.cum olim.&.d. c.cum causam. Preterea prout dixi litere non enunciant factū: sȝ tenorem instrumenti q nō hȝ omes solēnitates instřarias vt ex sui serie euidēter apparet. Ex quibus pȝ q non ob.glo.in.d.c.si papa. nec glo.in.d.c.nōnulli.nec.d.cle.lřas.& tollunt p predicta omia in ɔtrariū adducta.† Insuper q̄plura possemus p hac pte adducere respiciētia & defectū instři q caret loco & testib⁹ & defectū ipsius ɔtractus q: nō ɔstat de mādato cōcedētiū nec de cōsensu ppli saltem legitime cōuocati. Nec sunt seruata solēnia in alienatione rex ciuitatis requisita q̄ oia cum nota sint omittimus: tū q: si non probať instřm vel ɔtēta in eo frustra de eor qualitatib⁹ disceptať.l.ij.de vsufr.&.l.ei⁹ q in puinciā.ff.si cer.pe.tū maxie q: sup decisiōe secundi dubij intēdim⁹ facere nřm pncipa le fundamētū p cōitate predicta iteranēsi.¶†Presupposito aūt sine pjudicio veritatis q pro parte epatus sit fundata intētio vigore dictarum literarum aplicarū. Est videdū an cōitas iterānis & hoies ipsi⁹ cōitatis possit se tueri: q: nō fuerunt soluta ea de qbus agitur circa q videtur dicēdum q nō: pluribus rationibus. Et pmo q: cū ppl's ipse assignauerit & donauerit vt.s.q: eo cōsentiēte assignatio & cōcessio vř q fcā fuerit: put sonāt vba instři inserti in literis apostolicis: & ipe lře testātur q cōitas assignauit: ipa aūt cōitas semp fuit vna eadē lȝ hoies ipsius quotidie renouenť.l.sicut.§.in decurioib⁹.ff.q cuiuscunq; vniuer.no.&.l.pponebat ver.& pplm eūdeȝ.ff.de iudi.ab initio habuit notitiā hui⁹ assignatiōis in dotē.†& p ɔñs nō implēdo fuit in mala fide merito cēseať durare in mala fide: & p ɔñs nullo tpe pscribit.c.qm omne.de pscrip.&.c.possessor.de re.iur.& p hanc rōnē hoc firmauit Bal.in.l.imperiū.ff.de iurisdi.om.iu. nec curať cursus temporis: ex quo tex.dicte regule possessor dicit vllo tpe nō pscribit. et sic etiā si cētū annis & vltra qs possideret nō prescriberet put dicit Dy.ibi.¶†Scdo hoc pbať p illam cōcessionē artanť hoies pticulares q fecerint illa exercitia de qbus in pūcto & ibi in literis fit mētio: puta venditores piscīu tenenť ad singulos pisces in hebdomada macellarij ad singľas spatulas porcinas i natiuitate. & sic de singulis: pfecto ista onera sunt ini ūcta pticularib⁹ psonis q̄ p tpe exercēt in dcis exercitijs q̄ quidē psone minime tenenť ex ɔctu corū: sȝ ex ɔctu cōitatis tanq̄ lege.d.l.cesar.&.d.l.pe.C.de do.inter vi. lex autem semper loquiť & semper est in viridi obseruantia.l.ariani.C.de hereti.autenti.sed hodie.C.de donationibus inter vir et vxo.cum si.ideo etiam hodie videtur militare.d.l.resultans ex.d. contractu.† Quod maxime & tertio dicendum est: q: illi qui hodie sunt dicta exercitia faciunt & non possunt niti ex eorū prescriptione: q: ipsi non compleuerunt illam. Nec videntur posse niti ex prescriptione aliorum in quorum locum minime succedūt: nec aliquo modo representant: quia res inter alios acta &c.vt.C.res iter alios acta in rubro et nigro cum si.et.l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pac.

Quarto

15 ¶†Quarto cõcessio illa fuit facta dño Raynerio ꝛ successoribus: vnde successores videntur venire ex concessione eis facta. Idcirco iste presens eps videtur niti ex concessione facta. Ex qua attribuitur sibi actio que videtur noua cõcessio: nam cõstat dictã cõcessionem esse gratuitã ꝛ verba cõtractus et ipsius cõtractus substantia demõstrat titulũ donationis que cum sint clara nõ inducimus: vñ cum donatio facta dño Raynerio tunc epo iteranensi erant duratura ad tẽpus et post tẽpus ad successorẽ ipsi successori: ꝓut est ad presens eps qui agit videtur ꝙ habeat vtilẽ. l. quotiẽs. C. de dona. que sub modo que sibi nõ poterat cõpetere anteꝙ ipse in epm assumeretur merito antea non poterat incipere ꝑscriptio aduersus dictam suã actionẽ: vel quia antea nõ erat orta: nam cõstat ꝙ contra actionẽ non natã non datur ꝑscriptio. ar. l. x. de ver. obli. ꝛ ꝓbatur

16 in. l. cum notissimi. §. illud. C. de ꝑscrip. xxx. vel. xl. an. † vel quia nõ cõpetebat facultas agẽdi ꝛ impedito agere nõ currit prescriptio. l. j. in fi. C. de annali excep. ꝛ. l. cõtra maiores. C. de inofficio. testamẽ.

non profectitia respectu patris: vt no. per. l. quesitum. §. j. ff. de leg.
j. nec beneficia prouenientia ab auo perdunt nepotes facto patris
vt habetur in. l. adoptiuum in prin. ff. de in ius vo. ꝛ in. l. diuo mar-
cho. C. de questionibus. ꝛ per Bar. in. l. j. ff. de interdictis ꝛ relega-
13 tis. † Et ꝙ pater non posset alteri concedere rem emphyteoticam
in preiudicium filiorum. Dicēdum videtur ex dictis Bar. in. l. iuris
iurandi. §. si liberi. ff. de ope. li. maxime dum tangit questionem de
masculo vniuersaliter instituto ꝛ femina instituta in re certa: vbi in
ter alias rationes vnam videtur assignare que vrget ad propositū
nostrum scꝫ quod pater non possit tollere ius quesitum filie ex sti-
pulatione paterna quam rationem assignat etiam Bald. in. d. l. li-
berti liberteq; ad quod etiam ꝙ tradit Spec. in titu. de locato. §.
nunc aliqua versic. cxliij. dum vult ꝙ ex facto seu negligentia pa-
tris non perdant filij huiusmodi emphyteosim ad predicta etiam
qd̄ no. Dy. Bal. Ang. ꝛ Pau. de ca. in. l. apud iulianum. §. si quis
alicui. ff. de leg. j. vbi vidētur velle ꝙ pꝛ in ꝑiudiciū filioꝝ nō possit
repudiare emphyteosim quā fuit stipulatus ꝑ se ꝛ filijs quasi vna
sit emphyteosis in ꝑsona patris ꝛ alia sit in persona filioꝝ: ar. l. sti-
pulatio ista. §. si qs ita fuerit stipulatus de ver. ob. ꝛ in. l. antiqtas.
C. de vsufru. ꝛ adducit Bal. id quod habetur in. c. ij. de feu. Ad idē
optime facit theorica Bald. in. l. j. C. per quas perso. no. acqui. vbi
concludit in hac questione an pater possit filio preiudicare conce-
dendo alteri emphyteosim stipulatam ꝑ se ꝛ filijs. Concludit enim
quod si q̄siuit emphyteosim ex liberalitate concedentis non possit
filio preiudicare illam alteri concedendo: secus autē si illā quesiuit
ex pecunia ipsius patris que quidem theorica videtur satis rōna-
bilis. ꝛ eam alias consulendo secutus fui. ꝛ nunc etiam mihi placet
adducēdo autem dictam theoricam ad casum nr̄m in quo emphy-
teosis non fuit quesita ex pecunia patris quinimmo nec ex aliqua
patris prouisione: sed ex prouisione auite videtur multo fortius di-
cendum ꝙ nō possit pater illam auferre filio: cū quo ad ipsam em-
phyteosim nihil habeat filius a pꝛe: vn̄ minus habet hoc casu a pa-
tre q̄ qn̄ pater fuit illam stipulatus ꝑ se ꝛ filijs: lꝫ nullam pecuniā
exposuerit: sed solum liberalitate concedentis receperit ꝑ stipula-
tionem. Et ꝓpterea si illo casu non potest filio preiudicare in ipsa
emphyteosi multominus possit in casu nostro iunctis notatis in
d. l. quesitū in prin. Et prout nō pōt directe ita nec ꝛ concedendus
quod id faciat ꝑ indirectum ꝑ regulā cū qd vna via in. vj. ꝛ qꝛ alias
essent parate fraudes: nā volens donare iura emphyteotica finge-
ret se diuidere vel aliter cōtrahere: vt filijs preiudicaret quib⁹ frau-
dibus est obuiandum. l. in fundo. ff. de re. vē. cū concor. ꝛ. c. quanto
extra de diuortijs: ꝛ maxime vbi est tanta disproportio prout est in
casu nostro: facit qꝛ inter prohibitos imminet suspitio fraudis. l. g
testm̄. ff. de ꝑba. ꝛ. l. cum quis decedens. §. titia. ff. de lega. iij. ꝛ quod
14 no. Bar. in. l. si forte. ff. de castren. pecu. † Nec huic interpretationi
ob. illa verba diuisionis quas ꝛ que pro specificatis lateratis. ꝛ no-
minatis haberi voluerūt: ac si de ipsis ꝛ quolibet ipsoꝝ specialiter
ꝛ diuisim facta esset in p̄nti contractu specialis mētio: nam etiam si
fuisset facta spālis mētio sub cōmemoratione iuris ipsorum diuide-
tium similiter diuisio restringereꝛ quaten⁹ eoꝝ iura se extenderent
ar. d. l. serui elec. §. fi. ꝛ. d. l. stichum cū si. s. adductis. qꝛ dicta iura lo-
quuntur in eo casu quo res esset specialiter designata ꝛ noiata. nec
ob. alia verba dicte diuisiōis: ibi ad habendū ꝛc. vēdēdum ꝛ alienā
dū. ꝛ quicquid dicto porphyrio ꝛ suis heredibus deinceps placue-
rit perpetuo faciēdum: qꝛ dicta verba intelliguntur ꝯm ꝓcedentia
quia ꝑmittitur dicto porphyrio alienare ꝛ ꝑpetuo facere de dictis
bonis quicqd sibi placet. s. quatenus sunt sibi in partem ꝯsignata.
ꝛ per consequens quatenus spectabāt ad dictum venantium. ꝛ nō
vltra: qꝛ ꝑ ꝓcedentia declarantur sequentia in. l. si seruus plurium.
§. fi. de leg. j. ꝛ. l. heredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. ꝛ. l. si legato-
rum de leg. ij. Et facit qꝛ clausule gn̄ales in ꝯctu apposite restrin-
guntur ad specificata. l. emptor. §. lutius. ff. de pac. ꝛ. l. si ex pluribꝰ.
ff. de solu. ꝛ. l. si de certa. C. de transac. Ex quibus oībus infertur qd̄
ex q̄ in dicta diuisiōe veniūt dicta bona ēphyteotica sub ꝯmemora-
tiōe iuris dicti venātij nō teneꝛ hr̄des dicti venātij āplius ex q̄ nō
erāt duratura apud venantiū. ꝛ ꝯn̄r nec apud porphyrium argu. ad
15 l. lex vectigali. ff. de pig. † Et ꝑ consequens tollit dictū scōm arg.
qd̄ rn̄detur: qꝛ dicte dn̄e adiuerūt hereditatem dicti venantij eorū
patris cum beneficio legis ꝛ inuentarij: vnde non tenentur seruare
re factum defuncti nisi quatenus suppetūt bona hereditaria. l. fi. §.
ꝛ si prefatam. C. de iure deli. ꝛ no. in. eadem lege. §. in computatiōe.
Et ꝓut mihi dicitur dicte domine non curant dimittere omnia bo-
na dicti Venantij vt consequantur illa bona emphyteotica cū he-
16 reditas Venantij non sit soluendo. † Nec ob. tertium ex eo quia di-
cta bona emphyteotica vigore dicte diuisionis ptinebant in vita
Venantij ad dictum Porphyrium ꝛ successiue ad pacem eius filiū
ꝛ post pacis mortem ad dictum Petrumpaulū: nec prescribit qs
rem suam. l. sequitur. §. lana. ff. de vsuc. ꝛ maxime in ꝑiudicium filia-
rum dicti Venantij ad quas non spectabāt aliqua iura in dictis bo
nis in vita dicti Venantij: nec potuissent illa bona petere a dicto
Porphyrio vel ab eius successoribus ꝛ non valenti agere non cur-
rit pre-

rit prescriptio.l.j.in fin.C.de annali excep.τ.l.cū notissimi.§.illud.
C.de prescrip.xxx.vel.xl.anno.τ.l.cōtra maiores.C.de inoffi.testa.
17 cū si'i.†Nec ob.quartū argumētū qz plerisq3 dicit q regula.d.l.tra
ditionib⁹ fallit in iure emphyteotico.Nec Specu.in titu.de loca
to.§.nūc aliqua.ver.clvij.vr velle q in emphyteosi queraṫ vtile do
miniū sine traditione per.l.j.si ager vectigalis vel emphyteota pe
tatur.Et hoc p dictū Spec.cōcludit celeberrimus iuriscōsulus do
minus Jo.petrutij de perusio doctor integerrimi iudicij in.d.l.tra
ditionib⁹.dicēs ita se consuluisse fulginei.τ idē vr velle Spe.in.d.
§.nunc aliqua.ver.clxix.dicēs q si qs emit emphyteosim p se τ qui
busdā alijs puta fratribus vxore vel alijs:l3 illi alij nō fuerint a do
mino immissi in possessione:tñ hñt vtilē rei vēdicationē ſm Jaco.
allegat in arg.l.iij.C.de dona.que sub mō.τ.l.j.C.de iure emphy
teotico.τ.§.in emphyteosi.in aut.de non eligendo.l.j.C.si impe
rialis liberalitatis socius.libro.x.τ Bal.ibi in additionib⁹ querit
quid si ego accipio p me τ fratrib⁹ τ vxore.τ dicit q illi hñt vendi
cationē p me.Et Joā.an.in addi.vr sequi Spec.ex quo eius dicta
non improbat:qz non improbādo vr illi assentire p id qd ipse idez
Joā.an.tradit in prin.additionū Spe.Pro quo etiā facit:qz in si
mili feudū queriṫ successione vel inuestitura.c.sciendū.in fi.de feu.
cog.ibi:τ feudū neminē acquirere nisi inuestitura aut successione.τ
sic vbi trāsit successione non requiriṫ inuestitura seu traditio.Pro
quo etiā facit:qz dicit Bal.in aut.si quas ruinas.C.de sac.san.ec.si
lij vel neptes querūt emphyteosim ex donatione cā mortis a patre
vel auo primo stipulāte:τ tāgit etiā Bar.in.l.si mihi τ titio.in pn.
de verb.obli.sed ex donatione cā mor.queriṫ dñium sine traditio
ne:vt no.in.l.ij.ff.de pub.Ideo vtile dominium trāsibit in istas fi
lias sine traditione:itē facit qz Imo.in.l.ex facto.§.si quis rogat⁹.
ff.ad treb.dicit q filij possunt ratificare possessionē apprehēsam p
patrem τ facta dicta ratificatione vr presupponere q vtile dñium
absq3 alia traditione seu apprehēsione possessionis trāseat i filios:
τ pro hac parte vidi etiā hoc cōsultum p aliū celeberrimū doctorē
perusinū qd in emphyteosi queraṫ vtilis sine cessione seu traditio
ne p illud dictū Spec.τ adducebaṫ qd Cy.in.l.ea lege.C.de condi.
ob cau.dicit q vbicūq3 datur a iure actio vtilis in rē illa dz esse na
tiua τ nō causata ab aliquo dñio:sed a legis ptāte.τ iō non requiri
tur aliqua traditio ſm eū.τ idem voluit Bal.in.l.si vt pponis.eo.
ti.τ iō dicit idē Bal.C.de dona.ante nup.in.l.si a spōso.in fi.p illu3
tex.q vtile dominiū qd causatur ppter vtilē in rem acquiritur ipso
iure ex ipsa legis ptāte sine aliqua traditione:vt pz ibi.τ in.l.cū ve
terū.eo.ti.τ illi consilio apud vrbinū reddito se subscripsit prefat⁹
dñs Joānes.Et ſm hanc opi.dictū arg.non procedit.τ si non pla
ceret hec opi.satis videreṫ esse q dicte filie intrarēt in dictis bonis
l3 ab alio possessis aio querēdi dñium ex titulo precedenti cū p cō
tractū emphyteoticū videtur concessa dicta potestas capiēdi pos
sessionē rerū emphyteoticarū.Et p accessum ad rem queritur do
miniū:l3 nō queraṫ possessio ab alio occupata.l.si fundū.ff.de fun.
18 do.†Et l3 non fuisset quesitū vtile dñiū tpe litis cōtestate:tñ satis
est q illud supuenerit pendente iudicio:ex quo supuenit ex causa
de preterito.l.si rem.§.fi.de pig.ac.cum cōcor.ibi p glo.adductis.τ
19 no.glo.τ doc.in.l.non potest videri.ff.de indi.†Nec ob.v.ar.cōtra
rium:quia rñdetur q l3 in acquisitore primo emphyteosis sit du
biū an possit alijs puta filijs preiudicare in quo articulo doctores
variant τ dicendū est prout.s.dixi in rñsione data ad scdm cōtra
riū.Tamē in alijs est magis clarū q non pōt preiudicare: nam filij
non habent tunc a patre:sed ab auo vel alio primo acquisitore put
τ supra deductū est.Preterea nō cēsetur Uenātius in casu nostro
voluisse preiudicare suis filiabus ex quo non assignauit in partem
dicto Porphyrio dicta bona simplr τ in specie: sed assignauit bo
na sua.Et sic sub cōmemoratione iuris sui:iō nō cēsetur assignasse
iura suarū filiarū ad eas.s.deuoluenda post mortem ipsius Uenan
tij.contraria autem loquuntur qñ simplr legasset vel assignasset rē
nō sub commemoratione iuris sui inter q est longa differētia: nā si
quis talem domum si illa est sua p parte τ heredis p alia parte de
betur tota legatario.l.vnū ex familia.§.si rem.τ.l.cū filius.§.dñs.
de leg.ij.Sed si legauit talem domū suā non debetur legatario nisi
dimidia que erat legantis:l3 alia dimidia foret heredis.arg.d.l.ser
ui electione.§.fi.prout ibi dicunt Bar.τ doc.cōmuniter arg.illius
tex.cum igitur in casu nostro assignatio in partē facta dicto Por
phyrio sit facta sub cōmemoratione iuris sui dicendum est q non
censeatur assignata simpliciter:τ sic non veniant iura filiaru3.Non
ob.vltimū argu.cōtrariū:qz ad illud pōt rñderi vt.s.proxime.s.qd
procedat qñ simplr fuit assignatum in partē vni totū feudu3.Nos
autē loquimur in casu in quo non fuit assignata in partem simplr
res talis emphyteotica:sed sub commemoratione iuris ipsor diui
dētium:prout proxime deductum.Et maxime attenta modicita
te portionis dicti Uenātij ita q dicta bona non tam ex diuisione:
et sic ex causa onerosa q ex liberalitate dicti Uenantij videnṫ con
cessa:attento q absq3 dictis bonis emphyteoticis que omnia fue
rūt assignata dicto Porphyrio portio bonorū cōmuniū assigna
ta in partē dicto Porphyrio excedebat in estimatione porti onez
assignatā dicto venātio vltra dimidiā iuste estimatiōis portionis

dicti Uenantij ita q bona emphyteotica habuit dictus Porphy
rius.vt ita dixerim ante partē seu ex liberalitate dicti venantij vel
interueniente dolo saltē re ipsa iuxta.l.si quis cum aliter.de verb.
obli.τ.c.quintauallis.de iureiur.Ita q nō meretur.d.porphyrius
in hac re tātum fauorē prout si diuisio fuisset iusta τ re τ cōsilio.Li
cet in hoc de modicitate portionis non faciā fundamētum: quia
licet verū sit:tamen forte non poterit probari.Ita q etiā circūscri
pto hoc medio paucitatis portionis qd etiam.s.tetigi teneo hāc
conclusionem dato.s.q non probaretur qd vna portio esset maior
altera.Item dici potest q.d.c.vnicū.de natu.succes.feud.loquitur
in feudo τ feuda vt plurimū regulātur a iure cōsuetudinario τ po
tius q a iure communi:vt in.c.j.de feu.cog.adeo q in multis ha
bēt naturā extraneā ab alijs iurib⁹ seu ɔtractib⁹:prout τ no.Bar.
in.d.l.iurisiurādi.§.si liberi.τ Bal.in.d.l.liberti liberteq3.Et inter
cetera in materia successionis:qz non pñt regulariter succedere fe
mine.c.j.§.filia.de succes.feu.τ.c.j.§.ad filias.de grad.suc.in feu.in
alijs que iuxta.l.maximum vitium.C.de libe.prete.τ aut.in succe.
in fi.C.de suis τ leg.τ aut.cessante.τ aut.post fratres.C.de leg.her.
Ita q non esset mirū si etiā in terminis dispositionis dicti.c.vnici
de natura succes.feu.haberet aliam naturam q ceteri contractus
vel alie successiones: pro quo possunt adduci verba dicte rubrice
quasi ideo dicatur ibi de natura successionis feudi quasi casus qui
decidūtur sub illa rub.sint de natura succes.feu.τ non pertineāt ad
alias successiones:maxime cum in illo libro posita fuerit alia rubri
ca de succes.feudi ita q casus decisi in dicta rubrica de natura suc
cessionis feudi poterant poni sub illa rubrica de successione feudi
et non fieri duas rubricas sup eadem materia:ita q non sine mini
sterio videātur facte dicte due rubrice: τ ratio videtur persuadere
q vna differat ab altera:ita q probabiliter dici pōt q prima rubri
ca generaliter loquatur de successione feudi:scda autem rubrica sit
posita vt denotet specialē naturā feudi in successione: τ sic in ea de
cidanṫ casus in quib⁹ feuda habent naturā specialem τ extraneam
ab alijs contractibus seu successionibus: τ si ita interpretareṫ ille
tex.faceret pro non contra:qz si est spāle in feudo: ergo in cōtrariū
20 est ius cōe.l.j.in fi.ff.ad munici.τ.l.j.C.de thesaur.lib.x.†Circa se
cūdum autem consultationis articulum videṫ prima facie dicendū
q dictus Petruspaulus reus conuentus veniat absoluendus. nā
presupponitur in facto q dicta bona stabilia occupata per dictu3
Petrūpaulū fuerunt eidem legata ab auctore dictarū dominarū.
Ideo cum dicta bona dicātur fuisse testatoris legantis dominiu3
dictarum rerum recta via trāsiuit in dictum Petrūpaulum lega
tarium.l.a titio.ff.de furtis.τ.l.si tibi homo.§.cum seruus.de lega.
j.τ.l.legatum ita.de lega.ij.cum si.C.Uñ.d.Petruspaulus apprehē
disse videṫ possessionem sue rei:cuius videṫ moderator τ arbiter.l.
in re mandata.C.mandati.τ licet quādo legatarius occupat pos
sessionem rei legate sine licentia heredis competat heredi interdi
ctum quorum legatorum ad recuperationem possessionis occupa
te per legatarium vt in titulo quorum legatorum.ff.τ.C.quasi per
totum.Siue legatarius occupet post aditam hereditatem siue an
te aditam hereditatem.l.j.§.qd ait pretor voluntate.ff.quorum le
gatorum.tamen non competit dictum interdictum nisi quādo he
res pretendit habere ius falcidie detrahende:prout no.Barto.in
d.l.j.in princip.ff.quorum legatorum.dicens q hoc tenetur in.l.j.
C.eo.ti.vbi hoc not.glo.fi.τ satis innuit tex.illius.l.in prin.τ etia3
Bal.ibi dicens q restitutio que fit vigore illius interdicti fit here
di vt ipse heres possit detrahere falcidiā:τ etiā notat q rōne par
tis fit restitutio totius.Et idem etiam not.Ange.in.l.j.in princ.τ
in.§.j.ff.eo.ti.Dicens q non cōpetit dictū interdictum si reus de
traxit falcidiam vel si non est vsurus falsidia:cum igitur in casu no
stro pro parte dictarum heredum agentium non dicatur q velint
vti falcidia non videtur q competat eis dictum interdictum qd τ
videtur dicendum ex alio:quia competit dictum interdictu3 here
di si satisdat de satisfaciendo legatario quatenus legatū sibi debea
tur vt probatur in.d.l.vnica.C.quorum le.ibi oblata satisdatione.
et in.l.j.§.qd ait pretor.nisi cum sequentibus.ff.eo.ti.Sed non ap
paret ex actis q dicte Joāna τ Jacoba heredes agentes satisde
derint vel dictam satisdationem obtulerint:ideo videtur q debeāt
21 succumbere:τ sic dictus Petruspaulus veniat absoluendus.†Nec
huic sententie videtur refragari ius municipale sub rubrica q nul
lus occupet tenutam alicuius defuncti nisi requisito herede: quia
videtur q licet dictum statutum generaliter loquatur: nihilomi
nus debeat distingui per ius commune:quia statuta recipiunt in
terpretationem a iure communi.l.si serui vestri.C.de noxa.et.l.sed
si.l.§.vt gradatim.ff.de mune.et hono.Et intelligi debent vt quā
tominus possunt ledant ius commune.c.cum dilectus.extra de cō
suetu.et facit.l.ius singulare.et.l.qd vero contra.ff.de.ll.et.c.cū ex
pediat.de elec.lib.vj.τ.l.vnica.C.de inoffi.dotibus.Et qd no.glo.
in.l.sciendum.in princi.ff.qui satisda.cog.que vult qd generalitas
autētice offeratur distinguatur per dictam antiquam.l.sciendum.
facit.l.non est nouum.τ.l.nā τ posteriores.ff.de.ll.ideo videtur di
cendum q generalitas dicti statuti restringatur in legatario q nō
procedat nisi quando heres vult vti falcidia τ offert satisdationem

et si quis dixerit: quid ergo operatur di[...]ctum statutum: rñdetur q multa operatur. Nam imponit nouā [p]enam. Item videtur tollere ordinem iudiciarium per illa verb[a] de facto no. Bar. in cōsi. suo qd incip. pactus qōnis inter Albe[r]tum. in ordine. lxxv. Item interdictum quorum legatorum co[m]petit solum aduersus legatariū z dictum statutū loquitur gener[a]liter dū dicit nullus occupet zc. Item imponit penam officiali negligenti. Item ex alio videtur q dicte agētes debeāt succūbere. Nam ipse narrāt in rescripto qd cedit in locū petitionis q dict[u]s reus cōuētus occupauit z occupat dictas res. Et tam in vero [q]ū occupauit ab initio dictus reus cōuētus sed eius genitor: z ideo cū sententia debeat esse conformis petitioni. l. vt fundus. ff. cōi diuidūdo. z. c. licet ely. de symonia. z. c. qualiter z qñ. el grande. extra de accu. etiā in summarijs: vt in cle. sepe. de verb. sig. post prin.

22 ¶ † His tñ non obstātibus in cōtrariū puto iustitiā satis clarā: maxime vigore dicti statuti: qd statutū in nigro loquitur indefinite non magis in legatario q in alio z rubruz loquitur per vniuersalem nullus ita q neminem excludit. argu. c. solite. de maio. z obe. z. c. si romanorū. xix. di. z. l. iulianus. de leg. iij. cum si[mi]l. Et ideo cum generaliter loquatur dictum statutum est generaliter intelligendū. l. j. §. z generaliter. ff. de legatis prestā. et. l. iij. ff. de offi. presi. cum si. Nec obstat q interdictum quorū legatorum restringatur sed id qd dixi in adductis p aduersa parte: qz rñdetur q licet pretor faciendo interdictum quorū legatorū prouiderit eo casu quo vellet vti falcidia z esset paratus satisdare: non tñ pmittit pretor legatario occupare rem legatam in casibus supradictis sed solum denegat suum interdictum: non autem denegat alia remedia si qua competunt per aliam iuris cēsuram: z sic per generalitatem dicti statuti non derogatur in aliquo dicto interdicto pretoris quorum legatorum: quia eo casu competet illud interdictuz et actio seu remedium: ex eo resultans post statutum conditū: put antea competebat: z per hanc viam concordantur iura iurib[us]: nō ita contingit in terminis dicte. l. si serui vestri. z. d. c. cum dilectus. et qd notatur in. d. l. sciendum. cum si[mi]l. Et quia verba statuti sunt clara videtur casus legis municipalis de hac consultatione: iō nō est instanduz. arg. l. ancille. C. de furtis. z. l. illam. versi. de modo. C. de col. cum si. Nec oportet q vna lex moderet alteraz ex quo de diuersis remedijs loquūtur z quelibet potest generaliter intelligi vt

23 iacet. † Nec obst. id qd dicebatur q in rescripto narrat q ipse reus conuentus occupauit z occupat: z tñ in vero illam occupauit pater dicti rei conuenti: quia rñdetur q immo in dicto rescripto narratur q illam occupauit ipse conuentus z etiam eius pater: z sic fit mentio etiam de occupatiōe pr[i]na. Et qz v[er]ba libelli interpretātur a libellante. l. si quis intentione ambigua. §. de iudicijs. possunt dicta verba intelligi q prius occupauit pater z post patris mortem illam occupauit filius. Et insuper in istis ita summarijs non requiritur libellus: sed sufficit qualisqualis petitio sufficit. d. cle. sepe. Satis videtur esse q petantur dicte res restitui: quia super dicta petitione potest formari sententia propter qd tex. dicte cle. sepe re-

24 quirit qualem qualem petitionē in actis describi. † Nec refragat[ur] qd in heredem non competit actio ex delicto defuncti. l. j. in prin. C. ne ex delic. defunc. Quia verum est nisi quatenus ad heredē peruenerit: vt ibidem in fi. ff. de calū. l. z in heredem. z. ff. qd metus cā. l. videamus. sed in casu nostro peruenit ad heredem ista possessio occupata. ideo dirigitur contra eum: vt possessionem occupatam resti-

25 tuat. † Nec etiam predictis refragantur ea que in contrarium primo loco adduxi: quia illa militant quo ad remediū interdicti quorum legatorum: non quo ad alia remedia inducta p alias iuris partes. z sic licet cesset interdictum quorum legatorum in illis casibus non propterea sequitur q cessat remedium inductum per dictā legem municipalem. Preterea licet non competat dictum interdictum quorum legatorum quando heres non vult vel non pōt vti falcidia tamen non propterea sequitur q licet heres non dicat se velle vti falsidia: qd propterea cesset illud remedium. Nam lz non alleget se velle vti falcidia: non propterea sequitur qd ipse nolit vel non possit vti falcidia. et Ang. in. d. l. j. in fi. princi. dicit q dictū interdictum procedit quando est certum de lege falcidia z qñ dubitatur: sed quando est certum q lex falcidia nullatenus immineat tūc cessat illud interdictum: nam agens repellitur exceptio dolo facis petere qd restituturus es. z idem dicit in. §. rediguntur. in fi. e. l. volens qd tunc repellitur agens illo interdicto qñ legatarius est paratus incontinenti docere de iure suo: hoc est q heres non possit vti lege falcidia: non si hoc non constat nec potest constare de proximo non cessat prout satis aperte videtur velle ibi ipse Ange. in vltimis verbis. Ideo cum in casu nostro hoc non constat dicamus non cessare dictum interdictum. Item si requiritur q heres vellet vti lege falcidia ad hoc vt possit agi ex illo interdicto: eo ipso qd illud intentat videtur declarare q vult vti dicto beneficio: quia qui vult vnum censetur velle id qd est suum necessariū antecedens. l. illud. de acqui. here. l. oratio. de sponsa. l. ad rem mobilem. z. l. ad le-

26 gatum. de procura. cum si[mi]libus. † Nec obstat scdm de non oblata satisdatione: quia non requiritur qd heres offerat satisdationem: sed satis est qd sit paratus adeo qd petenti satisdationem non sit in mora in satisdando prout est expressum in. l. si. §. primo. ff. quorum leg. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. xxxviij.

¶ Laudum quod libellum excedit vel compromissi fines potest dici nullū etiam stante statuto q non possit appellari neqz de nullitate dici. per totum.

1 Arbitri seu arbitratoris potestas depēdet a compromisso.
2 Diuisione valet qua vna res insolidum vni adiudicatur.
3 Diuisio est in iudicis arbitrio z prout inter partes conuenit.
4 Socius vel frater existens in cōi cū alijs fratrib[us] an teneat rē ppriō nomine emptam ceteris cōicare.
5 Pecunia est de rebus que seruando seruari non possunt. Diuisione rerum cōmuniū iudicis officiū non se trahit ad res non communes.
6 Sententia arbitraria vltra formam compromissi non valet.
7 Emptio in totuz an remanet firma vna re ex plurib[us] simul emptis vitiata z sub vno precio.
8 Sententia sm partiū conuētionē ferenda an requirat solēnitates requisitas in snia: nec potest fieri cōsensu partium q snia lata a iudice incompetēti teneat vt sententia. nu. seq.
9 Contrahens quilibet simpliciter cēsetur nomine proprio ztrahere z non alieno.
10 Ratificari non possum quod nomine meo non est gestum.
11 Laudum seu arbitrariorum snia claudicare non debet.
12 Testis an possit esse arbiter vel arbitrator de laudatis.
13 Decretum vel sententia que transiuit in rem iudicatam vel laudum qd obijci nequeant procedit in validis alias secus.

¶ Consilium. xxxviij.

1 In nomine dñi nostri iesu christi. ¶ † Viso libello producto pro parte Petri quōdā angeli oddi de eugubio noie ppriō z ser angeli quōdā ser Joānis suo noie ppriō: z vt frater z gesta persona Ludouici vincentij z Mariotti suorum fratrum contra z aduersus Paulum Angeli oddi omnes de dicta ciuitate: in quo in effectu narratur q habent nonnulla bona communia pro indiuiso: vcz Petrus pro tertia parte Paulus pro alia tertia parte z dicti ser Angelus z fratres pro alia tertia parte. Et petunt dicta bona diuidi pro dictis ratis petentes causaz compromitti sm formam cuiusdam decreti loquentis de compromissis iudiciarijs et laudis exinde ferentis: z viso compromisso ad pronunciandum iudicis contracto super dicta petitione inter dictas partes sm formam dicti decreti. Et laudo postea per arbitros lato in dicta cā in quo adiudicantur certa bona insolidum dicto Petro pro omni eo qd ipse habere posset zc. prout z. j. de tenore dicti laudi seu arbitramenti fiet mentio quatenus videtur oportunum pro presentis consultationis decisione. Et presupposito q aduersus dictum laudū seu arbitramentū fuerit pro parte dicti Petri z pro parte dicti pauli reclamatum z deuentum ad scdm compromissum sm formā dicti decreti. Et visis quibusdaz inpugnationibus que allegantur pro parte dicti Pauli aduersus dictum laudum z quibusdam iustificationibus que allegantur pro parte dicti Petri: maxime quia per eum allegatur q dictum laudum fuit latum sm conuentionem inter partes emanatam q laudum fereret sub forma sub qua latum fuit: z visis attestationibus trium testium super dicta conuentione: queritur de validitate dicti laudi: et quia consultans multum instat dicens tempus habere breuissimum breuiter ad decisionem incedam. Et quia principaliter allegatur q dictum laudū est nullum ea ratione quia non est conforme libello z subsequēter necnon compromisso super ipso libello emanato: a quo quidem compromisso dependet omnis arbitrorū potestas. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. adeo q cum eorum potestas reguletur a compromisso si arbitri excedunt formam compromissi laudum non tenet: vt ibi. et. §. si. e. l. z. l. si cum dies. §. plenum. eo. titu. et. c. cum dilecti. extra eo. titu. z arg. l. diligenter. ff. manda. z. c. cum olim. extra de offi.

2 delega. cum si. † Qd autem dicti arbitri seu arbitratores excesserint formam compromissi videtur aperte deduci: quia petitur in dicto libello q bona communia diuidantur inter dictos Petrū paulum et Angelum et fratres: vcz q fiat diuisio inter dictum Paulum ex vna parte et dictos Petrum z ser Angeluz z fratres ex altera parte. in dicto autem laudo non fit diuisio sub dicta forma: sed dicto Petro adiudicatur quodā potere z certa alia bona p omni eo z toto qd. d. Petrus peterez habere posset in bonis z rebus stabilibus emptis olim per dictum Bartolum Paulum z ser Joannem aut alterum eoz nomine ipsorum trium non nominato dicto petro et p oi eo z toto qd. d. petrus posset habere z consequi de ornamētis zc. z lectis z lecticis eorūdē zc. z oibus soccitis z aialibus locatis zc. Et qd habere posset de precio duarū bestiarum venditarum zc. Item adiudicauit. d. Petro quēdam lectum cum hoc qd daret. viij. flore. dictis Paulo z heredibus ser Joannis. Cetera autem bona stabilia quesita per dictos paulum Joannem z Bartholutium non nominato dicto petro et omnes soccite z aialia p[re]dicta sint co[mmunia]

sint ⁊ remaneāt communia ⁊ cōiter diuidātur inter dictos Paulū et heredes ser Joānis excluso dicto Petro. Ecce qd̄ nō vr̄ seruata forma dicte petitionis: ⁊ ꝑn̄r dicti cōpromissi: tum qꝛ petebaṫ fieri diuisionē inter dictū paulū ex vna et dictos petrū ⁊ angelū et fratres heredes ser Joānis ex altera nec petebatur fieri diuisionē inter petrū ex vna ⁊ dictos paulū ⁊ heredes ser Joānis ex altera ꝓut videṫ facta ꝑ dictū laudū. Itē per dictū laudum non videnṫ diuisa bona cōia ꝑ portionibꝰ ad singulos ꝑtinētibus prout videbaṫ peti in dicto libello: sed fuerit petro adiudicata certa bona insolidū pro certis bonis que remanserunt cōia inter ipsos paulum ⁊ heredes ser Joannis: sed vr̄ ad hoc posse respōderi ꝙ satis vr̄ satisfieri iudicio diuisorio si qn̄ sunt plures res cōmunes que petūtur diuidi. Si alique res vni insolidum assignātur vt ꝓbaṫ in. l. meuius. §. arbiter. ⁊. l. ante pe. ff. fami. her. ⁊. l. ad officium. C. cōi diui. l. si quis putans. §. si fundus. ff. eo. ti. ⁊ ideo si certa bona fuerūt adiudicata insolidū. d. Petro: ⁊ certa alia bona fuerūt adiudicata dictis paulo ⁊ heredibus ser Joānis videtur satisfactum libello in quo diui-

3 sio petitur. † Forte eñ expediebat partibus ita diuisionē fieri ꝙ iudex animaduertere debet. l. iudicem. ff. cōi diui. Et maxime id facere potuerūt si partes ita conuenerint: qꝛ dʒ iudex diuidere: prout inter partes conuenit. d. l. iudicem. in fi. facit. l. si cōuenerit. de re iudi. Et ex quo diuisio est similis permutationi. de lega. ij. l. cum pater. §. hereditatem. ⁊. l. j. cum sua glo. C. cōia vtriusꝙ. ind. videtur dictus Petrus partē quā habebat in bonis emptis ꝑ Bartholutiū paulum ⁊ ser Joānē nō nominato petro ⁊ alijs pro quibꝰ fuerunt eidem bona ꝑ laudū adiudicata cum partibꝰ quas paulus ⁊ heredes ser Joānis habebāt in rebus ipsi Petro adiudicatis: ⁊ sic paulus vr̄ ꝑmutasse cū. d. petro partē quā habebat in bonis. d. Petro adiudicatis cū dimidia partis que spectabat ad petrū in bonis sibi paulo ⁊ heredibꝰ ser Joānis assignatis: ideo lʒ non valeret laudū quo ad diuisionē inter dictos petrū ⁊ heredes ser Joānis inter quos nullū iudiciū nullūꝙ erat cōpromissum saltem valeat quatenus est latum inter petrū ⁊ paulū cū possint diuidi: ⁊ id̄ non debeat vtile per inutile vitiari vt in regula iuris vtile. in. vj. ⁊. l. grece. §. illud. ff. de fideiussori. Preterea in dicto decreto dr̄ ꝙ aduersus laudum latum ex forma dicti decreti non possit dici aliquid obijci vel opponi: id̄ nō vr̄ posse opponi ꝙ sit nullū ex eo qꝛ excessit formam libelli ꝑ generalitatē dictorū verborū vniuersaliū q̄ nihil videntur excludere. arg. c. solite. de maio. ⁊ obedi. ⁊ cañ. si romanorum. xvij.

4 distinc. † Sed nihilominus tenendum est ꝙ laudum ⁊ arbitramētum non teneat per rōnem preallegatā: qꝛ laudādo eo mō excesserūt formā eorū cōmissionis per iam dicta: ⁊ maxime qꝛ dicta bona adiudicauerūt dicto petro non solū pro cōpensatione bonorū cōmuniū: sed etiā ꝑ cōpensatione bonorū nō cōmuniū. Nā nō apparet ꝙ ornamēta iocalia vestes ⁊ panni ad vsum vxorū ser Joannis pauli Baldit oddonis forēt cōia: nec sīlr̄ soccitez aīalia locata: nec etiā quo ad bona empta ꝑ dictos Bartholutiū Paulū ⁊ ser Joānem nō nominato Petro refertur dicta adiudicatio ad portionē spectantē ad dictum petrū. Sed magis generaliter ad omne id et totum qd̄ petere ⁊ habere posset in dictis bonis: stant autē hec simul ꝙ non fuissent cōia cū dicto petro: vel si fuissent cōia spectarēt ad dictū petrū ꝑ nona parte. Et tñ posset cōsequi maiorē partem puta tertiā: puta si dolo malo nō nominassent dictū petrū: vel si ratione forte generalis administrationis debuerint nominare dictū petrū in emptione in qua fortasse exposuerūt pecuniā petri seu cōmunē vel rōnē expresse cōtracte societatis: nā lʒ ex expressa conuētione vel ex causis predictis tenerenṫ emptores qui nomine ꝓprio emerūt cōicare res emptas: tñ nō ꝓpterea sunt cōia prout patet in socio oim bonorū emēte rem proprio noīe. Nam sibi soli querit dominiū: qd̄ tñ tenetur actione ꝑ socio cōicare. ff. ꝑ socio. l. si societatem: ita qd̄ casibꝰ predictis dictus petrus potuisset cōsequi ⁊ habere tertiā partē dato ꝙ non haberet dominiū vel nō haberet vltra nonā partē tanꝙ heres Bartholutij ꝑ tertia parte: ⁊ sic illa verba ꝑ omni eo ⁊ toto qd̄ peteret ⁊ habere posset in bonis emptis ⁊c. i plus se habent ꝙ se haberet portio dicti petri: et ꝑ ꝯn̄s dicta adiudicatio facta dicto petro de bonis expressis in laudo non fuit correspectiua ad portionē quā habebat petrus in bonis que assignātur dictis petro ⁊ heredibꝰ ser Joānis: sed etiā ad alia si qua petere ⁊ habere posset dato ꝙ ad eū non spectaret iure cōionis seu portionis

5 sue quā habebat in dictis bonis. † Insuꝑ fuerunt correspectiua ad id qd̄. d. petrus petere vel habere posset de precio duarū bestiarū bouinarū ⁊c. Profecto preciū consistit in quātitate pecunie. l. j. ff. de cōtrahē. emp. ⁊ pecunia dr̄ de rebus que seruando seruari non possunt. l. vnica. C. si aduer. vsuc. qꝛ est de rebus quevsu ꝯsumunṫ. l. ij. l. hoc senatus. ⁊. l. qm̄ pecunie. ff. de vsuf. earū rerum que vsu cōsu. de facili eñ cōsumitur adeo ꝙ sola cōmixtione censeṫ cōsumpta. l. si alieni nūmi. ff. de solu. Ita ꝙ non est verisimile ꝙ corpora pecunie forent cōia. Nec officiū iudicis suꝑ iudicio cōi diuidundo aditi trahitur ad rem nō cōem etiā si al's fuerit cōis: vt qꝛ fuerit vendita per alterū ex socijs: vt ꝓbat tex. in. l. ad officiū. C. cōi diui. ⁊. l. familie. C. cōia vtri. iudi. ⁊. l. j. in fi. ⁊. l. ꝑ hoc. in princ. ff. cōi diui. Cū itaꝙ sint dicto Petro insoliduʒ adiudicata certa bona (que an fuerint cōia vel non cōia ignoro) correspectiue ad bona cōia ⁊ non cōmunia adiudicata dictis Paulo ⁊ heredibus ser Joannis vr̄ ꝙ dicti

6 arbitri immiserint falcem in messez eis nō cōmissam. † Ideo restat ꝙ tanꝙ non seruātes metam cōpromissi non valeat eorū laudū per d. c. cum dilecti. ⁊. d. §. de offi. cū simili. Et qꝛ non apparet quātum de dictis bonis sit adiudicatū dicto petro cōtemplatione portionis quā dictus petrus habebat super bonis cōibus assignatis dictis paulo ⁊ heredibus ser Joannis. Restat ꝙ non potest discerni id in quo valeat ⁊ id in quo non valeat dictum laudū per ea q̄ ha-

7 bētur in. d. §. illud. ⁊ in dicta regula vtile. † Et insuꝑ nō fuit eis cōmissum ꝙ ita cōmixtim iudicassent de bonis cōibus ⁊ nō cōibus et ꝑmutassent promiscue tā cōia ꝙ non cōia: prout si poneremus qd̄ darem tibi mandatum ꝙ fundum titianum vel eius partem dimidiā permutares cum fundo semproniano vel eius parte dimidia procurator ꝑmutauit fundū titianū cū dimidia fundi semproniani ⁊ cum fundo seiano diceret ne quispiā sani capitis ꝙ valeret ista permutatio etiā quo ad dimidiā fundi semproniani certe nō cum vnica sit permutatio. facit optime. l. qd̄ si vno. ff. de in diē adiec. ⁊. l. cum eiusdem. ff. de edili. edic. vbi si emptio facta de pluribus rebꝰ vno precio vitiatur respectu vnius rei vitiatur in totū. Et si nō vitiatur in totū substētatur in totū vt ꝓbatur in dictis iuribꝰ singula singulis referēdo. Itē facit. l. imperator. §. si centum. versi. enim vero. vbi patet ꝙ si quantitas relinquiṫ ab eo qui honoratus est in quātitate: tūc habetur respectus ꝓportionabiliter de vna quātitate ad aliā vt. d. §. si cētum. in princ. Secus aūt si quis honoratur in quātitate ⁊ grauatur in specie: nā tunc non correspectiuaṫ quātitas cū specie ꝓportionabiliter: vñ pari rōne ⁊ fortius videṫ idē dicendū qn̄ honoratur ⁊ oneratur in speciebus. Facit etiā qd̄ hr̄ in. l. non amplius. §. si. cum. l. seq. de leg. j. vbi si legatur pars bonorum: quia intelligitur deducto ere alieno: ⁊ illud es alienū nō detrahiṫ proportionabiliter de singulis bonis: ideo deuenitur ad singularē dispōnem que habeṫ in. d. §. si. cum. l. seq. ⁊ sic patet qd̄ nō correspectiuatur proportionabiliter es alienum cum bonis relictis. Facit etiā id qd̄ habetur in. l. si ex ea pecunia. C. de rei vendi. vbi dicit ꝙ non admittitur compensatio nisi de quātitate ad quātitatē. vnde ad propositū nostrū predicta applicādo cum dicti arbitri excesserint formam cōpromissi: ex eo quia laudauerunt etiā de non cōibꝰ que nō spectabant ad eorum commissionem. Et propterea laudū in ea parte est nullum per iura. s. alleg. ⁊ tanꝙ latū a iudicibus incōpetētibus: quia hmōi arbitri iuris iudices sunt. Nam censentur habere iurisditionē a iure delegatā. c. ab arbitris. de offi. deleg. lib. vj. ⁊. l. fina. C. de iudi. Succedūt eñ isti arbitri in locū iudicis: dicit Bar. in. l. si iudex nutrici. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Et ideo laudum ab eis latū vltra contēta in cōpromisso cēsetur latū a iudicibus incōpetētibus merito est nullū: prout sn̄ia a iudice incōpetēti lata. C. si a non cōpetēti. per totum. ⁊. c. at si clerici. in prin. extra de iudi. ⁊. ij. q. j. in primis. Itē iudex primo aditus si tulisset sn̄iam non cōformē libello nō valuisset ipsa sn̄ia ꝑ. l. vt fundus. ff. cōi diui. ⁊. c. qualiter ⁊ qn̄. de accu. ⁊. c. lʒ ely. de symo. ⁊ cle. sepe. de vb. signi. Ita ergo si arbitri tulerūt laudū non cōforme petitioni est nullum attēto ꝙ sunt subrogati in locū iudicis: ⁊ attēto qd̄ cōpromissum est factū suꝑ cōtētis in libello ⁊ nō suꝑ alijs: prout ⁊. s. deductū est. Nec potest dici ꝙ ipsum laudū valeat quatenus respicit ea q̄ sunt deducta in libello ⁊ cōpromisso prout sunt forte ea q̄ fuerūt adiudicata dicto petro: quia forte illa erant bona cōia: ⁊ ex natura iudicij diuisorij venit etiā adiudicatio vni parti. l. si idem cum eodē. §. fi. ff. de iurisdi. om. iu. cū si. s. adductis. Nam dicta adiudicatio correspectiuatur etiā ad bona non cōia: ⁊ sic ad ea que non veniūt in iudicio diuisorio: nec deducta fuerunt in dicto libello: nec in dicto compromisso. Et propterea illa adiudicatio non pōt in totū valere: qꝛ vt. s. dictum est non fuit deductū in libello nec in cōpromisso expresse vel tacite ꝙ ipsa bona cōia in totum vel in partē adiudicarētur alteri partiū pro bonis nō cōibus: ⁊ qꝛ de specie ad speciē nō fit correspectiuatio proportionabiliter: nec etiā de specie ad quātitatē vt. s. probatum est. ideo non potest dici ꝙ illa adiudicatio teneat proportionabiliter quatenus est facta ꝑ bonis cōibꝰ assignatis Paulo ⁊ heredibus ser Joannis. Non enim discernitur ꝑ qua portione cēsentur dicta bona Petro assignata ꝑ bonis cōibus et pro quota portione pro alijs bonis ꝑ iura. s. adducta. Ideo adiudicatio vitiatur in totum tanꝙ facta a iudicibus incompetētibꝰ

8 ⁊ non conformis libello ⁊ cōpromisso ꝑ. s. dicta. † Nec ob. id quod allegatur. s. ꝙ dictum laudum fuit taliter latum ex cōuētione partium: quia rn̄detur ꝙ si laudū latū fuisset de partiū conuētione nō propterea valuisset tanꝙ laudū iudiciariū: qꝛ nō pōt fieri ꝑ partes ꝙ sn̄ia lata a iudice incōpetēti teneat vt sn̄ia ꝑ. l. priuatorū consensus. C. de iurisdi. om. iud. ⁊ ꝑ id qd̄ habetur in. l. ij. cōia vtriusꝙ. ind. ⁊ ar. l. nemo potest. ff. de leg. j. Nec etiā potest facere ꝙ sn̄ia valeat sine actis. arg. l. prolatam. C. de sen. iunctis iuribus. s. prime adductis. Sed super his que non fuerunt comprehensa in libello et cōpromisso non precesserunt acta merito ⁊c. Potuissent autem partes eorum conuētione facere ꝙ sn̄ia valeret vt conuētio: hoc est ꝙ parendum esset sn̄ie seu laudo vigore ꝯuentionis nō vigore laudi

iudicialis per.d.l.ij.cum ibi notatis.⁊ faciunt alia.s.adducta. Nec ob.d.l.iudicem.⁊.d.l.si conuenerit. cum si.quia loquũtur qñ iudex cõpetens deuenit ad prolationẽ sentẽtie ordine iudiciario seruato: quia loquũtur de sñia valida.arg.l.iiij.§.cõdẽnatum.de re iudi. Si em̃ partes cõueniunt non h3 iudex querere que pars citra cõuẽtionẽ foueret iustitiã: sed h3 ferre sñiam iuxta conuẽtionẽ concurrentibus.s.requisitis ad prolationẽ sñie p alia iura: quia generalitas vnius.l.interpretatur ⁊ moderatur p alias.l.si serui vestri.C. de noxa.⁊.l.non est nouum.⁊.l.nam ⁊ posteriores.ff.de.ll.cum simi

9 libus.† Uerũ quia cõuentio esset seruãda vt dictum est. Ideo vidẽdum est an dicta conuẽtio sit legitime probata sup qua reperio attestationes triũ testiũ quorũ duo fuerũt arbitri laudantes: vc3 petrus mẽgatij ⁊ Ioãnes mattheus ⁊ tertius testis fuit baldassar celestini qui in vero non pbat legitime dictã conuẽtionẽ. Nã licet in principio sui dicti deponãt ꝙ arbitri electi ⁊ paulus et ser Angelus se simul conuenerũt ꝙ laudum ferretur s̃m qd̃ latum fuit: tñ ex dictis eiusdem testis que immediate sequunt̃ apparet ꝙ conclusio non fuit firmata pñte dicto teste: quia.d.ser Angelus dixit ꝙ non poterat se obligare p dicto petro tunc absente. Et l3 dicatur ꝙ dictus petrus ratificauit ⁊ postea interfuit conuẽtioni: tñ hoc non fuit in pñtia dicti Baldassaris: prout ipse testis deponit: vñ saltẽ quo ad dictũ Petrũ dictus Baldassar nihil pbat de dicta cõuentione attento ꝙ nõ deponit ꝙ cõuentio fuerit facta noie dicti Petri merito cũ agatur de laudo lato in fauorem dicti Petri attestatio huius tertij testis penitus nihil releuat. Remanẽt ergo solum duo testes qui vt dixi fuerũt arbitri qui laudauerunt nec sunt adinuicem oino contestes. Nã Petrus mẽgatij deponit ꝙ.d.Paulus conuenit cũ arbitris: ⁊ cũ ser Angelo: ser Ioãnis suo pprio nomine: ⁊ noie dicti Petri ⁊ fratrũ qd̃ laudũ ferretur in effectu: prout ⁊ sicut postea latũ fuit. Et.d.Ioãnes mattheus deponit ꝙ.d.pau. cõuenit cũ dictis arbitris ⁊ dicto ser angelo ꝙ laudũ ⁊ arbitramentum predictum in effectu ferret̃ prout ⁊ sicut postea latũ fuit. Nec dicit ꝙ ser Angelus cõuenerit nomine dicti petri: ⁊ in hoc est magna vis. Nã qñ quis simpl'r cõuenit cẽsetur noie pprio cõuenire et non noie alieno.l.paulus.ff.man.⁊.l.⁊ magis.ff.de solu.⁊ si nõ conuenit noie dicti petri non pot.d.petrus niti se ex illa cõuentione:

10 q2 res inter alios acta ⁊c.⁊ p.l.si vnus.§.ante oia.ff.de pac.† Itẽ si dictus ser Angelus non cõuenit noie dicti petri non potuit a dicto petro ratificari: quia qd̃ meo noie non est gestũ ratificare non possum.l.si pupilli.§.sed si ego.ff.de neg.gest.⁊ in regula ratum.in vj.⁊.xix.q.ij.c.j.cum si. Et iõ l3 dicti duo arbitri deponãt ꝙ.d.Petrus in absentia dicti baldassaris postea ratificauit non releuaret dicta ratificatio si dictus ser Angelus non cõuenit noie dicti Petri. Et cũ ex his appareat ꝙ non probetur nisi p vnũ testẽ ꝙ.d.ser Angelus cõuenerit noie dicti petri: ⁊ dictũ vnius dictũ nullius.l. iurisiurãdi.C.de testi.⁊.l.vbi numerus.ff.eo.ti.⁊.c.in oi.⁊.c.tam literis.extra eo.ti. Restat ꝙ dicta cõuentio nõ vr̃ releuare dictũ petrũ. Itẽ dicti duo testes deponũt ꝙ in cõuentione nõ fuit aliquid dictũ de precio dictarũ duarũ bestiarũ ⁊c. Et sic ex eorũ attestationibus apparet qd̃ excesserũt etiã formã cõuẽtionis: ⁊ sic non videt̃ nullitas dicti laudi iustificari vigore dicte asserte cõuentionis. Ex quo adiudicatio facta dicto petro fuit facta etiã p dicto precio: ⁊ sic in stricta disputatiõe videretur ex hoc capite posse reddi nulla. Licet equitas non suadeat ꝙ dictus paulus ex hoc capite nitatur attento ꝙ illud tenderet in eius fauorẽ ⁊ contra dictum petrum. Et si consensit ꝙ dicta adiudicatio fieret dicto petro absq3 eo ꝙ dictus petrus excluderet̃ a dicto precio: multo fortius d3 assentire di-

11 cte adiudicationi facte cũ tãto maiori suo fauore.† Sed ex aduerso põt paulus replicare ppter hanc additionẽ factã p ipsos arbitros põt petrus dicere laudum nullum: nec decet ꝙ claudicet: ⁊ sic petrus posset euitare laudũ qd̃ non posset euitare Pau.⁊ ideo ne claudicet prout claudicare nõ debet.l.fi.C.de fru.⁊ lit. expen.⁊.l.si cum dies.§.pe.in fi.ibi. absurdum em̃ esse visum in alterius psona ius suum ratum esse in alterius non.ff.de arbi.decet ꝙ etiã dictus Paulus possit laudum euitare. Et maxime cũ dicatur ꝙ etiam di-

12 ctus petrus a dicto laudo reclamauerit.† Ex quibus satis dici potest ꝙ attestationes dictorũ arbitrorũ nõ obstãt dicto Paulo: qd̃ ⁊ dicẽdum vr̃ ex eo quia ex quo agit̃ de nullitate ⁊ iniquitate laudi qd̃ respicit honorẽ ipsorũ arbitrorũ vr̃ qd̃ eorũ attestationes tẽdant ad euitandum verecundiã ipsorum arbitrorum cum veniant ad iustificãdum eorum laudum. Ideo vidẽtur testes suspecti: quia suspectus est testis qui deponit sup eo qd̃ respicit laudẽ suã vel vituperium: prout voluit Io.an.in addi.Spe.in ti.de teste.§.j.ver. item qd̃ administrator.vbi generaliter dicit ꝙ non est idoneus testis qui deponit sup eo: ex quo dependet eius laus ⁊ vituperium.⁊ hinc est ꝙ iudices non sunt idonei testes de gestis corã se ex quibus pendet iustificatio sue sñie: maxime in cã que vertitur sup rescissione ipsius sue sñie: vt no.glo.in cañ.statuẽdum.ij.q.v.⁊ in.c.cum a nobis.extra de testi.⁊ doc.ibi.⁊ in.c.romana de appella.lib.vj.⁊ in.c.cum a nobis.extra de testi.⁊ doc.ibi.⁊ in.c. qm̃ contra falsam.de proba.⁊ Bar.⁊ Bal.in.l.ne in arbitris.C.de arb.⁊.d.de rota in conclu.lxxxix.⁊ pari ratione idem dicẽdũ est in arbitris prout volunt glo.Bar.⁊ doc.in.d.l.ne in arbitris.⁊ idẽ in

arbitratore voluit Bar.in.l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio.⁊.d.Anto.⁊ Imo.in.d.c.cũ a nobis.qd̃ ⁊ consulẽdo tenuit idẽ d.Ant.⁊ incipit consilium qd̃ hec dubia vulgaria h3.in quo cõcludit ꝙ etiã si arbitror h3 facultatẽ pcedẽdi cũ scriptura vel sine non est idoneus testis: ⁊ idem tenuit consulẽdo Pe.de ancha.in consi. qd̃ incipit duo sunt dubia.licet qñ iudici datur ptãs procedẽdi in scriptis ⁊ sine scriptis aliud videat̃ velle Barto.in auf.nisi breuiores.C.de sen.ex pari.reci.tñ cõtrariũ sentit in.d.§.arbitror. et clarius.d.Anto.in.d.suo cõsi. Et quicquid sit de dicto Bar.in.d.auf. nisi breuiores.concludẽdum est in arbitro ⁊ arbitratore qd̃ nõ sunt idonei testes qñ deponũt sup eo qd̃ tendit ad iustificandũ eorum laudum: maxime in cã que agitur super iustificatione ⁊ impugnatio-

13 ne ipsius laudi.† Nec ob.dictum decretum quatenus disponit qd̃ aduersus laudũ iudiciarium nihil possit dici obijci vel opponi: q2 rñdetur ꝙ intelligitur de laudo valido.arg.l.iiij.§.condẽnatu3.ff. de re iudi.⁊ cle.pastoralis.eo.ti.⁊ sic non vr̃ reiecta allegatio nullitatis iuxta not.in.d.iuribus.⁊ per Bar.in.l.j.§.parui.ff.qd̃ vi aut clã. Et maxime qñ nullitas dependet ex eo quia laudauerit extra compromissum: ⁊ sic extra potestatem arbitris concessam: q2 tunc nullitas resultat ex incompetentia laudantium ⁊ etiam qñ prohibetur allegatio nullitatis sñie potest allegari nullitas causata ex incompetentia sentẽtiãtis prout not.glo.cõiter sing.in cle.j.de seque.pos.⁊ fru.quã sequũtur cõiter doc. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.xxxix.

☞ Reuocatio testamenti vel fideicõmissi seu legati aut alterius actus qua solẽnitate fieri possit.per totum.

1 Dissolui d3 quelibet res eo quo disponitur modo pari seu cõtrario modo naturali rõne cũ iure positiuo dictante.

Testamentum solẽne non reuocatur testamento secundo minus solẽni.

2 Fideicommissum aut legatum qualitercũq3 relictum non põt ipso iure reuocari sola penitentia relinquentis nisi coram quinq3 testibus.nu.1.

3 Legata an videantur reuocata testamento codicillis reuocato: ⁊ an reuocatio fiat ipso iure nec per codicillum.nu.seq.

4 Institutio est testamenti caput.

5 Reuocatio an possit fieri solo consensu et an valeat si fiat corã tot testibus quot requiruntur ad validitatem actus.

6 Testamentum quo ad heredis institutione3 non potest codicillis reuocari.

¶ Consilium.xxxix.

I N nomine dñi nostri iesu

1 christi. ¶ † Licet decisio pñtis cõsultationis clarissima sit tñ vt morẽ meũ solitũ in ea obseruẽ. Videt̃ prima facie in ea dici posse ꝙ dicta legata ⁊ fideicõmissa in primo testamento relicta nõ cẽseant̃ reuocata: ⁊ p cõns debeant: videt̃ em̃ ꝙ dicta reuocatio non tenuerit ea rõne: q2 naturalis rõ dictat ⁊ iure positiuo sancitur qd̃ quelibet res eo mõ quo disponit̃ pari seu contrario mõ dissoluatur.l.nihil tam naturale.ff.de regu. iur.⁊.c.omnis res.eo.ti.⁊.C.qñ liceat ab emp.discedere.l.j.⁊.ij.cu3 si.sed dicta legata ⁊ fideicõmissa fuerũt relicta in testõ qd̃ est magis solẽnis vltima volũtas q̃ codicillus vel alia simplex vltima voluntas.l.qd̃ p manus.ff.de iure codi.⁊.l.ij.C.eo.ti. Et ideo maiorẽ exigit solẽnitatem.l.hac consultissima.⁊.l.iubemus.C.de testa.et.l.si.§.in omni. Et ideo testm̃ non potest in codicillis reuocari: s3 requiritur aliud testm̃ pfectum hoc est solẽnitate testamẽtaria vallatũ. insti.qui.mo.te.infir.§.posteriore.⁊.l.sancimus.C.de test. vbi tex. requirit pfectissimã secũdi testamẽti confectionẽ vt tollatur testm̃ al's non tollatur nisi casu speciali illius legis.s.si labatur decẽniu3: ideo cũ ista secũda vltima voluntas non fuerit solẽne testm̃ non vr̃ ꝙ annullet precedens testm̃.facit.l.militis codicillis.§.veteranus. ff.de mili.testa. Et si hmõi voluntas reuocatoria totius testamẽti non vitiat ipsum testm̃: sil'r vr̃ ꝙ si est reuocatoria partis ipsius testamẽti nõ inducat reuocationẽ ipsius partis arguẽdo de toto ad partem.qd̃ arg.in iure approbatur.l.que de tota.ff.de rei ven.⁊.c. pastoralis.versi.si quis cum totum.extra de offi.deleg.⁊.l.qui scit. ff.de vsur.cum si. Et ppterea cum dicta vltima voluntas reuocatoria primi testamẽti quo ad legata ⁊ fideicommissa non sit testamentum: sed codicillus vel alia vltima voluntas nõ possit reuocare primum testm̃ solẽne etiã quo ad legata vel fideicommissa. qd̃ vr̃ probari per tex.in.l.heredes palam.§.si quis post.in primo rñso.ff.de testa.vbi formaliter dicit tex.ꝙ si quid.i.aliquid placuit mutari post testamẽtum factum omnia ex integro sunt faciẽda: sed in casu nostro non sunt omnia ex integro facta: ergo non potuit aliqd mu-

2 tari ex primo testamento. ¶ † His tamen non ob.in contrariũ est iustitia luce meridiana clarior. Nam legata ⁊ fideicommissa qualitercũq3 relicta reuocantur ipso iure sola penitentia reliquẽtis dũmodo probata per.v.testes.l.fideicommissu3.C.de fideicommissis. et l.datum.C.de legatis.⁊.l.nihil prohibet.⁊.l.nihil interest.ff.de adimen.leg. Et insti.eo.ti.in prin.vbi est expressum ꝙ legata in testamẽto relicta possunt adimi ẽt in codicillis.ad hoc ẽt tex.in auf.

etiam

12 de euictione prout vẽditor obligatur.† Et licet cõfessio inter ꝑsonas ꝓhibitas sit suspecta ne emanauerit in fraudẽ legis.ꝛ sic immineat suspitio ne dicta scđa emptio ꝛ cõfessio facta ꝙ solutio fuerit facta de pecunia dotali: sed emanauerit ex cã donationis: nihilominus nõ ob.quia etiã si fuisset donatio valeret: tum ꝙ secuta est mors donantis cũ donatio inter virũ ꝛ vxorẽ morte cõfirmetur.C. de do.inter virũ et vxo.l.resc.ꝛ.l.fi.ꝛ.l.cum hic status.ff.eo. cum si. cum etiã quia emanauit iuramentũ cõfirmatoriũ saltẽ in instrumẽto vltimo loco.s̃.põderato ꝛ iuramentũ firmat donationem inter virũ ꝛ vxo.vt dictũ est. Ideo nõ habet obstare dicta suspitio: attẽto ꝙ donatio in his cõcurrẽtibus nõ est ꝓhibita ꝛ si donatio emanauit facit pro dicta dña Christophora nõ cõtra. et licet illa verba pro ꝑfectione ꝛ ad ꝑfectionẽ cõtractus ꝛc. Non inferant necessario ꝙ in dictũ ser Mariũ nõ fuerit trãslatũ dñium vigore dicte prime emptionis: nihilominus satis innuunt ꝙ dicta prima emptio fuit facta ea intẽtione vt esset dictus ortus etiã dicte dñe Christophore prout.ꝛ.s̃.deductũ est.ꝛ licet res empta per Mariũ noĩe ꝓprio ex pecunia dotali nõ efficitur dotalis tñ hoc est verũ nisi aliud actum fuerit inter virũ ꝛ vxo.et expediat mulieri.l.res ex pecunia.ꝛ.l. ita cõstante.ff.de iure do.ꝛ no.in.d.l.ex pecunia dotali per gl.et Bar. ita ꝙ in ꝓposito cum dictus ortus nõ fuerit emptus insolidũ noĩe mariti: sed etiã nomine vxoris: non ob.d.l.ex pecunia.licet in vero verba cõtractus nõ sonent ꝙ dictus ortus sit dotalis: licet satis sit verisimile ꝙ ea fuerit intẽtio ser Marij ꝛ dñe Christophore.et maxime attẽto eo ꝙ cõtinetur in instrumẽto.s̃.vltimo loco põderato in versicu.quare.s̃.dictus ser Marius ꝛc. Licet ista verisimilitudo non sit adeo vrgens ꝙ meo iudicio ex ea resultet plena ꝓbatio. Si aũt fuisset actũ ꝙ fuisset res dotalis: licet cõstãte mr̃imonio fuisset effecta ser Marij insolidũ.l.doce ancillã.C.de rei vẽ.cũ soluto matrimonio dñium trãsiuisset in vxorẽ p.l.in rebus.C.de iure dotiũ.

¶ Summarium super consilio.xlij.

1 Donatio inter patrem ꝛ filium an ꝛ in quibus potest valere.
2 Donatari⁹ expẽdẽs aliqđ ꝓ luitione rei donate an habeat regressum aduersus donatorẽ vt ab eo repetere possit qđ expẽdit.nu.seq. Legans vel donãs rem alienã videtur donare vel legare ius tantũ quod in illa habetur vt si qs legauerit rem suã alteri hypothecatã.
3 Legatarius expendens aliquid pro luitione rei legate illud nõ repetit immo potest ab herede cõpelli vt reluat. fallit si legatarius sit persona coniuncta.nu.seq.ꝛ.5.
4 Error vel ignorantia non cadit in facto proprio.
6 Aduentitia bona an ꝛ in quo sint patris vel filij.nu.seq.
7 Emancipato filio a patre quid patri videatur reseruatum.
8 Hereditatis delate tp̃s vel adite nõ trahit̃ ad capacitatẽ stat⁹ heredis vt adita ꝑ seruũ si fiat liber acqrit̃ suo libero facto nõ aũt dño.

9 Dotata filia ꝙ statuto excludatur stantibus masculis quomodo dictū statutum intelligatur an debeat intelligi de dotata a patre aut matre vel auo seu fratre vt exclusa videatur ab hereditate dotantis dūtaxat vel omnium.nu.seq.
10 Quāuis est dictio implicatiua vel aduersatiua.
11 Hereditas matris ascendentis non adita non trāsmittitur etiam ad patrem ascendentem.nu.seq.
12 Adire an possit pater hereditatē filio in ptāte delatā illo cessante et qd si filius sit infans ⁊ sibi patri nō queratur vsusfructus.nu.14.
13 Maritus an ⁊ quādo vxori succedat etiam stantibus filijs vxoris.
14 Usufructus patri nō queritur in his que filio cōcedūtur cum hac modificatione ꝙ patri non queratur vsusfructus.
Donatio fictitia est nulla ⁊ nullum ius tribuit.

¶ Consilium.xlij.

In nomine dñi nostri Jesu

1 christi. ¶ † Plura dubia et quesita in hac cōsultatione deducūtur ad quodlibet de per se rñdebitur: ideo deueniendo ad primū cōsultationis articulū: videtur prima facie dicendum ꝙ dicta donatio quo ad dictū vsumfructū nō tenuerit. Ex eo quia donatio inter patrē ⁊ filiū valere non solet.l.ij.C. de inoffi.donationibus.quia nulla cadit obligatio inter patrē ⁊ filiū.l. frater a fratre cū ibi notatis.ff.de cōdi.inde.⁊ confirmatur tñ morte patris interueniēte tñ traditione rei donate.l.filie cuius.C.fami.hercis.⁊ habetur in aut.ex testamento.⁊ in fi.donatione.C.de colla.et licet hodie sit immutatū in aduentitijs respectu ꝓprietatis per titulū.C.de bonis maternis.⁊ titulū.C.de bonisq̄ libe.quasi per totos tñ non est immutatū respectu vsusfructus vt in eisdem iuribus nec in profectitijs etiā est immutatū: vnde cum agitur hic de ꝓfectitijs: quia de ꝓfectis a patre in filiū ⁊ agatur de vsufructu videtur ꝙ donatio nō teneat. ¶ His tamē non obstantibus in cōtrariū est veritas indubia ex pluribus ⁊ primo principaliter: quia licet nō valeat donatio inter patrē ⁊ filiū in potestate patris cōstitutū ea ratione quia quicquid olim q̄rebat filius querebat patri.l.placet.de acqui.heredi.⁊.l.cum filio.de lega.j.⁊ instituta per quas personas nobis acqritur.§.igitur liberi. Et idē fit hodie in ꝓfectis a patre: vt.d.§.igitur liberi.⁊ ꝓpterea nō cadebat olim obligatio inter patrem et filiū ⁊ cōsequēter nec hodie in ꝓfectitijs cadit.d.l.frater a fratre.et d.§.igitur liberi.nihilominus aliud est ⁊ de iure antiquo ⁊ iure nouo in filio emācipato: quia tūc indistincte valet donatio facta per patrē filio nec indiget adminiculo cōfirmationis vt est expressum in.d.l.ij.in fi.de inoffi.donationibus.⁊ in.l.siue emancipatis.C.de donationibus.⁊.l.donationes.§.pater.ff.eo.ti. Ideo cum attento ordine scripture instrumēti celebrati sup emācipatione ⁊ donatione p̄cesserit emācipatio restat ꝙ donatio fuit facta filio emācipato ꝙ et euidēter apparet ex verbis instrumēti ibi qua quidē emācipatione facta dictus Basilius in premiū emācipationis donauit ⁊c. sequitur necessario ꝙ dicta donatio tenuit ab ipso initio. quinimmo si fuisset facta filio dum erat in sacris cōstitutus: tñ fuisset collata in tempus emācipationis facte valeret ipsa donatio quia paria sunt aliquid vno tpe facere vel in illud tēpus cōferre.l.in tēpus.ff.de heredi.insti.⁊.l.j.⁊.l.ꝙ spōse.C. de dona.ante nup. Quinimmo ⁊ si fuisset facta simpliciter tpe patrie potestatis: tñ cōfirmatur secuta postea emācipatione ꝓut cōfirmatur secuta morte patris: q̄ est eadē ratio ⁊ ꝓbatur in.d.l.donatione.§.pater.⁊ in.d.l.siue emācipatis. scđo rñso. ideo dicta donatio vsusfructus absq̄ dubio tenuit et de hoc est casus apertus.in.l.cū oportet.§.penul. versi.hoc obtinente ibi sed nisi spāliter vel emācipatione huic p̄mio renūciauerint vel donatione facta sese ab hmōi bñficio alienauerint ⁊ in liberos hoc trāstulerint manere ⁊c.C.de bonisq̄ lib.vñ de hoc nō est hesitandū tanq̄ de casu legis iuxta.l.ancille.C.de furtis.⁊.l. illam. versi.de modo.C.de colla.⁊.l.ꝙ labeo. ad carbonianū. Et si al's nō valuisset interuenit iuramentū de seruādo contractū ꝙ solet validare cōtractus inualidos iuxta aut. sacramēta pub.C. si aduersus venditionē.⁊ in.c.cum cōtingat.de iureiur.⁊ in.c.q̄uis. de pactis. in.vj. adeo ꝙ validat donationē factā per patrē filio in ptāte ꝓut voluit Bal.in.l.iij.C. pro donato ad quē se remittit dñs Siculus in.c.cū cōtingat.in penul.colū.de iureiu.videtur eū sequi: licet hoc nō trāseat sine dubio nec expediet ad p̄sens id firmare ꝙ nō fuerit facta donatio filio in ptāte: sed filio emancipato ⁊ de vsufructu bonorum aduētitiorū ipsius filij in quo magis de facili valet donatio inter patrē ⁊ filiū.d.l.cū oportet.§.finaūt res iunctis dictis p Bal.

2 ibi.⁊ in.§.seq. † Circa scđm aūt cōsultationis articulū: licet videatur prima facie dicendū ꝙ dictus Joānesbenedictus donatarius volens cōsequi domum sibi donatā pro luitione ipsius domus habuerit soluere debitū creditori possidēti ipsam domū iure pignoris seu hypothece nec donator teneat̃ sibi donatario ad aliqd cum donatarius nō habeat regressum aduersus donātē etiā si res donata euincatur tanq̄ aliena.l.aristo.§.fi.ff.de dona. nisi donator fuerit in dolo vt ibi qui dolus nō allegatur nec ꝓbatur prout probandus est.l.quotiēs.§.dolo.ff.de ꝓba.⁊.l.dolo.C.de dolo.⁊.l.merito. pro socio.⁊ si nō tenetur donator qñ res donata est in totū aliena. Fortius nō debet teneri qñ solū est alteri obligata.⁊ ideo si donatarius reluit rem donatā nō videt̃ ꝙ possit habere regressum aduersus donatorē ꝙ ⁊ videtur dicēdū ex alio q̄ donator videt̃ donasse ius ꝙ habebat.ar.l.qui tabulas.de cōtrahē.emp.⁊.l. cum vēderes. eo.ti.et melius.arg.l.vxor patrui.C.de leg.⁊.l.ꝙ in rerū.§.si vsumfructū.⁊.l.si domus.§.fi.de leg.j.iuncta.l.seruū filij.§.eum qui cyrographum.eo.ti.⁊.l.fi.C.de lega.⁊.l.si ex legati causa. de ver.obli.cū si.in quibus ꝓbatur ꝙ que disponūtur in legatis trahūtur ad contractus: ideo ꝓut quis legādo rem in qua aliqđ ius habet cēsetur solūmodo legare ius suū. ita ⁊ donādo qs rem cēseatur donare ius

3 ꝙ habet in ea. † Preterea ⁊ magis in terminis qñ quis legat rem suam alteri obligatā legatarius si vult rem cōsequi regulariter habet ipsam reluere suis nūmis nec habet regressum aduersus heredem pro pecunia exposita in ipsa luitione rei.l.si res obligata. versi. si nesciat.de lega.j. immo plerīq̄ ibi tenent ꝙ heres pōt legatariū cōpellere vt ipsam rem reluat.⁊ sic ipsum heredē liberet a personali obligatione qua tenetur.vnde ꝓut in legatario ibi disponitur: ita et rñdendū videtur in donatario.arg.d.§.eū qui cyrographū. cum

4 cōcor. ¶ † Hoc tamē non obstāte in cōtrariū puto esse iustitiam. Nam p̄supponitur ꝙ dictus donator habebat notitiā dicte hypothece seu pignoris: quia ipse obligauerat dictā domū donatā et in facto ꝓprio nō presumitur ignorātia.l.q̄q̄.ff.ad velleia.⁊.c.ab excōmunicato.extra.de rescriptis.⁊ facit.l.quisquis.C.de rescin.ven. Ubi qs p̄sumitur habere notitiā qualitatis suarū rerū: licet si obligatio nō resultasset ex facto suo p̄sumeretur ignorātia.ar.l.verius. ff.de ꝓba.⁊ in regula p̄sumitur ignorātia.in.vj.prout in ꝓprijs terminis voluit glo.in verbo nesciat in.d.l.si res obligata.et etiā glo. in.l.predia.C.de fideicōmissis.sed qñ quis legat rem suā alteri obligatam sciēs ipsam rem obligatā nō tenetur legatarius reluere sed heres artatur ad reluendū vt est exp̄ssum in.d.l. si res obligata. in prin.⁊ in.d.l.p̄dia. vnde idē videtur dicendū in donatore ⁊ donatario arguēdo de legato ad donationē per dictū argumentū de vltimis volūtatibus ad contractus ꝙ arg. maxime videtur ꝓcedere in donatione cum legatū sit quedā donatio.l.legatū est quedā donatio testamēto relicta.de leg.ij. Et q̄ in donatione latior fit interp̄tatio quā in legato vel in alijs cōtractibus vt est tex.notabilis in.c. cum dilecti esse.de dona.vbi dicitur ꝙ in ꝯtibus plena in vltimis volūtatibus plenior in bñficijs ꝓut sunt donationes plenissima est adhibēda interpretatio. Cōcurrit etiā in casu nostro qualitas p̄sonarū q̄ pater donat filio quo casu fit plenior ⁊ fauorabilior interp̄tatio pro donatario vt probat̃. in simili in.l.cum alienā.C.de lega. et in.l.ꝓcula.ff.de ꝓba.⁊ in.l.si seruus.de do.inter vi.⁊ vxo.⁊ ꝙ per Bar.in.l.que dotis.so.ma.⁊ in terminis legati facti de re obligata est tex.cū gl.in.d.l.si res obligata.⁊ in.d.l.p̄dia.vbi si testator igno-

5 rabat obligationē regulariter non tenet̃ heres reluere. † Fallit qñ legasset cōiuncte p̄sone per dicta iura ꝓut notāt ibi glo.⁊ doct. vñ cum ipse donator sciuerit rem donatam esse obligatā ⁊ donauerat filio.⁊ sic p̄sone cōiūctissime videtur presumendū ꝙ voluerit ipsum filiū gaudere re donata absq̄ onere luitionis ⁊ p iam dicta.et ideo cū ipse filius donatarius soluerit debitū paternū gessit negotiū qđ ipso gestu pertinebat ad patrē: ideo h3 regressum aduersus patrē. ar.dictoꝝ iuriū.⁊.l.soluēdo.cū sua gl.de neg.gest.⁊.l.iij.C. eo.ti.⁊.l. si qs cum ꝓcuratorio.ff. de ꝓcura. Nec obstāt adducta in cōtrariū: non eñ ob.ꝙ donator nō tenet̃ de euictione q̄ etiā heres nō tenet̃ regulariter de euictione.d.l. cū alienā. Et tñ tenetur in simili casu reluere rem legatā: ita ⁊ dicamus in casu isto. ꝙ teneat̃ reluere attēta sciētia ⁊ attēta cōiūctione.s.p̄oderatis. Et dato ꝙ ipse donator nō esset obligatus ad reluendū. Nihilominus donatarius nō erat obligatus soluere illud debitū. Et licet res donata esset obligata tamē erat etiā obligata p̄sona ipsius patris: ⁊ ideo solutio ad eum spectabat.⁊ per ꝯñs solutio ipsum liberauit.⁊ sic fuit gestum negotium paternū: ideo cōpetat actio ad repetendū per dictam.l.iij.de neg.gest.cū si.s.adductis.⁊ hoc principaliter me mouet. Nec ob.ꝙ censeatur donare ius suū q̄ illa regula nō procedit in pignore vel hypotheca per quā pōt tota res legata auocari per.d.l.si res obligata.⁊.d.l.p̄dia prout ⁊ no.doc.in dictis iuribus. Nec ob. inductio de dicta.l.si res obligata.quia procedit qñ donans ignorasset obligationem: ⁊ legatū fuisse factū non cōiuncto testatori que cessant

6 in casu nostro vt ex supradictis apparet. ¶ † Circa tertiū autem quesitū videlz an Joānesbenedictus possit aduersus patrē petere bona materna pro rata sibi cōpetente respōdendū est ꝙ potest bona materna vendicare ⁊ petere aduersus quēcūq̄ eas detinentem quia post emancipationē res aduētitia pleno iure quo ad proprietatem ⁊ administrationē pertinet ad filium ⁊ quo ad intentandas actiones pro ipsis rebus maternis vel alijs aduētitijs.l.j.§.fi.C.de anna.excep.⁊.l.quecūq̄.in fi.C.de bonisq̄ libe.⁊.l. cum oportet.§. sancimus.eo.ti.saluo eo ꝙ dicit ibi de vsufructu debent igitur res materne ⁊ aduentitie post emancipationē teneri ⁊ gubernari: et si non tenētur ab ea habet actiones ad eas recuperādas vt dictis iuribus nec distinguitur inter patrem ⁊ alios: vnde generaliter sunt

7 intelligēda per iura vulgaria. † Solū aūt circa hoc imminet dubiū sc3 an pater debeat frui vsufructu in dictis rebus maternis saltem pro dimidia

pro dimidia per id qđ disponitur in.d.§.sancimus.vbi expresse disponitur ꝙ quando pater emancipat filium reseruatur sibi de iure dimidia vsufructus in bonis maternis ⁊ alijs aduẽtitijs nisi dicto vsufructui renũciauerit vel illũ filio donauerit. Nam potest probabiliter dubitari an dicta donatio facta de vsufructu per dictũ Basilium dicto Joãnibenedicto in premiũ emancipationis trahatur ad ista bona materna: quia non donauit simpliciter vsumfructum quẽ haberet in omnibus bonis dicti Joãnisbenedicti sed in omni eo ꝙ dictus Joãnesbenedictus lucratus esset: ita ꝙ videtur posse referri ad id qđ lucratus esset ex opera ⁊ industria sua ⁊ non trahatur ad id qđ ad eum peruenit ex successione materna: q: hereditas materna videt̃ debita filio. ⁊ sic filius capiens hereditatẽ maternã videtur debitũ accipere et non lucrum capere probat tex. in.l.fi.§.penul.C. de codicillis. Et sic nõ videntur verificari verba dicte remissionis in qua sepius reiterat̃ verbũ lucratus. Ex aduerso addu ci põt ꝙ licet improprie ⁊ abusiue loquẽdo hereditas matris dicatur debita filio: nihilominus proprie loquẽdo non est debita vt in simili no.glo.in.l.si emãcipata.C.de iuris ⁊ facti ignorãtia.vbi allegat illũ tex.⁊ respõdet ꝙ non est debita: sed quasi debita.⁊ sic nõ est vere damnũ prout dicit ibi glo.quam sequuntur doct. Ideo large seu largissime loquendo id qđ queritur ex successione materna põt dici lucrari: sed donationis verba sunt latissime interpretãda.d.c. cum dilecti.in fi. merito ⁊c. Ista autẽ dubitatio cessat si hereditas materna tempore emãcipationis nõ erat adita per dictũ Joannẽ benedictũ. Nam tunc hereditas nõ fuisset quesita tempore patrie potestatis. Et propterea nõ esset quesitus vsufructus patri: licet fuerit delata tẽpore patrie potestatis.† Quo ad acquisitionẽ enĩ hereditatis attẽditur tempus aditionis hereditatis ⁊ nõ tempus hereditatis delate.adeo ꝙ si tẽpore delate hereditatis erat seruus vel filiusfamilias is cui hereditas delata erat et tempore aditionis hereditatis erat factus liber seu sui iuris queritur hereditas ipsi ⁊ non patri vel dño cui fuisset quesita si tempore patrie vel dñice potestatis fuisset hereditas adita vt est tex.⁊ glo.institu.de heredi. insti.⁊ not.glo.et Bar.in.l.is qui.§.fi.de acqui.here.⁊ fac.l.aditio. in fi.eo.ti.⁊.l.liber homo.de acquirendo rerũ dominio.⁊.l.quidam cum filio.de heredibus instituendis: licet si fuisset filius vel seruus institutus contemplatione patris vel dñi ⁊ factus sui iuris adiret hereditatẽ teneretur illã restituere patri vel dño.d.l.aditio. et.d.l. liber homo.⁊.d.l.quidã cum filio.⁊ per Bar.in.d.l.is qui.§.fi. post principiũ.⁊ sic ex quo habet eam restituere patet ꝙ illam sibi quesiuit. Cum igitur simus in aduẽtitia hereditate.et sic nõ delata filio cõtemplatione patris filius sibi querit nec tenetur aliqđ restituere patri: licet fuerit delata tẽpore patrie potestatis. vtrũ autẽ fuerit adita tẽpore patrie potestatis dependet ex infra dicẽdis in alio dubio: quia psupponitur ꝙ nõ fuit factus aliquis actus denotãs aditionẽ nisi q: per patrẽ fuit retẽta dos que subiacebat restitutioni.

8

9

¶ † Circa quartũ autem cõsultationis articulũ videtur prima facie dicendũ ꝙ dicta dña Frãcisca succedat dicte dñe Diamãte sue matri vna cum masculis. Nam de iure cõmuni cõstat ꝙ matri succedunt pariter masculi et femine sublata enim est omnis differentia sexus ⁊ patrie potestatis. in auť. de hereditatibus ab intestato venientibus.§.j. Et pariter etiã succedebant ex senatuscõsulto orficiano instituta.de senatuscõsulto orficiano.in prin.⁊ hoc est clarissimum de iure cõmuni nec statutũ ꝙ ostenditur videtur ꝙ habeat obstare. Nam statutũ excludens feminã dotatam solet intelligi qđ excludatur a successione dotãtis.arg.l.j.C.de legiti.heredi.⁊ idem hoc cõcludit ibi Bal.⁊ dicitur idem ibi tenere Guidonem de suzzaria ⁊ allegatur in arg.l.vt liberis.C.de collationibus.⁊ pluries fuit hoc consultũ per illo dicto Baldi ⁊ cõmuniter solent ita interpretari hmõi statuta. Ergo cum filia pdicta nõ fuerit dotata a matre de cuius successione agitur: sed a patre videtur ꝙ nõ sit exclusa per dictum statutũ.et licet statutũ loquatur alternatiue ⁊ in pluribus personis dotãtibus ⁊ in pluribus personis de quorum successione passiua agitur tamẽ potest intelligi referẽdo singula singulis hoc est dotata a tẽpore nõ succedat patri ⁊ dotata a matre nõ succedat matri.⁊ sic de singulis. Que interpretatio videtur necessaria: q: alʼs resultare videtur quoddã incõueniẽs. Nam ponamus esse dotatã a patre et agi de successione auie materne et extare filios patris ex alio matrimonio. Nam hoc casu illi filij nihil attinent illi auie.⁊ tñ inherẽdo simpliciter et absolute verbis statuti nõ referẽdo singula singulis videret̃ ꝙ filia dotata excluderetur a statuto ppter illos qui in nihilo attinẽt persone descripsit ⁊ quibus nõ defertur hereditas ꝙ videtur ab omni ratione alienum merito ne incidamus in istum absonũ intellectum debemus amplecti alium intellectũ qui vitio caret.arg.l.nam absurdũ.ff.de bonis libertorũ.⁊.l.scire oportet.§.aliud.de excusatio.tuto.cum simi. ¶ Tamẽ his non obstantibus contrariũ arbitror de iure respõdendũ. Nam immo videtur qđ dicta filia dotata a patre excludatur a successione matris vigore dicte.l.municipalis propter superexistentiã filiorum seu filij masculi descendentis ex ipso patre dotãte et ex ipsa matre Diamãte: de cuius passiua successione agitur. Nam Bal.in quodã suo cõsilio incipiente de iure cõmuni nullum dubium tenet et pro expedito

presupponit ꝙ statutum disponens ꝙ dotata a patre aut a matre aut ab auo aut a fratre excludatur a successione patris matris aui vel fratris ⁊c. excludat feminã dotatam ab vna ex dictis personis a successione aliarũ personarum nominatarũ in statuto: licet non dotauerint. Et idem cõsuluit Pe.de anch. in cõsilio ꝙ incipit pro veritate premittendũ qui doct.in dictis cõsilijs loquũtur in statutis simpliciter loquẽtibus alternatiue: vt.s.⁊ cum alio anno verteretur apud camerinũ quedã questio super statuto dicte ciuitatis fuit huc transmissum aliud consiliũ Bal.et aliud Pau.de cast. qui hoc idem cõcludebant in terminis ipsius statuti in quo erant quedam alia verba que suadebãt dictam interpretationẽ vltra quam simplex natura alternatiue ⁊ in illa causa bis cõsului pro eadẽ parte ⁊ alʼs super interpretatione statuti fulginatis idem consulendo tenui.et idem non est diu ꝙ consuluimus dñs Bal. ser cole doctor excellentissimus ⁊ ego apud Gualdũ super interpretatione statuti dicte terre Gualdi ⁊ dicebatur tunc per prefatũ dñm Baldum qđ dictũ Bal.in.d.l.j.de legitimis hereditatibus loquitur in statuto simpliciter disponẽte ꝙ femina dotata nõ succedat non aũt loquitur in statuto alternatiue exprimẽte plures psonas dotãtes excludendo dotatã ab earum successione: vnde in hmõi statutis loquentibus: vt.s.de exclusione a successione pluriũ personarũ que in statuto nominãtur prout in terminis nostri statuti ⁊ similibus: saltẽ Quando aliqua verba que innuunt illam interpretationem: sc3 ꝙ dotata ab vno excludatur a successione etiã alterius non dotãtis: tunc nõ procedat dictum Baldi de quo.in.d.l.j.de legi.heredi.sed dotata ab vno ex nominatis in statuto excludatur a successione dotantis ⁊ etiã a successione aliarũ personarum non dotantiũ. Et ita cõtingebat in terminis statuti Camerini ⁊ in terminis statuti fulginatis. Sed clarius militant in terminis nostri statuti. Nam hoc innuunt illa verba li boni tanto paterni quãto materni ne vengano alli dicte herede mascole: ita ꝙ referẽdo dicta verba ad precedẽtia prout decet sequitur ꝙ dotata ab auia nõ succedet in bonis paternis vel maternis. ⁊ cõsequenter patet ꝙ dotata ab vno excludi tur a bonis alterius superstitibus descẽdentibus masculis ex linea masculina ꝙ ⁊ longe clarius declarant verba sequẽtia dicti statuti ibi ⁊ che nõ possan succedere esse donne dotate nelli beni del patre o matre auo o auia fratre carnale o sorella carnale stante ⁊ supra viuente li dicti fratri carnali niuno po piu aduenga diu dio che non siano dotate da esso patre matre auo aua fratre carnale o sorella carnale ma fosser dotate da altre che dalle predicte che non posson succedere ab intestato cioe senza testamento nelli beni dalcuno delle predicte nõ dotante esse: ma sieno contente alle dote loro ma quãdo nõ sopraiuiuesse alcuno della linea masculina descẽdente de quello o de quella cioe patre o matre ⁊c. Della heredita delquale o dellaquale se tractasse alora le donne dotate se ametteno ⁊c. Que verba licet potuissent aptius cõponi: tamẽ apertissime declarant ⁊ decidunt casum nostrũ: sc3 ꝙ dotata a patre vel ab alio excluditur a successione matris extãte filio masculo ipsius matris ⁊ cum verba predicta iũctis alijs verbis in principio statuti positis sint clarissima non est standũ super mente statuti iuxta.l.ille aut ille.§.cum in verbis de leg.iij.tanꝙ super casu.l. municipalis iuxta.l. ancille. de fur.⁊.l.illam versi.de modo.C.de collationibus. Per que apparet euidens respõsio ad dictum Bal.et sequaciũ.in.d.l.j. Nec ob.ratio absurditatis.s.adducta quia cessat intelligẽdo de descendentibus illius persone de cuius successione agitur prout loquũtur verba dicti statuti.s.expssa in versi.⁊ che nõ possono per que verba possunt declarari verba principij dicti statuti vt cessat dictũ incõueniens. Et si nõ placeret ita restringere principiũ dicti statuti ꝙ principiũ differt ab illo versi.⁊ che nõ possono ⁊c.quia principiũ loquitur in dotatis a patre vel ab alijs psonis ibi descriptis.⁊ versi.et che non possono ⁊c.loquitur in dotatis ab alijs personis. Posset rñderi ad illud principiũ intelligendo ꝙ femina dotata ab altera ex illis psonis excludatur a successione dotãtis ⁊ a successione nõ dotãtis dũmodo supsint aliqui ex linea masculina descẽdentes vel ab ipso dotante vel ab alio ex dictis psonis noiatis si volumus magis large interptari tamen dũmodo sint tales hi exclusa ipsa femina dotata deferatur eis hereditas de qua agitur.ar.l.j.§.deportatos.⁊ ꝙ ibi per Bar.ff.de cõtratab. vbi vult ꝙ hmõi statuta nõ excludãt feminas si psone ppter quas excludũtur non succedãt ꝙ ⁊ voluit Bal. in.l.maximũ vitiũ.C.de libe.pte.⁊ in.l.in substitutione.§.nõ similimodo.ff.de vulg.⁊ pupil.⁊ in cõsi.suo ꝙ incipit quia statutũ disponit.Et idem tangit in.l.si defunctus.C.de suis ⁊ legitimis.⁊ alʼs dicit idem Bal.in.l.oẽs populi.ff.de iusti.⁊ iure. ⁊ Petrus de bellapertica in repeti.c.canonum.de cõstitutionibus. xiiij.q.principali col.cliij.dicunt ꝙ si statutũ dictat ꝙ primogenitus succedat intelligitur si est capax et non demeritus secus si incapax vt frater minor vel demeritus. Facit etiã ad predicta ꝙ no.Bar.in.l.j.de cõiungẽdis cum emãcipato liberis.⁊ Imo.in.l.gallus.⁊.§.et quid si tantũ. de libe.et posthu. Unde in proposito ita intelligẽdo statutum nostrum cessat dictum incõueniens.† ⁊ ita alʼs respõdebam ad similẽ obiectionem que fiebat circa dictum statutum camerini et qualitercũꝗ dictum principium intelligatur casus noster deciditur per

10

dictū versiculū ⁊ che nō possono ⁊c. Nam licet dictus versiculus loquatur in dotatis ab alijs ꝑsonis ꝗ̃ a patre ⁊ matre ⁊c. tñ loquit̃ et per aduersatiuā ꝗ̃uis qꝛ per illa verba aduēga dio che nō sian dotate dal patre ⁊c. Nam dictio ꝗ̃uis est implicatiua dicit Bar. in. l. j. ij. colū. de cōdi. ⁊ demon. ⁊ Floren. in. c. pastoralis. in prin. in. vij. q. de rescriptis. ⁊ facit glo. in verbo ꝗ̃uis. in. §. fi. de iureiurādo sīr et Priscianus. in fi. octaui maioris dicit ꝙ est aduersatiua ⁊ implicatiua ⁊ aduersatur cōueniēti ſm eum. ⁊ Bal. in ꝑallegata. l. j. dicit ꝙ aduersat̃ ei videt̃ ꝙ prima frōte videtur: vñ sensus dictorū verborū aduēga dio che nō sian dotate da esso patre ⁊c. Est ꝙ si fuissent dotate ab ipso patre vel ab alijs ꝑsonis ibi descriptis fortius militaret illa dispositio que subdit̃ aduersatur em̄ illa dictio aduēga dio que est vulgare dictionis ꝗ̃uis vel licet qꝛ videbatur ꝙ femine dotate nō deberent excludi ex eo quia non erāt dotate a patre vel ab alijs ꝑsonis. in prin. statuti descriptis que ibi immediate repetuntur quasi dicat fortius excludātur si sunt dotate ab istis personis ⁊ isto modo stat aduersatiue ꝓut est ꝓpria natura dictionis ꝗ̃uis vt dictū est. et vt notat etiā glo. j. in. d. l. qui iurasse. ⁊ gl. in. c. porro. de priuile. ⁊ glo. in. c. venerabilē. de elec. et glo. in. l. tam. §. si quis cū. ff. ad exhibendū. ⁊ glo. in verbo ꝗ̃uis. in. l. j. §. dolū. ff. de eo per quem factū est. ⁊ Bal. in. l. filij. C. fami. hercis. ⁊ per ꝯñs istud quartum dubium decidit̃ aperte per dictū statutū.

11 ¶ † Deueniēdū est ammodo ad qntū dubiū circa ꝙ est aduertendū ꝙ si dicta Joāna decessit post aditā hereditatē matris. tunc eius portio deuenit ad patrē et ad fratrē seu fratres vtrinq̃ cōiūctos pro virilibus portionibus ꝑ tex. in aut. defuncto. C. de legitimis heredibus si aūt decessit hereditate non adita eius portio accrescit fratribus: qꝛ hereditas matris nō adita non trāsmittitur ad patrē vt est tex. in. l. ij. C. ad senatuscōsul. orficia. vbi est de hoc casus ꝓut ibi dicit Cy. ⁊ ita cōmuniter tenet̃. s. ꝙ hereditas ascendētis non trāsmittatur per descēdentem in ascendentē per illū tex. ⁊ ꝑ. l. ij. §. si qs ex liberis. ff. ad tertul. ꝓut voluit Bar. in. l. j. C. de is qui ante apertas tabulas. et in suo cōsilio ꝙ incipit in questione preposita dubiū est cum hereditas dicens ꝙ doct. ita tenent idē tenet Ang. ibi in mea lec. ⁊ idē ibi tenet Raphael inducens pro casu. l. si infanti. C. de iure delibe. vt ibi per eum qui dicit ꝙ hec opinio est celeberior ⁊ cōmuniter tenet̃ a doctoribus. ⁊ idē tenent Bar. Ang. Saly. ⁊ Pau. de cast. in. d. l. ij. ad orficianū. ⁊ ita tenui legēdo in. d. l. vnica. ⁊ in. d. l. ij. ⁊ pluries ꝯsului. licet glo. aliud velit in. d. l. vnica. que se fundat per. l. apud hostes. C. de suis ⁊ legiti. que loquitur in trāsmissione paterne hereditatis iure suitatis prout cōmuniter oēs eam intelligunt ⁊ prout sonant eius verba. ⁊ licet Bal. ⁊ Butriga. aliud voluerint ⁊ nō bene vt al's dixi rñdeo ad eorū motiua in. d. l. vnica.

12 † Et licet pater possit adire hereditatē delatā filio vel filie in potestate filio vel filia recusantibus adire. l. cum nō solū. in prin. C. de bonisq̃ libe. tamē non pōt adire eis mortuis: quia nō est amplius ꝑsona quā ipse pater possit representare ꝓut volunt Richar. malūb. Raynerius de for. ⁊ doc. cōmuniter ſm Saly. in. d. l. ij. ꝙ ⁊ vult ibi Bal. quādo filius vel filia non succedit insolidum: sed habet fratres vna cum eo succedētes: nam tunc his accrescit per. d. l. ij. §. si quis ex liberis versi. sed si non sit solus. ⁊. l. j. ff. ad tertullia. ⁊. l. j. §. si nemo. eo. titu. Unde hoc casu Bal. cōcurrit cum cōmuni sententia: licet al's ab ea discrepet vt dixi et hanc partem tenui in. d. l. ij. ⁊ in. d. l. cum nō solum. Restat itaq̃ solum videre quo ad hunc articulum an dicta Joanna vel pater pro ea adiuerit hereditatē matris. Presupponitur em̄ ꝙ erat infans tempore delate hereditatis: ita ꝙ pater potuit eius nomine maternā adire hereditatē vt est expressum in. d. l. si infanti. in prin. Non autē fecit aliquem actum adeūdi qui appareat vt ꝑsupponitur: sed allegari potest ꝙ retinendo dotem maternā que cōsistebat in quātitate per annū post mortē vxoris cēseatur adiuisse ea ratione quia nō poterat dotē post annum iuste retinere nisi hereditatē adiuerit quo casu poterat retinere tanꝗ̃ vsufructuarius et legitimus administrator filie per. l. j. C. de bonis maternis. ideo ne videatur esse in mora cum mora censeatur delictum ⁊ quis nō censeatur delinquere. l. merito pro socio. ideo censeatur adiuisse ꝓut hoc voluit Bar. in disputatione sua que incipit debitor in diem. ⁊ in. l. gerit. versi. venio ad quartū principale. ff. de acqui. heredi. per dictā rationē. ⁊ per. l. recusari. eo. titu. ⁊. l. si peculiū. §. sicut. ff. de peculio legato. ⁊ idē tenet Jmo. in. d. l. gerit. ⁊. d. l. recusari. sed contrarium tenuit Bal. in. l. nō hoc. C. vñ legitimi. ⁊ in. l. j. in. viij. q. qui admitti. ⁊ in. l. cum antiquioribus. Saly. in. d. l. cum antiquioribus. in. ij. colū. j. de iure delibe. ⁊ idē tenuit cōsilio ꝙ incipit ꝑdicte rationes. ⁊ Frāciscus de albergottis in suo plura adducētes pro hac parte ⁊ respōdent ad rationes Bartoli autē in. d. l. nō hoc. vbi dixi ꝙ articulus est dubius quia pōt rñderi hincinde rationibus adductis. que breuitatis causa omitto posui Unum autē me mouet in casu nostro ad tenendā in tanta dubietate opinionē Bal. ⁊ sequaciū quia cōstat ꝙ si filij excesserunt infantiā: quia pater solus nō potest pro eis adire. arg. l. potuit. C. de iure delibe. ⁊. d. l. si infanti. §. fi. iuncto principio eiusdē. j. a cōtrario sensu. ideo pater retinēdo dotem nō censetur pro filijs adire ꝓut firmat Ponta. in. d. l. gerit. ⁊ idem sentit ibi Bar. ⁊ satis clarū prout ⁊ legendo tenui in. d. l. nō hoc. vnde cum presupponitur ꝙ tēpore mortis dicte diamātis essent quidā filij maiores infante pro quibus pater retinendo dotē non potuit adire. licet dicta Joāna foret infans ⁊ pro ea potuerit adire: tamē videtur ꝙ hoc casu nō censeatur adiuisse. Nam ꝓut iniuste tenuit dotem pro parte illorū qui erant maiores infante: ita de facili cōiecturari potest ꝙ nō curauerit iniuste retinere etiā pro alijs partibus cum aduersus eum qui est in vno malus de facili ꝑsumitur qđ in alio sit malus in simili genere mali iuxta regulā semel in. vj. ⁊. l. si cui accusare. §. eisdem. ff. de accusationibus. ⁊ in. c. testimoniū. de testibus. ⁊ in canone vlti. xxv. dist. cum simi. Et ideo cum stemus in simplicibus cōiecturis. ⁊ vbi cessat hec ratio doct. varient ⁊ articulus sit satis dubius de facili cōcurrente aliqua ꝑsumptione in contrarium est adherendū ꝙ inducatur sufficiēs ꝑsumptio aditionis ex solo silētio paterno in nō restituendo dotem cum per raro contingat ꝙ debitores soluāt creditoribus nō petentibus ⁊ ex aditione resultet non solum cōmodum: sed plerūq̃ resultet etiam onus. Unde in hac dubietate putarem ꝙ qui allegat aditionem habeat illam ꝓbare aliter quā per dictā non restitutionē dotis. Et hec circa quintū dubiū dicta sufficiant.

13 ¶ † Deueniendo ad sextū quesitum dico qđ res est adeo clara ꝙ nō video: vnde resultet hesitatio. Nam cōstat qđ maritus nō succedit vxori stantibus filijs in aliqua parte vt patet in. l. j. C. vnde vir ⁊ vxor. in plerisq̃ autē locis solent esse statuta ꝙ vxore predecedēte maritus lucretur tertiā vel quartam partē dotis: sed cōmuniter loquūtur quādo vxor decedit sine liberis ex eo matrimonio natis. Hoc tamē est facti iuxta. c. j. de cōstitutionibus. lib. vj. nec possunt super hoc rñderi non viso statuto vel eius verbis.

14 ¶ † Ad septimū autē ⁊ vltimū quesitū rñsio deprehendi potest ex dictis. s̃. circa tertiū quesitū. Nam si hereditas materna nō fuit adita tempore patrie potestatis: prout arbitror non fuisse aditā ex dictis. s̃. circa quintū dubiū sumus extra dictā dubitationem: quia pater nō habet vsumfructū in bonis quesitis post emancipationē ⁊ attenditur tempus adite hereditatis ⁊ non tempus delate hereditatis: vt dixi. s̃. circa tertiū dubium si naūt fuisset hereditas prius adita ꝑtinuisset vsusfructus ad patrē in totū durante patria potestate ⁊ pro dimidia post emancipationē per. d. l. cum oportet. §. cum aūt. Et hoc si pater nō donat filio vsumfructū seu vsufructui renūciauerit tēpore emācipationis: prout est ibi expressum ⁊ dixi. s̃. circa primum cōsultationis articulū: sed pater in casu nostro donauit filio vsumfructū in omni eo ꝙ ipse filius fuisset lucratus vsq̃ in diem emācipationis. Unde solū remanet dubitatio an acquisitio hereditatis materne dicatur lucrum filij de quo dixi. s̃. in dicto tertio dubio nō repeto. Ultimo extra punctū queritur: quia quidam prout dicitur durāte patria potestate donauit dicto Joānibenedicto quoddā prediū ea cōditione vt nihil patri quereretur deinde dictus Joānesbenedictus emācipatus emit dictum prediū ab ipso donāte asserentes dicte partes dictā donationem fuisse fictitiā ⁊ simulatam dubitatur: an pater possit in dicto predio habere aliquē regressum in ꝓprietate vel in vsufructu. Circa ꝙ rñdetur breuiter ꝙ nō: nam si dicta donatio fuit fictitia: ꝓut partes postea asseruerunt dictū prediū fuit quesitū filio post emancipationem: vnde nihil ad patrē: qꝛ donatio fictitia est nulla nullū ius tribuēs. l. imaginaria. ff. de reg. iu. ⁊. l. nuda. ff. de cōtrahē. emp. ⁊ facit. C. plus valere ꝙ agit̃ in rubro ⁊ nigro: si aūt donatio fuisset valida: tunc patri nō fuisset quesitus vsusfructus: quia qñ aliquid datur filio vt parenti nō queratur vsusfructus. tunc nihil queritur patri. licet filiū habeat in potestate si detur a parēte siue ab extraneo vt est expressum. in aut. vt liceat matri ⁊ auie. in prin. ⁊ in aut. excipitur. C. de bonisq̃ lib. Et si fuisset q̃situs patri dictus vsusfructus illū amisisset per donationē quā fecit dicto filio tēpore emācipationis de vsufructu quē haberet sup omni re ab ipso filio lucrata. cōstat enim ꝙ quesita ex donatione dicūtur lucra vt de se patet et satis apparet in simili in. d. l. fi. §. penul. vbi probatur ꝙ quesita ex successione dicūtur lucra multofortius quesita ex mera liberalitate dicuntur em̄ quesita ex titulo lucratiuo seu ex causa lucratiua que querūtur ex donatione. Ergo dicūtur lucrata. ⁊ sic verificātur verba dicti cōtractus donationis. Ex quibus remanet res clarissima ꝙ dictum prediū pleno iure pertinet ad dictum. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. xliij.

☞ Appellatio est deserta si appellans nō citetur infra quintam diem ex forma statuti vel iuris. per totum.

1 Appellationis terminus de iure cōmuni est. x. dierum.
2 Processus seu actus corā iudice incōpetenti est ipso iure nullus.
3 Citationis appellatione non venit citatio nulla.
4 Appellatio vt nō dicatur deserta que diligentia requiratur.
Appellationis fatale restituitur ad annū etiā si per plures annos duret impedimentum.
5 Cl'a in fine posita refertur ad oīa ꝑcedētia cū possit ad oīa referri.
6 Relationes seruientiū aut nūciorū an fieri sufficiat corā notario.
7 Delegatus nō semper censetur fungi vice delegātis licet sit maior inferiore quolibet alio delegantis.
Generaliter disposita sunt generaliter intelligenda.
8 Interpretatio fieri non debet vt remaneat illusoria.

¶ Consilium.

¶ Consilium .xliij.

1 In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ † In hac consultatione breuiter et conclusiue procedā: quia tēpus plurimū instat. Et omittā morem solitum allegandi pro vtraqz parte ex causa iam dicta. Et quia in themate adducūtur motiua que allegātur pro vtraqz parte. Concludo itaqz appellationē de qua agitur censeri de iure desertā ꝛ haberi perinde acsi nō fuisset appellatum ea ratione quia appellatio predicta: licet fuerit interposita infra tēpus debitū .x. dierū qui assignantur ad appellationē interponendā tam de iure cōmuni: vt in auē. hodie. C. de app. cum si. quā ex censura iuris municipalis. Et intra quintā diem fuerit impetratū a dño ad quem fuerat appellatum vt dictā causam appellationis ipse dñs cōmitteret cognoscendam ꝛ terminandā dño collaterali futuro: tamē non fuit inchoata prosecutio dicte cause appellationis .j. quintā diem ſm formā dicti iuris municipalis ꝙ disponit ꝙ appellās incipiat ꝓseq appellationem .j. quintā diem a die appellationis interposite cōputandam alīs disponit ꝙ appellatio euanescat: et habeat acsi appellatū non esset: itaqz statutū clare loquitur ꝙ si appellās non ꝓsequitur appellationē euanescit appellatio et habetur pinde acsi appellatū non fuisset. ꝛ per cōsequens verba statuti sunt clara ꝙ tūc resultat nullitas appellationis. Et subditur in statuto ꝙ ꝓsequi intelligatur is qui saltē appellatū citari fecerit personaliter ꝛc. Is ergo qui nō fecit citari appellatū non intelligitur ꝓsequi appellationē quo ad effectū dicti statuti vt ꝓbat tex. dicti statuti saltē a cōtrario sensu qui est attēdendus per .l.j. §. huius rei. ff. de officio eius cui man. est iurisdi. ꝛ .l. qui testamēto. §. mulier. de testamen. ꝛ c. cum apl'ica. de his que fiunt a pla. sine cōsensu capituli. Sed dictus appellans non fuit prosecutus appellationē .j. quintā diem faciendo .s. citari appellatum prout requirebatur ex forma dicti statuti: ideo dicta appellatio est inefficax ꝛ pro nō scripta seu pro nō facta. Et sic per casum dicti statuti est fundata supradicta cōclusio.

2 † Restat cōfutare ea que in cōtrariū adducūtur. Non em̄ obstat ꝙ in pūcto presupponitur ꝙ .j. quintā diem requisiuerūt presentiam dicti futuri collateralis introducēdo dictā appellationē ꝛc. animo ꝓsequēdi dictā appellationē citata dicta dña Andrea ad ꝑdicta videndū et audiendū. Et sic videtur in pūcto ꝑsupponi qḋ dicta dña Andrea fuerit citata. Et per consequens videatur satisfactū dicto statuto: quia rñdetur ꝙ ex quo dicti actus qui referūtur in themate fuerūt facti in absentia iudicis non est credendū ꝙ dicta citatio emanauerit: quia nō erat cuius mādato citatio fieret. Et forte illa verba citata dicta dña Andrea habent aliū sensum determinando illa verba animo ꝓsequēdi dictā appellationem: quia nō video ꝙ in adductis pro parte dicte appellantis ponderetur ꝙ citatio fuerit facta tempore cōgruo sed quicquid sit vtrū fuerit facta necne satis est ꝙ nō fuit facta per iudicē cōpetentē: quia nō aderat iudex cōpetens et actus gestus per iudicem incōpetentē est ipso iure nullus. C. si a non cōpe. iu. per totum. nulla em̄ est efficacior nullitas quā illa que causatur ex incōpetentia iudicis iuxta not. per glo. ꝛ doct. in cle. j. de sequestra. pos. ꝛ fruct.

3 † Et citatio nulla non venit appellatione citationis. l. iiij. §. cōdemnatū. ff. de re iudi. ꝛ cle. pastoralis. eo. ti. et l. anulo. C. de ferijs. Ideo siue citatio emanauerit siue nō: non est satisfactum dicto statuto.

4 † Nec etiā ob. pro parte dicte appellantis dicitur fuisse factā diligētiam quasi steterit per iudicē seu propter defectū iudicis nō per partē: quia rñdetur negando ꝙ fuerit facta diligentia: nam potuisset ipsam appellationē introducere coram ipso ordinario iudice ad quē faciendo per eum citari partē appellatam ꝛ non impetrare ꝙ causa cōmittatur iudici qui non poterat tūc adiri. Et licet ad hoc posset replicari ꝙ forte est de more ꝙ ipse iudex ad quē qui est dñs loci per se faciat hmōi actus ꝓut ꝛ innuitur ex ꝑsuppositis in themate. Tamē saltē poterat per partē instari ꝙ causa cōmitteretur iudici qui posset adiri. Quod minime presupponitur fuisse factū. Et dato ꝙ talis negligentia non obstaret saltē debuit .j. quintā diem cōparere corā ipso collaterali post eius aduentū attento maxime ꝙ dictū statutū .in fi. disponit ꝙ si cōtingit capitaneū vel potestatē vel eorū iudices vacare per absentiam mortē vel infirmitatē in causa principali ꝛ appellationis nullitatis et iniquitatis tempus ipso iure nō currere. ideo cum vacaret tunc officium dicti collateralis absentis non currebant dicta tempora dicto appellāti: ꝛ ideo nō artabatur ad producendū seu prosequēdum appellationē tempore dicte vacationis: sed artabatur ad ꝓsequendum ipsam appellationē post aduētū iudicis .j. quintā diem cōputandā ex tempore aduētus. Idcirco faciēdo dictā requisitionem ꝛ productionē nō fecit illā cōgruo tēpore propterea nō debet releuare. arg. l. si mora. in prin. ff. de vsur. ꝛ .l. si soliturus. ff. de solu. et .l. obsignatione. C. eo. ti. Sed impeditur interim facere id qḋ sibi iniungebat statutū debebat illud facere postqꝫ cōmode illud agere poterat. Et sic post cessationē impedimēti: prout hoc est regulare: vt patet in cle. causamqꝫ. de elec. in .c. quā sit. ꝛ in .c. cupiētes. §. ceterum. eo. ti. lib. vj. ꝛ in .c. cum dilecti. de do. ꝛ cōtu. cum si. Et maxime cum tempora quinqꝫ dierum interim sibi nō currant vigore dicte legis municipalis: vt .s̄. ꝑōderate ꝓut alīs dicitur in .c. ex ratione. de appel. ꝛ in auē. Item si appellationē. de tempo. appel. ꝛ in .l. sed et si per pretorē. in prin. ff. ex quib. cau. maio. ꝙ impeditus ꝓsequi appellationē si tempora nō currunt tenetur postea ꝓsequi ꝛ detracto tempore ꝙ illo ꝙ nō currebat tenetur ꝓsequi ꝛ expedire intra tempus alīs statutum: prout in causa appellationis est annus vel bienniū. Si autē est impeditus ꝛ currit tempus ꝛ labitur tūc restituitur ad tantūdem temporis vel datur aliud integrū tempus et si esset impeditus mille annis nō daretur nisi integer annus vt habetur in iuribus ꝑallegatis: ideo iste appellans debuit appellationē ꝓsequi inchoare intra quintā diem a tempore quo cessauit impedimentum defectus iudicis ꝛ sic a tempore aduētus ipsius collateralis. Quod minime factum presupponitur.

5 † Ideo appellatio est deserta et ad irritū deducta. Nec ꝑdictis refragatur ꝙ dictus finis statuti disponens tēpora nō currere potest referri ad ꝓxima precedentia que loquuntur de alio tempore argu. eius ꝙ habetur in .l. si idem cum eodem. in fi. ff. de iurisdi. om. iudi. ꝛ .l. cum delanionis. §. asinam. de fun. instruc. Quia respōdetur ꝙ dictus finis refertur ad omnia precedētia cum possit ad omnia referri. l. talis scriptura. de leg. j. ꝛ c. secūdo requiris. ꝛ c. inquisitioni. de appel. ꝛ .l. j. C. de libe. prete. cum simi. quando autem nō potest ad omnia referri tunc ad proxima et procedit ꝙ habetur in .d. l. si idem cum eodē hic autem potest merito ꝛc. Et maxime cum loquatur per plurale tempora ꝛ indefinita que solet cōparari vniuersali. l. si pluribus. de lega. ij. ꝛ c. quia circa. de priuile. et cañ. si romanorū. xix. dist. Et quia tempora non currebant non habuit necesse adire notariū cause ꝛ facere illā productionē. Et acta de quibus in themate corā eo. Et ideo attento etiam ꝙ statutū requirit citationē que sine dubio non pertinet ad notariū. Constat ꝙ nō fuit satisfactum dicto statuto ꝛ nō oportet intrare illam difficultatē:

6 † an sufficiat fieri corā notario cause ꝓductiones relationes nūcij cōfessiones et similia acta de quo per glo. iij. in fi. l. j. §. hac cōsultissima. §. si quis autē. C. de testamētis. ꝛ ibi per Bar. Bal. ꝛ Ange. ꝛ per glo. in .l. iubemus. ꝛ in .l. interrogatā. C. de lib. causa. ꝛ in .l. instar. C. de iure fisci. lib. x. et in .l. cum scimus. C. de agri. ꝛ censi. lib. xj. ꝛ per Bar. ꝛ Imo. in .l. si finito. §. iulianus. de dam. infec. et Bal. in auē. que supplicatio. C. de ꝑcibus impera. offe. ꝛ in .l. ij. C. de edēdo. ꝛ per Ang. in .d. l. si finita. §. si plures. ꝛ per cano. in .c. qm̄ cōtra falsam. extra. de ꝓba. ꝛ ꝙ habetur in auē. item si appellatione. C. de tempo. appel. in quibus iuribus doct. varie loquūtur: loquētes tamen de alijs actis nō de citatione vel sententia.

7 † Nec ob. ꝙ presens causa nō erat agitāda nec agitatur coram iudice ordinario. Sed coram iudice cōmissario: quia respondetur qḋ cōmissio fuit facta vt causa cognosceretur ſm formā statutorū. Item dictū statutum nō loquitur magis in ordinario quā in delegato. Et est verisimile statutū vel conditum a dño vel ab eo confirmatum ita ꝙ potest ligare ꝛ ordinarios ab eo constitutos ꝛ etiam suos delegatos et cū generaliter loquatur videtur generaliter intelligendum. l. j. ꝛ §. generaliter. ff. de leg. prestan. ꝛ .d. cañ. si romanorum. ꝛ .l. de precio. de publi. cum si.

8 † Saltem cum presupponatur in themate ꝙ in dicta ciuitate omnes cause ciuiles cognoscantur per viam cōmissionis ꝛ non via simplicis ordinarie iurisditionis: quia si diceremus ꝙ dictū statutū non loqueretur in causa vertente corā delegato seu cōmissario dñi dictum statutū in hac parte esset delusoriū stante dicto presupposito ꝙ hmōi cause oēs terminentur per iudices cōmissarios. Quod minime dicendū est. s. ꝙ statutum interpretetur: ita vt reddatur elusoriū. c. cum ipsa. §. porro. de elec. in .vj. ꝛ c. abbate. de ver. signi. in antiquis. ꝛ facit. l. si pretor. in prin. ff. de iudi. ꝛ c. j. eo. titu. lib. vj. Quod maxime dicendum est quia dictum statutum nō dirigitur ad iudicem nec iudicem artat. Sed dirigitur ad partem appellantē et ipsam artat. Que pars est sub iurisditione statuentiū. Unde statuto subijcitur: ꝛ insuper licet superior nō subijciatur statuto ꝛ subsequenter nec videatur subijci eius delegatus qui fungitur vice delegātis in causa sibi cōmissa. l. j. §. qui mandatā. ꝛ .l. ꝛ si pretor. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. et in .c. sane. extra. de offi. deleg. et in cañ. vlti. xciij. dist. Et propterea quo ad causam sibi cōmissam est maior quolibet alio inferiore delegantis. c. studuisti. de offi. lega. ꝛ c. pastoralis. de offi. ordinarij. Et ideo nō vidētur artari per statutū editū ab inferioribus delegātis: nihilominus etiā delegatus pape tenetur quo ad ordinatoria iudicij seruare cōsuetudines ꝛ statuta loci vbi causa delegatur cognoscenda vt notant Cōpostolanus Jo. and. dñs Anto. Pe. de anch. et Imo. in rubri. extra. de cōsuetu. ꝛ dñs Floren. in .c. si .q. l. vt habetur in .c. cum venissent. de eo qui mittitur in possessionē. ꝛ in .c. cōstitutus. de in integ. resti. ꝛ in .c. ꝙ clericis. de foro compe. Unde licet quo ad alia fungatur vice delegātis: vt in iuribus .s̄. adductis tamen quo ad hoc nō fungitur vice delegātis: prout notant prefati docto. in .s̄. dictis locis et videtur esse ratio: quia superior censetur eidem delegato cōmittere qḋ procedat ſm ꝙ ꝓceditur in loco vbi causam cōmittit cognoscendā. Unde multofortius hoc idē dicendum est in cōmissario presentis cause attēto maxime ꝙ ipse cōmittens se refert ad statuta vt dixi ꝛ attētis alijs .s̄. ꝑōderatis. Et per hec apparēt sublata omnia que in cō trariū adducūtur. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. xliiij.

1. ☞ Substitutio directa facta in codicillis trahitur ad fideicōmissariam humanitatis intuitu vt potius valeat ꝙ pereat licet directo non possit hereditas dari.
2. Substitutio vniuersalis fideicōmissaria facta in codicillis nō tollit speciales substitutiones. per totum.
3. Substitutus vniuersalis tenetur qnꝫ ad legata particularia.
4. Substitutio vulgaris cadit in legatis ⁊ fideicōmissis singularibus.
5. Clausula si nō valeat iure testamenti valeat iure codicillorū si vero non valeat vt codicillus valeat iure donationis causa mortis vel si non valeat quod ago valeat vt ago quid operetur. nu. seq.
6. Clausula codicillaris conuertit substitutionem directam que non valet iure directo in fideicōmissariam.
7. Autem vel sinautem est dictio aduersatiua.
8. Inuitati tacite non dicuntur qui sunt in conditione positi.

¶ Consilium. xliiij.

In nomine dñi nostri Iesu christi. ¶ Videtur in hac consultatione primo aspectu dicendū ꝙ dicti agentes foueāt iustitiā et debeāt pro se reportare sententiā. Nam licet in testamēto dicti Perozzi dictus Petrus Nicolaus fuerit substitutus vulgariter ⁊ p fideicōmissum in bonis p̄legatis dicto Francisco post mortē dñe Agnetis eidem Francisco primo loco substitute. et per cons cum dicta dña Agnes decesserit videatur cessisse diem dicte substitutionis et subsequēter dicta bona videātur ptinere vigore dicte substitutionis ad dictum Petrū Nicolaū nihilominus dicta substitutio facta de dicto Petro Nicolao videtur sublata p codicillos postea factos in qbus codicillis p̄mittitur ꝙ dictus testator postea codicillās de dicto testamento addidit correxit ⁊ ademit in hūc modum ⁊c. Et postea post mortē dicte dñe Agnetis substituit vulgariter ⁊ exēplariter filios legitimos ⁊ naturales dicte dñe Agnetis ⁊ eis deficiētibus substituit dictū Petrū Nicolaū si viueret sinaūt filios ipsius Petri Nicolai. Et in hoc videt correxisse ⁊ ademisse de dicto testamento: q2 videtur ademisse substitutionē in testamēto simpliciter factā de dicto Petro Nicolao post mortē dicte Agnetis: q2 vbi in dicto testamento erat substitutus siue dña Agnes decederet supstitibus liberis siue nō supstitibus per dictū codicillū adimitur ꝙ nō sit substitutus in vita filiorum dicte dñe Agnetis. Et sic in dictis codicillis filij dñe Agnetis sunt magis dilecti quā dictus Petrus Nicolaus in dicta substitutione. Cum sint primo substituti ⁊ dictus Petrus Nicolaus sit scđo substitutus in eorꝫ defectū. Et ideo vigore dictorum codicillorū videtur preferēdi dicto Petro Nicolao. arg. l. publius. de cōdi. ⁊ demō. licet vigore dicti testamenti dictus Petrus Nicolaus fuerit magis honoratus quam filij dicte dñe Agnetis ⁊ magis a testatore dilectus. Cum filij dicte Agnetis nō essent in dicto testamēto vllo modo inuitati. ⁊ cōsequēter dictus Petrus Nicolaus erat vigore dicti testamenti post mortē dicte dñe Agnetis preferendus dictis filijs dicte dñe Agnetis adimitur ergo a dicto Petro Nicolao s̄m hoc id qđ erat ei relictū in dicto testamēto vigore dicte substitutionis quatenus sup dictos codicillos concedit dictis filijs vigore .s̄. dicte substitutionis ⁊ quatenus dicti filij dñe Agnetis p̄ferunt dicto Petro Nicolao in dictis bonis. Et in hoc videt corrigi per dictos codicillos id qđ in testamento cōtinetur ⁊ verificari videtur illa verba ꝙ res sit de dicto testamēto ⁊c. Maxime q2 nihil aliud cōtineri videt in dictis codicillis ꝙ videat aduersari cōtētis in testamēto: nam alia in dictis codicillis cōtenta vidētur solū respicere administrationē ⁊ curā bonorū durante insania mētis dicti Frācisci sup quo non erat in cōtrariū dispositū in dicto testamēto: immo verba testamēti virtualiter idē cōtinere videbantur ibi dum in testamēto ōr et cum dictus Frāciscus tunc tpis non esset sane mētis reliquis eidē curatricē ⁊ gubernatricē dictā dñam Agnetē. Unde quatenus in dictis codicillis deputatur dicta dña Agnes in curatricē et datur sibi plena ptās administrādi durante non sana mēte dicti Frācisci ⁊ quatenus substituitur in dicta cura Thomasius maritus dicte Agnetis ⁊ demū dictus Petrus Nicolaus nō videt corrigi aliqd de dicto testamēto neqꝫ quicꝙ adimit: sed solū additur ⁊ impinguat id qđ erat in testamēto breuiter circa hoc dispositū. Et per cons vt illa verba correxit et ademit de dicto testamēto apposita in dictis codicillis verificētur videntur necessario referēda ad dictā substitutionē factā de dicto Frācisco in dicto testamēto per supradicta. [1] † Nec videt refragari .s̄. dictis et iuuare dictū Petrū Nicolaū si dicatur ꝙ dicta substitutio facta in codicillis fuit directa vulgaris ⁊ exēplaria cū dicatur ꝙ substituit vulgariter ⁊ exēplariter ⁊ dicte substitutiones directe nequeāt fieri in codicillis cum per eas detur hereditas que nec dari nec adimi pōt in codicillis. l. ij. ⁊ l. si ijdē codicilli. ⁊ l. fi. C. de codicil. ⁊ l. qđ p manus. ff. eo. ti. q2 ad hoc videt rñderi posse ꝙ substitutiones directe facte in codicillis humanitatis intuitu interpretātur fideicōmissarie et valent iure vniuersalis fideicōmissi per. l. sceuola. ff. ad treb. vbi ve hoc videt casus. Et hoc idē videtur per sentētias latas inter dictū Petrum Nicolaū ex vna ⁊ dominā Agnetem ex altera partibus decisum ⁊ sentētiatū. Cum sententiatū fuerit ꝙ factis certis detractationibus bona dicti testatoris relicta dicto Frācisco ptinerent pleno iure ad dictā dominā Agnetē tam per primā sententiā quā per secundā: ⁊ inter cetera in dictis sentētijs pronūciatū fuit dictū Petrū Nicolaū posse detrahere trebellianicā de dimidia hereditatis relicta dicto Frācisco: iure institutionis per dictū testatorē. Ex quo virtualiter declaratū fuit dicta bona pro dicta dimidia hereditatis ptinere ad dictā dominā Agnetē iure substitutionis fideicōmissarie: cum trebellianica detrahatur ex fideicōmisso vniuersali vt insti. de fideicōmissarijs heredi. §. sed quia. cū si. [2] ¶ † His tamen non obstātibus cōtrariū arbitror de iure respōdendū. Pro cuius rei euidētia premittendū est ꝙ in testamēto predicto nō fuit facta dicto Frācisco: aliqua vniuersalis substitutio sed solū fuerūt facte particulares substitutiones primo de dicta dña Agnete secundo loco. s. post mortē dicte Agnetis de dicto Petro Nicolao: substitutio aūt facta in codicillis fuit substitutio vulgaris ⁊ exēplaria vniuersales ⁊ directe: ita ꝙ dicte substitutiones facte in codicillis vidētur potius respicere vniuersalem successionē maxime respectu vniuersalis institutionis facte de dicto Francisco in dicto testō. Cum exēplaria substitutio facta filio furioso vel mētecapto heredi instituto sit substitutio vniuersalis directa. l. humanitatis. C. de impuberū. ⁊ l. ex facto queritur. ff. eo. ti. Ideo attēto ꝙ in dictis codicillis expressit qualitates substitutionū. Cum dixit vulgariter ⁊ exēplariter sibi dictā dominā Agnetē. Sinaūt filios suos legitimos ⁊ naturales dictus codicillator habuit respectū ad vniuersalē successionem. Et sic voluit facere eidē Frācisco vulgarē substitutionē si dictus Frāciscus decederet nō heres ⁊ nō sane mētis ⁊ exemplariā substitutionē si decederet nō sane mētis siue adita hereditate siue non. Unde dicti codicilli in hoc nō aduersantur dicto testamento in quo nihil fuit puisum de vniuersali substitutione. Sed addidit dicto testamento vniuersalē substitutionē vulgarē seu exēplariam factā dicto Frācisco. Et in hoc p codicillos addidit testamēto ipse codicillator nō aūt qcꝙ disposuit de legatis seu fideicōmissis particularibus factis in dicto testamēto neqꝫ de substitutionibus singularibus in eodē testamento appositis maxime de substitutione fideicōmissaria cū nihil in codicillis dicat de fideicōmissaria substitutione. Et cū verba codicillorū deficiāt saltē in singulari substitutione fideicōmissaria nō sunt trahēda ad dictā substitutionē fideicōmissariā: q2 a verbis nō est recedēdū. l. nō aliter. de leg. iij. ⁊ l. j. §. si is qui nauē. de exerci. ⁊ vbi deficiunt verba deficit dispositio. l. ita aūt. in prin. de admi. tu. ⁊ l. iij. §. p̄tor ait. v̄ si. totiēs. ff. de dā. infec. ⁊ l. si seruū. §. nō dixit p̄tor. de acqui. heredi. ⁊ c. ad audiētiā. de decimis. nec p̄sumitur mutatio volūtatis. l. eum qui mutatā. ff. de pba. et. l. nō ad ea. ff. de cōdi. ⁊ demō. Et ꝙ nō mutat de testamēto stare non phibetur dicit tex. in. l. sancimus. C. de testamētis. [3] † Ex qbus aperte decidit ꝙ substitutio fideicōmissaria facta in dicto testamēto dicto Frācisco: in singularibus p̄legatis eidē factis nō est sublata aliquo pacto per dictos codicillos: q2 vt dixi verba oīno cessant et mens nō apparet nec fuisse p̄sumitur de reuocādo dictā substitutionem singularē. Quare merito adaptātur verba impatoris in. d. l. sancimus. ꝙ non mutat quare stare phibetur: stant de plano hec simul quod vnus sit vniuersaliter substitutus et alius singulariter. Substitutus autē vniuersalis tenet satisfacere relictis particularibus. l. ij. ⁊ l. et sine scriptura. ⁊ l. fi. C. ad trebel. Vel insolidū vt innuunt dicta iura vel pro tribus partibus detracta quarta trebellianica vniuerse hereditatis nō deducto ēre alieno in. l. j. eo. ti. nisi satisfiat oneribus hereditarijs per heredē ante restitutā hereditatem per. d. l. fi. eo. ti. Per substitutionē igit vniuersalē nō derogat particularibus relictis saltē regulariter: vt dictis iuribus. et ꝙ habetur in. l. qui quadringenta. ⁊ l. marcellus. in prin. ff. eo. ti. Et hoc fuit in effectu declaratū per primā sentētiā latā inter dictū Petrū Nicolaū ⁊ dictā dominā Agnetē ibi dum ōr decernētes nihilominus dictā Agnetē debere satisdare dicto Petro Nicolao de restituendo ei ꝙ .s̄. fuit dictū ⁊ declaratū ad ipsam pertinere ⁊ spectare adueniēte casu quo s̄m formā dicti testamēti illud debeat restitui et assignari dicto Petro Nicolao adueniēte casu quo s̄m formā dicti testamēti illud debeat restitui ⁊ assignari dicto Petro Nicolao. Per que verba dictus sentētiās sentētianit ⁊ declarauit dicta bona esse restituēda dicto Petro Nicolao pro parte dicte Agnetis purificata. s. cōditione: q2 tūc est satisdādū qn̄ legata sub cōditione vel in diē p̄stāda: vt. ff. vt le. no. ca. quasi per totū. Et si illa substō facta de dicto Petro Nicolao dicto Frācisco post mortē dñe Agnetis in dicto testō fuisset reuocata p dictos codicillos. Nō debuisset cōdēnari dicta dña Agnes ad p̄stādā dictā satisdationē. Cū itaqꝫ fuerit sentētiatū ꝙ satisdaret in cōsequētiā fuit pnūciatū ꝙ dicta substō nō erat reuocata: sed pēdebat ex futuro euētu. Et lꝫ nō fuerit hoc repetitū in snia lata sup cā appellationis: tñ nō fuit in hoc dicta prima snia reformata: sed poti9 cōfirmata cū solū fuerit dicta prima snia reformata in his in qb9 scđa snia lata in causa appellationis esset 9ria prime. Et 9firmata ⁊ approbata in oībus partib9 in qbus ipsa prima snia esset secūde snie cōformis vel saltē nō 9ria vt sonāt exp̄sse v̄ba scđe snie. Ideo dicte snie vidētur quodāmodo decidere

decidere hāc dubietatē. Cum dicti filij dñe Agnetis veniāt ⁊ petāt dicta bona vt heredes dicte dñe Agnetis. Nec ob. si dicatur ꝙ fuit pronūciatū ꝙ satisdaret ipsi Petro Nicolao de restituendo ei ⁊c. Adueniēte casu quo ßm formā dicti testamēti illud debeat restitui et assignari dicto Petro Nicolao. Unde si nō debet restitui ⁊ assignari ipsi Petro Nicolao. Ex eo quia dicta substitutio facta in dictis bonis de dicto Petro Nicolao censeatur reuocata per dictos codicillos: nō aduenit nec aduenire potest casus quo illud debeat restitui ⁊c. ⁊ sic dicta satisdatio si fuisset p̄stita fuisset inanis: ⁊ ideo dicatur ꝙ dicta sententia in hac parte nihil p̄iudicet. Quia rñdetur ꝙ dicta sentētia in dictis verbis. s̄. pōderatis se refert ad formā dicti testamenti non se refert ad codicillos. Sed ßm formā dicti testamenti sine dubio euenit casus quo dicta bona debent restitui ⁊ assignari dicto Petro Nicolao. Merito per dictam sententiā virtualiter declaratur ꝙ dicta substitutio erat efficax nec cōsequēter non erat reuocata per dictos codicillos. Dato autē sine preiudicio qđ dicta sentētia non fuisset lata vel lata non preiudicaret tamē idem foret et est de iure respōdendū per alia. s̄. adducta nō obstantibus

4 que in contrariū adducta sunt. † Non enī obstat id qđ principaliter videbatur facere in cōtrariū. s. ꝙ nihil videbatur esse dispositū in codicillis ꝙ esset cōtrariū dispositis in dicto testamēto: ita ꝙ nō videbātur illa verba codicilli cōcessit ⁊ ademit de dicto testamento posse verificari ⁊ adaptari seu referri ad aliud quā ad istā substitutionem factā de dicto Petro Nicolao simpliciter post mortē dicte dñe Agnetis. Nam in codicillis post mortē Agnetis substituūtur eius filij. Quia ad hoc rñdetur ꝙ immo in hoc nō aduersantur: qꝛ substitutio facta in codicillis est vniuersalis: vt. s̄. dictū est. Et substitutio facta in testamento est facta in rebus singularibus. Item substitutiones facte in codicillis sunt directe ꝓut ꝙ verba sonāt. s. vulgaris ⁊ exēplaria et substitutio facta de dicto Petro Nicolao in testamēto est fideicōmissaria: licet sit etiā vulgaris tñ nō directa hoc est respectu institutionis: sed respectu legati seu fideicōmissi: nam ⁊ in legatis ⁊ fideicōmissis singularibus cadit vulgaris substitutio. l. vt heredibus. de leg. ij. ⁊ insti. de sing. rebus per fideicōmissum reli. §. j. Et si dicatur etiā dicte substitutiones facte in codicillis interpretātur fideicōmissarie per. d. l. sceuola. rñdetur ꝙ dato ꝙ hoc ꝓcedat de quo. j. subdam tamē quo ad mentē testatoris videntur fuisse directe: nam testator censetur velle id qđ verba sonant. l. labeo. §. idem tubero. de suppel. lega. ⁊. c. scđo requiris. de appel. et cañ. is autem. xxij. q. ij. Et licet de iure nō possint fieri in codicillis substitutiones directe ⁊ ꝓpterea obliquētur nō videtur hec interpretatio descendere ex vera defuncti volūtate qui forte putabat se posse directo substituere nihilominus ex benigna iuris interpretatione ne actus pereat validatur ⁊ substentatur vt fideicōmissum per. d. l. sceuola. vt innuunt verba illius legis forte ea ratione quia codicillator voluisset verisimiliter ꝙ valeret iure fideicōmissi si putasset nō valere iure directe substitutionis: licet in vero illa lex sceuola nō loquatur in nostris terminis in quibus substitutiones fuerunt specificate: quia vulgariter ⁊ exemplariter ⁊ sic verba expresse sonant in specificas substitutiones directas in certis aūt non est locus interpretationi prout in rebus incertis. l. cōtinuus. §. cum ita. de verb. obli. ⁊. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de lega. iij. in. d. aut. l. sceuola. non apparet ꝙ fuerit expressa species substitutionis: licet forte fuerit talis verborū expressio ꝙ sonabant indirectā substitutionem: qꝛ forte per verba directa ciuilia: itaqꝫ posset nō immerito attentari ꝙ. d. l. sceuola non militet qñ in codicillis fuisset expresse

5 substitutū pupillariter vel exemplariter. † Quicquid aūt sit posset instari ꝙ in casu nostro hec interpretatio ꝙ sit fideicōmissaria ꝓcedere pōt ex mente que deprehēditur ex verbis: nam in fine dictorū codicillorum ponitur clausula ꝙ codicillator volebat ꝙ dicti codicilli valerent iure codicillorū ⁊ si iure codicillorum nō valerent valere voluit iure donationis causa mortis vel alio quouis iure vltime ⁊ sup̄me volūtatis quo melius valere pōt: nam ista verba videntur sonare ꝙ si nō poterat valere id qđ actum erat prout actū erat valere eo modo quo melius valere poterat: itaqꝫ ex hoc habuisse videtur voluntatem expressam verbis generalibus ꝙ valeret iure fideicōmissi id qđ non poterat valere iure directo ꝓut al's in simili dicitur quando in testamēto apponitur similis consueta clausula que nūcupatur clausula codicillaris: nam tūc directe institutiones et substitutiones cōuertuntur in fideicōmissa vniuersalia iuxta ea que no. Bar. in. l. j. ff. de iure codicil. ⁊ glo. ⁊ doc. in aut. ex causa. C. de libe. prete. ⁊ Bal. ⁊ doc. in. l. fi. C. de codi. ⁊ que habētur in. l. eam quam. C. de fideicō. Et ita saluentur dicte sentētie quibus pronunciatum fuit in effectu qđ dicta substitutio esset fideicōmissaria in persona dicte dñe Agnetis. Nihilominus satis est qđ codicillator principaliter voluit substituere exemplariter in subsidiū autem voluit exemplariā substitutionē conuerti in fideicōmissariā quo casu virtus ipsius substitutionis directe transfunditur in fideicōmissariam substitutionē adeo ꝙ alteratur natura substitutionis fideicōmissarie: prout in simili voluit Bar. in. l. j. ff. de iure codicil. in. j. col. per tex. in. l. querebatur. de mili. testa. dum dicit vim testamenti in causam fideicōmissi ⁊ codicillorū esse cōuersam per dictā clausulam que verba. d. l. querebatur sunt multū ponderāda ßm eundē Bar. nam ßm eum: licet fideicōmissum vniuersale etiā non agnitā transmittatur ad heredes per. l. j. §. in nouissimo. C. de cadu. tol. cum si. Licet glo. aliud voluerit in. l. cum filio. de leg. j. ⁊ nō bene prout ibi cōmuniter omnes tenent nihilominus quādo virtute hmōi clausule institutio conuertitur in fideicōmissum assumit ipsum fideicōmissum naturā ⁊ virtutem institutionis: adeo qđ non agnitum nō

6 trāsmittitur prout voluit notabiliter ipse Bar. in. d. l. j. † Et licet illud dictum hanc aliqualē dubitationē tamen hoc verū est ꝙ virtus institutionis transfertur in fideicōmissum saltē quatenus propria natura fideicōmissi vniuersalis nō alteratur. arg. d. l. querebatur. igitur in proposito virtus dicte exemplarie substitutionis directe trāsfundatur in fideicōmissariam virtute illius clausule apposite in fine dictorū codicillorū. Sed nulli dubiū est ꝙ directa exemplaria substitutio nō aduersaretur substitutioni facte de dicto Petro Nicolao in dicto testamento in singularibus p̄legatis factis dicto Frācisco: quia per ipsam exemplariā substitutionē transferretur hereditas dicti Frācisci per. d. l. humanitatis. ⁊. d. l. ex facto. et sic transiret cum suo onere. Et ideo onus in dicto testamēto iniūctum dicto Frācisco: vt prelegata post mortē restitueret dicto Petro Nicolao mortua dña Agnete transiret in heredē dicti Francisci: qui successisset ex exemplaria substitutione: si talis substitutio valuisset: itaqꝫ nullū videtur dubiū ꝙ per talem exemplariā substitutionem si iure directo valeret non tolleretur dicta particularis substitutio fideicōmissaria facta de dicto Frācisco: quatenus censeretur oneratus dictus Frāciscus: de restituendo dicta bona dicto Petro Nicolao ⁊ multo fortius nō debet cēseri sublata dicta fideicōmissaria substitutio dicti Petri Nicolai quatenus intelligitur substitutio facta dicte dñe Agneti. Nam dicta substitutio exēplaria facta in codicillis est facta dicto Frācisco nō dicte dñe Agneti. Ideo quatenus onus iniunctū fuerat in dicto testamēto dicte dñe Agneti nō potest censeri sublatū per dictam substitutionē: factam dicto Frācisco in dictis codicillis: ⁊ iste est casus noster: quia vigore substitutionis facte de dicta dña Agnete ipsa successit in dictis bonis prelegatis dicto Frācisco: vnde ipsa cēsetur onerata vt ipsa bona in hunc euentum restitueret post eius mortem dicto Petro Nicolao. Ideo vigore dicte substitutionis exemplarie nullo modo fuisset sublata dicta fideicōmissaria substitutio particularis facta de dicto Petro Nicolao pariter ergo nō censeatur sublata substitutio fideicōmissaria subrogata in locū exemplarie cum vis exem-

7 plarie sit translata in fideicōmissum vt dictū est. † Et casu quo aliquo pacto cēseretur sublata dicta substitutio fideicōmissaria facta in rebus certis de dicto Petro Nicolao per dictos codicillos vigore substitutionis facte de filijs dicte dñe Agnetis. Cōstat quod non censeretur facta ademptio nisi in casu quo ipsi filij dñe Agnetis fuissent substituti in dictis codicillis. Sed dicti filij fuerūt in dictis codicillis substituti: ita demū si tempore mortis dicti Francisci: non superesset dicta domina Agnes vt aperte sonant verba dicte substitutionis cum fuerit facta substitutio de dicta dña Agnete si viueret: et si dictus Franciscus in dicta non sana mente obiret sine filijs. Unde verba sonāt ꝙ si domina Agnes viueret tempore obitus dicti Frācisci: tūc eam substituit quia qualitas adiecta verbo intelligitur ßm tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalibus. ⁊. l. si tutoris. §. fi. ff. ꝙ iussu. ⁊. l. de peculio. ff. de tributo. et. l. qđ ait. §. iulianus. de noxa. Subditur post illa verba si viueret sin autē. i. si nō viueret filios suos ⁊c. subintelligitur tunc substituit vulgariter et exemplariter. Unde dicti filij sunt tunc substituti: si dña Agnes nō viueret tempore obitus dicti Francisci. per dictam regulam qđ qualitas adiecta verbo ⁊c. et quia aduersatiua autem aduersatur in similibus terminis iusta no. per glo. ⁊ Bar. in. l. mariti. §. fi. ff. de adul. et no. Bal. in. l. oēs populi in. xv. colū. de iusti. et iure. et Saly. in. l. vinū. ff. si cer. peta. Unde prout substitutio facta de dña Agnete est facta si dña Agnes viueret tēpore obitus dicti Francisci: ita dicta substitutio facta de dictis filijs in casu aduerso censetur facta sub cōditione. Si domina Agnes tūc. s. tempore dicti obitus non viueret. Et ꝙ ista interpretatio sit taliter facienda deducitur ex alio: quia si dicta dña Agnes viueret: ꝓut vixit tempore obitus dicti Frācisci: ipsa erat vulgariter ⁊ exēplariter substituta. Unde ipsa vigore exēplarie substitutionis si valuisset successisset dicto Frācisco adeo ꝙ nō poterant eius filij exēplariter sibi. s. dicto Francisco substitui vt hoc est notissimum per regulas iuris vulgares. Et similiter nec dicte dñe Agneti que erat sane mentis. Ideo nō possunt censeri substituti exemplariter dicti filij post mortem dicte dñe Agnetis. Si superuixisset post mortem dicti Francisci: vnde cum intentio dicti codicillātis fuerit exemplariter substituere dictos filios dicto Francisco: necessaria est interpretatio qđ substitui censeātur sub cōditione si dña Agnes nō viueret tēpore

8 obitus dicti Francisci. † Ex quo patet ꝙ cum in casu nostro dicta domina Agnes superuixerit dicto Francisco: et eidem successerit vigore substitutionis fideicōmissarie subrogate in locū illius exēplarie substitutionis non censentur dicti filij inuitati vigore dicte fideicōmissarie substitutionis: ergo in hoc casu per substitutionem

factam de dictis filijs post mortẽ dicte dñe Agnetis non põt censeri recessum a substitutione fideicõmissaria facta in testamẽto de dicto Frãcisco in bonis certis. Et propterea .s. dicta verba codicillorum correxit ⁊ ademit de dicto testamẽto non verificãtur in isto casu: ⁊ si dicatur censetur recessum ex eo: quia vltimo loco est facta substitutio de dicto Petro Nicolao post mortẽ dicte dñe Agnetis ⁊ suorũ filiorũ: ideo nõ censeatur substitutus in vita filiorũ: sed filij censeãtur inuitati rñdetur ꝙ filij positi in cõditione nõ censentur inuitati vt est cõmunis sententia glo. ⁊ docto. in. l. lucius. ff. de here. insti. ⁊ in. l. filiusfa. §. cum quis. de lega. j. ⁊ in. l. j. de condi. insertis. Quod maxime persuadetur: quia non solũ dicti filij dñe Agnetis sunt positi in cõditione: sed etiam Thomassus maritus dicte dñe Agnetis qui nullo modo fuerat honoratus in dictis codicillis nec est verisimile ꝙ voluerit preferre dictũ Thomassum sibi nõ coniunctũ nisi affinitate Petro Nicolao eius filio. Principaliter autẽ apposuit dictã conditionẽ in deputatione dicti Petri Nicolai in curatorẽ dicti Frãcisci: quia deputauerat dictũ Thomassum in curatorẽ dicti Frãcisci superstitibus filijs dicte Agnetis: ⁊ forte voluit dictũ Petrũ Nicolaũ honorare vniuersali substitutione in casu quo subiret onus cure et nõ aliter. Et ꝓpterea apposuit dictã cõditionẽ: ⁊ quia dicta substitutio collata post mortẽ filiorũ Agnetis ⁊ Thomassi substitutio vniuersalis non restricta ad particularia bona ꝓallegata non põt a cõtrario induci ꝙ in vita predictorũ non censeatur substitutus singulari substitutione. Quinimmo ex quo dictis codicillis in fine cõfirmauit dictũ testamentũ in alijs nõ expressis in codicillis dicendũ est ꝙ per dictos codicillos confirmauit dictã substitutionem factã in dictis bonis certis. Cum nihil de singularibus rebus ꝓallegatis dicto Frãcisco: disponatur in dictis codicillis. Et si dicatur in quo ergo verificãtur illa verba ademit ⁊ correxit de dicto testamẽto rñdetur ꝙ possunt verificari quatenus in dicto testamẽto disponebatur ꝙ dictus Petrus Nicolaus non se intromitteret de cura dicti Frãcisci: ⁊ in codicillis deputatur in curatorẽ. Item quatenus dictus Frãciscus non erat in dicto testamento oneratus onere vniuersalis fideicõmissarie substitutionis et in dictis codicillis fuit oneratus fideicõmissarijs substitutionibus vniuersalibus casu quo exẽplaria substitutio nõ valeret prout nõ valebat. Et sic bona que transferũtur in fideicõmissarium vniuersalem in effectu adimuntur a dicto Frãcisco post eius mortem. Et satis est qđ in aliquo dicta verba possint verificari: ita qđ non oportet ꝙ verificẽtur in ista singulari substitutione fideicõmissaria de qua agitur penitus verba impropriando. Et casu quo dicta verba oporteret referri ad hãc substitutionẽ referenda forent ꝙ censeretur recessum a dicta substitutione eo casu quo filij cẽserẽtur substituti ⁊ nõ aliter per iam dicta ⁊ tũc nõ verificarẽtur in casu nostro vt .s. deductũ est. Et per hec in effectu sunt sublata omnia in contrarium adducta: et remanet meo iudicio res multũ clara ꝙ dicta bona ꝓlegata dicto Frãcisco: pertinerẽt ad dictũ Petrũ Nicolaũ vigore dicte substitutionis facte in dicto testamẽto. Laus deo.

¶ Summarium super consilio .xlv.

¶ Falsitate an puniaṫ notarius qui chartas subtraxit ex archiuo stante statuto ꝙ falsitate puniaṫ ita ꝙ possit de matricula cassari ob falsitatem. per totum.

1 Contumacia potest dici delictum.

Confessione ficta que oritur ex cõtumacia quis potest cõdemnari stãte statuto ꝙ falsitate puniaṫ occasione furti vel alterius delicti.

2 Sententia lata super libello inepto non dicitur valida.

3 Falsitas quid sit ⁊ an falsitatem cõmittat qui instrumentũ subtraxit. nu. seq. ⁊ .5. per totum.

4 Furtum instrumenti an ⁊ quando sit falsitas ⁊ furtum non dicitur semper cõmitti rem alienam subripiendo. nu. seq.

Animus probatur indicijs.

5 Rubrica satis est ꝙ adaptari possit in aliquo casu ad nigrum et econuerso.

6 Prothocollum quid sit.

7 Confessio ficta ex statuto disponente ꝙ contumax habeatur pro confesso recipit probationem in cõtrarium ⁊ an patri noceat stante statuto ꝙ teneatur filij cõdemnationem soluere. nu. seq.

8 Contumacia filij an noceat patri statuto disponente ꝙ filij cõdemnationem soluere teneatur pater.

¶ Consilium .xlv.

1 In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ † Elegãter deductũ est per clarissimũ dominũ consulentẽ dictũ dñm Vincentiũ nõ apparere cõmisisse aliquam falsitatẽ cuius pretextu debeat de matricula notariorum cassari. Licet enim plurimũ videretur obstare quia verba dicti statuti seu ordinamẽti dictorum notariorũ de quo in themate videntur multũ lata: põderant enim solũ ꝙ quis sit cõdẽnatus de falsitate seu occasione alicuius falsitatis. Nam vba dispositiua dicti ordinamẽti dicunt ꝙ quicũꝗ cõdemnatus pro falsitate ex quacũꝗ de causa debẽt de matricula cassari ⁊ verba nigri idem repetũt ponendo hec verba ex quacunꝗ de causa quocunꝗ modo vel iure fuerit condemnatus de falsitate. Que verba vniuersalia videntur posse trahi ad cõdemnatũ de falsitate ex causa contumacie ex qua causatur ficta cõfessio. Unde ponderãdo dicta verba ⁊ no. per Bar. in. l. cum filius. de verb. obli. videtur ordinamentũ predictũ trahi posse ad casum nostrũ maxime põderãdo vel occasione alterius delicti. Nam ⁊ cõtumacia põt dici delictũ. l. omne delictũ. de re mili. Unde si occasione delicti cõtumacie fuit dictus. d. Vincẽtius cõdẽnatus de falsitate verificari videtur verba dicti ordinamẽti. Nihilominus placet dicta cõclusio facta per dñm cõsulentẽ: attentis iuribus ⁊ rationibus per eum adductis. Et maxime quia non apparet dictum dñm Vincentiũ fuisse cõdemnatũ de falsitate. Nam duo intentantur in inqsitione vnũ ꝙ furto subtraxit certas quantitates certarũ chartarũ pecudinarũ existentiũ in dicto armario manu publici notarij ꝓm ꝙ ipsas chartas seu earũ quantitatẽ abradi fecit. Et circa primum .s. respectu furti ⁊ subtractionis: est forte appositus locus delicti: sed circa scđm .s. abrasionis nõ est appositus: prout dicitur locus delicti ⁊ sic inquisitio respectu dicte abrasionis peccat in forma per. l. libellorũ cum ibi no. per Bar. ff. de accusa. put ⁊ tangitur per dñm cõsulentẽ: ita ꝙ deficere videtur hoc respectu initiũ ⁊ fun-

2 damentum dicti iudicij. † Nam sup inepto seu nullo libello nõ fertur valida sententia vt no. glo. que dicitur singularis insti. de obli-

3 ti. generali ⁊ habetur in. c. cum dilecti. de emp. ⁊ vendi. † Primum autẽ delictũ sonat in furtũ nõ in falsum: nam falsum est cõtrarium veritati ⁊ sic immutatio veritatis: prout verbũ sonat ⁊ vt sumitur

4 ex. l. quid sit falsum. de falsis. ⁊ ꝙ ibi notat Bar. † Furtũ aũt instrumenti nõ cadit in crimẽ falsi: quia nõ fit animo puertendi veritatẽ nec illã celãdi: sed fit animo lucrãdi rem forte subtractã cum furtũ sit cõtractio rei aliene inuito dño facta animo lucrãdi vel ipsius rei vel vsus ipsius vel possessionis eiusdẽ rei. l. j. in fi. ff. de furtis. Quãdo eñi res aliena cõtractatur seu subripitur alia de causa nõ cõmittitur furtũ. l. si iniurie. l. verũ. ⁊ . l. si quis fur. ff. eo. ti. Ideo si subriperetur instrumentũ nõ animo lucrãdi ipsum instrumẽtũ: sed animo celãdi veritatẽ tunc esset furtũ sed potius tenderet in crimẽ falsi cũ celatio veritatis illicite facta tendat in crimen falsi. c. j. de crimine falsi. ⁊ . l. eum qui celauit. C. eo. ti. ⁊ . l. qui testamentũ. ⁊ . l. paulus. circa finẽ. ff. de falsis. ⁊ ibi per Bar. vbi ꝓbat tex. ꝙ subtractio instrumentorum nõ cadit in crimen publicũ et sic non in falsum ꝙ est crimen publicũ: ⁊ hoc nisi sit instrumẽtum testamenti: prout dicit ibi Bar. arg. illius tex. ⁊ probat tex. in. d. l. qui testamentum. Requiritur autem vt celetur dolo malo ꝓbat tex. in. d. l. qui testamẽtum. quodlibet eñi crimẽ falsi videtur requirere dolũ per. l. j. in prin. eo. titu. Qui quidem dolus vt arbitror habet respicere ipsum crimen falsi. Nam si celo veritatem nõ animo celãdi: sed alio doloso animo nõ videtur dolus tendere in crimẽ falsi: nam ⁊ qui subtrahit instrumentum satis celat veritatẽ ⁊ dolo subtrahit: tñ si non facit eo animo: sed vt lucretur ipsam chartã incidit in crimẽ furti nõ in crimẽ falsi. vt. d. l. paulus. in prin. Quinimmo si faceret animo celãdi veritatem vni nõ omnibus dolo celat veritatẽ et tñ nõ incidit in crimẽ falsi. dicit Bar. in. d. l. paulus. Ex qualitate aũt facti ostenditur et hoc est omnibus notũ ex ipsa rei qualitate ꝙ dictus dñs Vincentius non subscribit illas chartas animo vt veritas celaretur oĩbus vel alicui. Sed vt chartas illas conuerteret in suos vsus tanꝗ aĩs inutiles. Non eñi dedisset ita palaza bradendũ si in eo fuisset dolo. dolus enim cõsistit in animo qui animus nequit directo ꝓbari no. glo. in. §. alie. insti. de acti. Ideo ex inditijs iudicatur. l. dolũ. C. de dolo. itaꝗ pariter sunt attendenda indicia hincinde ne negotium claudicet. Cõstat igitur ꝙ illa sola qualitas ꝙ furto subtraxit non

5 inferebat crimẽ falsi de iure cõmuni. † Nec statutũ artat: quia licet rubrica dicat de pena cõmittẽtiũ aliquas falsitates: nõ propterea infertur ꝙ omnia in nigro cõtenta sint falsitates. nam plerũꝗ cõtingit ꝙ nigrum est generalius rubro. in auť. de incestis nuptijs in mille locis: satis ergo ꝙ in nigro cõtineantur aliqua que cadant in falsitates. Et licet immiscẽatur alia que nõ cadant in falsitatem tñ sunt similia respectu pene nõ incõuenit. Satis enim est ꝙ casus in nigro aliquo modo etiã multũ remoto possit adaptari ꝓut patet in. l. si prius. ff. de noui ope. nũcia. ⁊ ibi no. doct. illa enim. l. minus facit ad illũ titulũ quã faciat iste casus ad titulũ istũ dato qđ furtũ nõ cadẽs in falsum per hoc statutũ puniatur. Et maxime quia põt instrumentũ subtrahi duplici causa vna vt lucretur charta alia vt veritas omnibus celetur scđa qualitas arguit crimen falsi. d. l. paulus. in fi. itaꝗ de duobus vnũ habemus dicere vel ꝙ statutũ istud punit illud furtũ qđ de iure cadit in crimẽ falsi ⁊ sic qñ subtrahit eo dolo ne veritas appareat ⁊ tunc nõ traher eĩ ad casum istũ. Aut ꝙ statutũ puniat generaliter omne furtũ instrumẽtorũ ⁊c. Et sic tam illud furtũ ꝙ cadit in crimen falsi quã illud qđ non cadit in crimen falsi licet aũt statutũ istud generaliter puniret omne hmõi furtum non propterea faceret ꝙ omne hmõi furtũ caderet in crimen falsi. Nam satis adaptaretur ad titulũ si punit generaliter furtũ tale ꝙ de facili põt cadere in crimẽ falsi: nam sepius cõtingit ꝙ instrumenta ⁊ scripture subtrahũtur animo celãdi quã animo solo lucrandi. Nõ ergo est vllo pacto dicendũ ꝙ per dictũ statutũ corrigatur. d. l. paulus. seu cõtra ius cõmune dicatur ꝙ simplex furtũ instrumenti

sit crimen

sit crimen falsitatis:lz multum latissime forte sumeretur falsitas:vt
q2 omnem dolum diceremus falsitatem.put dicit Bar. in.d.l.quic
quid sit falsum.Sed non est dicendum quod ita intelligatur dictuz
ordinamentum notariorum scz ꝙ notarius ꝓ quo vis dolo condē
natus cassetur de matricula esset nimis durus ꝛ prauus intellect⁹
ꝛ contra mentem statuētium:nec est solitū ita interpretari. Et so
let dicere Bal.in cōsilijs quod ea est danda interpretatio statutis
que non mereatur a sapientibus reprehendi p.l.saluius.ff. de leg.
ꝑstan. Item statuta recipiunt interpretationem a iure cōi.c.cuz di
lectus.de consue.ꝛ.l.si serui vestri.C.de noxa.cum similibus.itaqꝫ
interpretantur vt quantominus pn̄t ledant ius cōmune vt dictis
iuribus cum vulgaribus. Puto itaqꝫ rem esse luce meridiana cla
riorem quod solum furtum instrumenti factum animo lucrādi nō
cadat in crimen falsi. Et si statutum illud de pena committentium
aliquas facultates punit omne furtum instrumenti quocūqꝫ dolo
so animo fiat non propterea faciat omne furtum ꝙ statuto illo pu
nitur censeri crimē falsi contra ius cōmune:non em̄ est adeo efficax
istud argumentum a rubro quod ex eo debeamus ab alijs iuribus
recedere. Maxime cum possit argumentum illud subsistere ꝛ salua
6 ri alijs modis supra deductis.† Insuper aduertendum duxi quod
in dicta inquisitione non est intentatum furtū quod punitur ꝑ se
pe dictuz statutum:q2 non sunt intentate qualitates dicti statuti.
Nam statutum punit si quis furatus fuerit rogationes prothocol
la vel instrumenta alicuius notarij in inquisitione dicitur quod fu
ratus fuerit certam quantitatem chartax pecudinarum : vn̄ pon
deratur hactenus furtum chartax non furtū rogationū protho
collorum vel instrox subditur scripturaruz manu publici notarij.
Certe ex hoc nō seqꝛ nec quod forent rogationes vel ꝓthocolla:et
hoc ꝯstat:nec forent instra:q2 pn̄t charte scripte manu publici no
tarij ꝛ nō eē publice nec auc. Si enim notarius scribit cantare orlā
di in chartis pecudinis vel alijs chartis vel virgiliū vel qd simile di
cet ne quispiam quod sit instrumentum notarij:absit vt patet ex in
spectiōe titulox de fide instrumētox.ff.C.ꝛ extra. Et maxime ostē
ditur ex alijs que ꝓxime procedunt in ipso statuto dum dicit roga
tiones ꝓthocolla vel instrumenta:ponit enim prothocolla ꝓ ma
trice a ꝓthos quod est primum ꝛ collum idest collatio lr̄arum vt in
tex.ꝛ glo.§.fi.in auc.tabel.alias collū grece latine abbreuiatio : vn̄
ex quo ꝑmittit de rogationibus notariox ꝛ subdit ꝓthocolla vel
instrumenta notarij debet intelligi in instrumētis publicis prout
sunt aut.transumpta ex prothocollis.ꝛ ita se habet cōis vsus loqn
di ꝛ ex precedentibus hoc innuitur ꝛ declaratur.ar.l.si seruus plu
rium.§.fi.cum concor.de leg.j.itaqꝫ ista qualitas in statuto ponde
rata non est probata nec deducta in processu:subditur vel scriptu
rasvel libros communis perusij ꝛc.similiter ista qualitas ꝙ fuerint
scripture vel libri cōmunis Perusij non est deductum in iquisitio
ne ꝛ per consequens ficta confessio resultans ex ipsa cōtumacia in
quisiti non probat delictuz falsitatis nec delictum de quo in dicto
statuto in primo capite furti. Nec etiam pari ratione non deducitꝛ
delictum de quo cantat dictum statutum circa abrasionem:nam si
militer est intelligendum de scripturis notarij autēticis vel de scri
turis cōis perusij attentis ꝛ ponderatis verbis dicti statuti. Et at
tento quod generaliter loquendo de omnibus scripturis deroga
ret iuri communi ꝑ ea que habenꝛ in.l.damus. C.de falsis de quo
7 tangit dominus consulens.† Preterea inquisitio cantat quod ab
radi fecit certam quātitatem chartarum non dicit ꝙ abraserit scri
pturas in eis scriptas stāt. enim hec simul ꝙ charte radantur ꝛ nō
radantur scripture quo casu statutum illud non loquitur sed loqui
tur de abrasione scripturarum. Et licet forte veritas sit in cōtrariū
veritas ista non est intentata nec deducta vel probata. Et licet vi
deatur rigorosum etiam rigorosum est quod si ille scripture erant
inutiles ꝛ nullum damnum vel ꝑiudicium intulit cōi perusij dicta
abrasio qō ꝑ illa verba apposita in inquisitione in graue dānū cōis
perusij ꝛ contumaciam velimus inquisitum iudicare falsarium vi
gore dicti statuti. Cum veritas sit in contrariū ꝛ illa ᵭba in graue
damnū ꝛ ꝑiudicium cōis perusij pn̄t referri ad subtractionem ma
xime cum furtum sit specifice intentatum ꝛ non falsitas. Et ᵭitas
ita se habeat ꝙ ꝑiudicabatur cōi solū in amissione dictarū chartax
prout presupponitur ꝛ put ᵭitatem:ita se habere offerꝛ prompta
ꝓbatio. Et constat ꝙ veritas pōt ꝓbari nō obstāte ꝙ statutum di
cat ꝙ cōtumax habeatur ꝓ confesso:nam tunc resultat ficta ꝯfessio
ꝛ put ꝯ fictam ꝯfessionem pōt probari ꝯrium:q2 probando ꝯrium
presumitur erratum.l.non fatetur.ꝛ ibi ꝑ Bar.ꝛ doc.ff.de cōfes. ita
ꝛ probari pōt contra fictam ꝯfessionem in terminis similium statu
tox ꝓut voluit Jmo.in.l.creditor.§.iussus.ff.de appel. ꝛ Ang. ibi
ꝛ prout dixit Bal.in.l.ita demum.C.de ꝓcura.dicens ꝙ stante hu
iusmodi statuto ꝙ cōtumax habeatur pro confesso tn̄ poterit cōtu
max appellare ꝛ obtinebit ꝓbando rem aliter se habere ꝭm eum lz
appellatio non rescindat cōfessiones ꝛ alia acta probatoria. Et idē
etiā consuluit in qōne de facto.put eū refert ꝛ sequitur Pau.de ca.
in.l.ij.§.quod si actor.C.de iuramento calum. Et hoc idem sentit
glo.in.d.§.iussus.dicens quod vbi quis a iure habeꝛ ꝓ confesso cō
demnatus pōt appellare: q2 potuit esse ꝙ errauit quasi dicat si er
rauit non obstat eidem ficta confessio.ꝛ illam gl. sequūtur ibi bar.
Ange.ꝛ Raph.cuma.ꝛ Bal.ꝛ Saly.in.l.ij.C. quorum appel.ꝛ idē
sentit glo.Jo.an.in.c.romana.§.finautem in vero confesso.ꝛ Lap⁹
ꝛ moderni in.c.cum speciali.§.porro.de appella.ꝛ fictio solet idem
operari quod veritas.ad idem quod no.Bar.in.l.si confessus.ff.de
custo.reorum:nam in criminalibus confessio non ꝑiudicat quo
minus possit probari innocentia confitentis. Et in terminis hmōi
statutorum quod admittatur quis ad probandum innocentiā seu
delictum confessatum non esse perpetratum per fictum confitentē
ꝛ sic ad probandum contra fictam cōfessionem sentiunt Dy.Bar.
ꝛ doc.in.l.penul.§.ad crimen.de publi.iudi.ꝛ in.l.seruum quoqꝫ.§.
publice.ff.de procurato.in illa qōne:an stante statuto quod contu
max absens possit condemnari admittatur procurator seu excusa
tor:nam licet statuta cōiter sint quod contumax habeatur pro con
fesso tn̄ volunt cōmuniter doc.in dictis iuribus ꝛ in.l.reos.C.de ac
cusa.ꝛ in.c.veniens.extra de appel.quod possit probari innocentia
talis ficti confitentis. Et ita pluries consului tenendo ꝙ contra fi
ctam hmōi confessionem possit probari:put ꝛ contra veram : ꝛ ita
tenui legendo in.§.quod si actor.ꝛ in.d.§.iussus. Constat itaqꝫ qō
non obstante tali ficta confessione pōt probari ꝙ non tendit in piu
dicium alicuius illa abrasio. Item potest probari quod abrasio il
la non est falsitas saltem punibilis ꝓbando ꝙ non est alicui nociua
per no.per glo.ꝛ doc.in.d.l.damus.ꝛ probando ꝙ falsitas nō est cō
missa probatur in cōsequentiam ꝙ non est cōdemnatus de falsita
te nec occasione falsitatis:q2 non existente falsitate non potest fal
sitas prestare confessionem:sed est condemnatus ad penam occa
sione ficte cōfessionis super commissione falsitatis:et ideo statutuz
loquens quod condemnatus pro falsitate incurrat aliquam aliam
penā extrinsecam dicunt doc.maxime Bal.in.l.trāsigere.C.de trās
act.quod non verificatur in condemnato vigore statuti quod con
tumax habeatur pro confesso ꝛ facit optime ꝙ dicunt Bar. Ang.
8 ꝛ Raph.ful.in.l.si ideo.ff.de euic.† Nec ob.quod dicit Bar.in.l.cū
filius.de verb.ob.q2 loquitur in statuto simplr̄ loquente ꝙ in cau
sis criminalibus pater teneatur soluere condemnationem filij vel
cōdemnationem filij condemnati pro delicto ꝛ sic generaliter:nam
ꝛ condēnatus pro contumacia est condēnatus pro delicto cum cō
tumacia sit delictum.d.l.omne delictum. Item bar.loquitur in eo
casu quo ꝭm eum agitur de executione ipsius sententie adeo quod
ipse dicit ꝙ tunc pater censetur fideiussor filij bal.in.d.l.transigere.
ꝛ Bar.ꝛ Ang.ꝛ Raph.in.d.l.si ideo loquuntur quando agitur de
preiudicio extrinseco a sententia:ita ꝙ termini nō sunt pares. Et
maxime qn̄ agitur de ꝓbando delictum principaliter deductuz nō
fuisse perpetratū prout agitur in casu nostro per iam dicta. Et etiā
q2 potest attentari q2 abrasio instrumenti non sit proprie falsitas
q2 licet iura ꝓbent ꝙ puniatur lege cornelia de falsis non sequitur
quod sit falsum:prout est tex.ꝛ in gl.in.l.j.§.fi.ff.de fal. ibi vel quasi
falsi ꝛ in terminis abrasionis scripturaruz:ꝛ sic in nostris terminis
est optimus tex.in eadem.l.j.§.qui rōnibus ibi itaqꝫ si erāt falsarij
puniūtur:nam illud atqꝫ importat idem ꝙ sicut ꝛ sic similitudinez
ꝛ nullum simile est idem.l.quod nerua depositi cuz si. Item vt dixi
hoc maxime est verum ꝙ non est facta abrasio ad celandam verita
tem quo casu non tendit in delictum falsitatis. Item etiam potest
dici quod non constat ex delicto intētato ꝛ ex processu vigore ficte
confessionis vel snīe quod sit celata veritas : q2 non constat rasam
scripturam:nam quod esset talis scriptura que ostenderet veritatē
nam scripture maxime antiq̄ qn̄qꝫ non sunt tales quibus possit le
gi ꝛ ostēdi veritas:itaqꝫ multiphariam multisqꝫ modis deducitur
quod dictus inquisitus ꝛ condēnatus non est cancellandus de ma
tricula notariorum. Et ita de iure concludendum teneo ex omni
bus preallegatis saltem simul iunctis si singula non iuuarent.

Laus deo.

Summarium super consilio.xlvj.

Prescripsisse non potest dici vniuersitas neqꝫ possedisse licet singuli de vniuersitate actum possidendi fecerint sine deliberatiōe vniuersitatis solenniter congregate.per totum.

1 Canon reintegranda non vendicat sibi locum in rebus laycorum ꝛ que sit conclusio libelli intentando remedium dicti canonis.nu.seq.ꝛ.3.
2 Possidere duo simul possunt eādem rem insolidum diuersa tamē specie possessionis.ꝛ consi.seq.nu.12.
3 Possessor naturalis quandoqꝫ potest turbare sua naturali possessione ciuilem possessorem in sua ciuili possessione.
4 Clausula petens ius dici iustitiamqꝫ sibi ministrari quid opereꝛ.
5 Lauda ꝛ arbitria sunt ad instar iudiciorum redacta ꝛ quando non requiratur in illis ordo iudiciarius.
6 Fama vel vox publica plerumqꝫ coadiuuat alias probationes ꝛ semiplene aliqn̄ probat.
7 Prescriptione longissima queritur actio in rem.
8 Conuentione partium licet in re aliena facere aliquid.
9 Possessione antiqua probata noua possessio alterius cēsetur vitiosa ꝛ competit interdictum vn̄ vi.nu.seq.
10 Interdictum vnde vi competit ei q̄ sperat possessoriū recuperāde.

11 Communitatis seu vniuersitatis actus non dicitur legitime fact⁹ nisi consilio solenniter congregato: nec dicit̃ possessio quesita vniuersitati seu communitati per seruum aut liberam personam sine mandato.

Possessio quando dicatur legitime communitati seu vniuersitati quesita. per totum.

12 Ratificatio seu ratihabitio mandato comparatur & quis actus ratificari possit.

13 Prescriptio non competit sine prescriptione.

14 Testes singulares non probant ita et qui possunt esse singulares.

15 Testis deponens de auditu non probat.

16 Fama sola de se non probat.

Consilium. xlvj.

In nomine dñi nostri iesu christi. † In causa vertente inter vniuersitatē castri colbulduli ex vna originaliter agētem et petrū androuandi alias ciopo reum originaliter cōuentum ex altera partibus vertente super recursu & acclamatiōe a quodam laudo inter dictas partes lato. Viso summario & extractu actorum et processus agitati in dicta causa super recursu predicto & coram arbitris & viso in multis originaliter processu transmisso seu eius copia & allegationibus hincinde transmissis esset primo loco instādū circa libellum dicte communitatis. Circa quem est aduertendū qd licet coram iudice fuerit mota lis super re de qua agitur & in specie in libello fuerit intentatum remedium cañ. reintegranda. iij. q. j. et illo respectu fuerit ventilatum inter patronos cause & per reddētē consilium ipsis arbitris: vt reperio an remedium cañ. reintegrāda preallegati vendicet sibi locum in rebus laycorum & consultum fuerit quod non & in eandem sententiam inclinem saltem si ti. possideat reus conuentus: tamen qr corā arbitris nouus libellus pduci tur nec videam formā compromissi & in libello coram arbitris producto non intentatur remedium illius canonis: ideo non amplius super eo articulo instādum duxi super quo satis instatur in copia

2 consilij transmissi. † Sed deueniendo ad libellum coram arbitris pductum in quo non intentatur specifice dictum remedium. Nec ex deductis in dicto libello deprehenditur quod remedium intentet: maxime quia in nulla parte dicti libelli narratur quod vniuersitas predicta fuerit spoliata possessione sua nec quod a possessione ceciderit. Et licet dicatur in libello quod dictus petr⁹ tenet & possidet petias terrarū de quibus agitur non tñ propter hoc dr ꝙ vniuersitas dicti castri ceciderit propterea a possessione sua cū duo possint eandem rem insolidū possidere diuersa tamē specie possessionis. l. clausula possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. pos. & per glos. et doc. ibi. & in. l. iij. §. ex contrario. eo. ti. Et maxime hoc suadetur: qr non dicitur in narratiōe nec in conclusione libelli quod dictus petrus teneretur restituere possessionem dictarum rerum. Sed soluz quod teneretur dimittere & relaxare. Nam in narratione libelli dicitur quod dictus petrus fuit sepius interpellatus quod deberet dimittere & relaxare dictas petias terrarū: & semper recusauit &c. Et in conclusione petitur pronunciari & declarari dictum Petrum fore obligatum ad dimittendum & relaxandum possessionem dictorum bonorum non autem dicitur ad restituendum &c. Quod cōuenit remedio dicti cañ. reintegranda & possessorio recuperande: esse autem obligatum ad remittendum & relaxandum possessionem cō

3 uenit poti⁹ possessorio retinende. † Nam tenens & naturaliter possidens rem in qua alius habet ciuilem possessionem sui naturali possessione & sua detentatione turbat ciuilem possessorem in sua ciuili possessione. vt no. glo. & doc. in. d. §. qui ad nundinas. & in. l. j. §. fi. et l. si duo in prin. ff. vti possidetis. & in. l. vnica. C. eo. ti. & in. c. licet causam. extra de proba. Ita quod dictus libellus non videtur adaptari ad remedium dicti cañ. nec ad possessorium recuperande: nec re

4 spectu conclusionis nec respectu narrationis. † Et cum ex narratis non eliciatur competere remedium possessorij recuperande non videtur quod defectus libelli suppleatur per clausulam illā petēs ius & iustitiam ministrari: quia verba illius clausule dictāt quod ministretur iustitia super narratis cum dicatur in predictis &c. Nec habemus iura attribuentia virtutem dicte clausule nisi quia doctores se fundantes in vi verborum dicte clausule magistraliter loquentes dicunt per dictam clausulam plerūq substentari & ampliari virtutem libelli: prout dicunt Inn. Hosti. & docto. in. c. cum dilectus. de ordin. cogni. & Bald. in. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offi. proconsul. & in. l. edita. C. de eden. & dominus Ant. in. c. j. de iudicijs. & Imo. in. l. si cum nulla. de re iudi. important enim dicta verba quod super narratis ministretur iustitia: vnde si ex narratis elicitur quod libellans fouet iustitiam per vnam viam & per vnum remedium. Et in conclusione imploratur aliud remedium & concluditur per aliam viam virtus dicte clausule operatur ꝙ cēseatur intentatum & deductum dictum remedium competens ꝙ elicitur ex narratis hoc enim importat significatio pregnans dictorum verborum. Et in hoc fundatur communis theorica doc. prout semper mihi visum fuit & sepius hoc consulendo tetigi adeo quod vbi ex narratis non potest sumi quod tale remedium competat narranti dicta clausula non trahitur ad illud remedium: quia verba dicte clausule ad id non tendunt: nec talis libellus cum dicta clausula denotat speciem future litis prout denotare debet. l. edita. C. de edēdo. & l. j. in pn. ff. eodem tit. Et quando super narratis possunt competere plura remedia que ex ipsa narratione elici possunt dicta clausula operatur vt generaliter omnia censeantur intentata seu quod cūq competat. Ex quo resultat generalitas libelli adeo quod notabiliter dixit Bal. in altera repetitione. l. edita. C. de edēdo. quod quando opponitur de generalitate libelli dicta clausula non iuuat libellantem quod non est ex alio nisi quia dicta clausula non substētat libellos. Ex alio nisi quia generalia verba ipsius clausule operātur vt censeatur deductum omne ius libellanti competēs quod ex narratis elici potest. Propterea illud notabile dictum Baldi verum intelligo quando ex narratis plura percipiuntur remedia posse competere. Si enim perciperetur vnum tantum remedium competere. Et conclusum fuisset in alio remedio tunc illa clausula non redderet libellum generalem. Et substentaret dictum libelluz: illud etiam constat quod super inepto libello nō potest ferri sentētia valida: prout vult glo. que reputatur singularis insti. de oblig. ti. generali. in prin. super verbo ſm in fi. & c. cū dilecti. cū ibi notatis

5 per doc. extra de emp. & ven. † Et lauda & arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. l. j. ff. de arbi. & l. rem non nouam. C. de iudicijs. idem dicendum est in laudis quod vbi libellus est coram arbitro inepte deductus redditur nullum laudum super eo latum nisi aliud deducatur ex forma compromissi a quo dependet potestas arbitrorum. l. non distinguemus. §. de offi. ff. de arbi. Cum itaq non viderim formam cōpromissi & plerūq in compromissis datur potestas arbitris procedendi omissis iuris solennitatibus & plerunq compromittitur vt in arbitrum & arbitratorem adeo quod rigor solennitatis libelli non requiritur argu. cle. sepe post princi. de verb. sig. ideo super libello non facio fundamentū. Sed deueniendo ad merita cause licet per multos testes videatur probari de antiqua possessione dicte communitatis & de continua possessione vsq ad tempus quod dicta petia terre de qua agitur peruenit ad manus dicti petri prout est Stephanus belli de castro riparum. & Antoni⁹ belli de eodem castro & Baldus Joannis. Et videntur reddere bonam causam scientie scilicet quia viderunt homines dicti castri pascere animalia in dicta terra & incidere ligna & exportare tanquam in re & de re dicte vniuersitatis dicti castri. Plures etiam alij testes deponunt de possessione dicti castri: vz sanctes peruzoli magister Marcus gratie Thomas pauli Antonius cichi Bartholomeus de vrbino & quāplures alij probant per eandem viam possessionem dicti castri deponēdo tamē de varijs temporibus dōnus Joānes francisci deponit de tempore. xxxiiij. annorum. Et dictus Stephanus belli deponit quod a. l. annis & citra vsq ad tempus quo peruenit ad manus dicti Petri & sic videtur etiam probare de maiori tēpore. xxx. annorum. & per consequens isti duo testes videntur pbare possessionem longissimi temporis & sic sufficiētem ad causandaz prescriptionem longissimi temporis cum non videatur probari ꝙ dictus petrus possederit per. xx. annos proxime elapsos. Et insup dictus Stephanus videtur specifice deponere de. xxx. annis continuis: alij etiam testes satis coadiuuātur: licet non concludēter de

6 ponant de tanto tempore. † Videntur etiam probare multi testes publicam vocem & famam super proprietate & longa possessiōe vniuersitatis dicti castri. Fama autem plurimum coadiuuat alias probationes. l. iij. §. eiusdem. ff. de testibus. & c. veniens cum sua glo. de testibus. & plenumq facit semiplenam probationez: vt habetur in dictis iuribus & per doc. in. l. admonendi. ff. de iureiuran. & in. c. cordantijs. & per glo. in. c. j. de appel. & Bar. in. l. de minore. §. tormēta.

7 ff. de questionibus. † Et sic videtur probatum dominium. & ideo videtur sufficienter probatum super petitorio cum per longissimam prescriptionem queratur actio in rem. l. si quis emptiōis. C. de prescrip. xxx. vel. xl. annorū & ad tale petitorium narrata in libello adaptantur & per consequens adaptari potest clausula petens ius & iu

8 stitiam administrari per iam dicta merito &c. † Nec videntur obstare deducta pro parte dicti Petri: quia licet tenetur probare de antiqua possessione illustrium dominorum & eius heredum: Tamen videntur probare de possessione predicta solum eo quia faciebant fieri ibi pantheriam ad aucupandum quod facere poterant in re aliena ex conuentione vel aliter vt alias habetur in. l. vt pomuz. ff.

8 de serui. & in. l. fi. de contrahen. emp. † Et insuper ponitur in capitulis dicti Petri quod comes Guidantonius & comitissa Rengarda tenuerunt & possiderunt dictam petiam terre & quod habuit donationem ab illustri comite Federico herede & successore in dominio dicti comitis Guidiantonij & non ponitur quod successerit domina Rengarda: nec etiam probatur quod fuerit & sit heres dicti comitis Guidiantonij. Et licet sit notoriū quod successerit in vniuersali dominio terrarum: tamen possessio dicte petie terre non videtur respicere vniuersale dominium: ideo non videtur concludēter probatū quod iura dicti comitis Guidiantonij & comitisse Rēgarde patrocinentur dicto Petro dato quod probetur quod illu

strissimi

stris comes Federicus donauerit, dictam petiam terre dicto petro Et similiter non probatur quod hij qui vendiderunt tanquam heredes visse fuerint ei⁹ heredes. Nec videtur probata possessio dicti Petri tanti temporis quod causet legitimam prescriptionem. Ex quibus videtur deduci posse quod iura dicte vniuersitatis sint potiora in dominio et possessione: nam probata antiqua possessione noua possessio alterius censetur vitiosa.arg.l.fi.C.vnde vi.et no.per Bar.et doc.in.d.l.si duo.et in.l.j.§.fi.vti possi.per.c.licet causam.de proba.et ibi per docto.

10 † Et ex quo probatur quod dicta communitas possidebat tempore quo peruenit ad manus dicti petri: et postea cecidit a possessione censetur a dicto Petro spoliata: licet enim non probetur nec deducatur aliqua violentia: tamen quando quis possidet et alius occupat possessionem et antiquus possessor possessionem amittit eo quia suspicatur se posse repelli competit aduersus eum possessorium recuperande hoc est vtile interdictum: vnde vi vt volunt gl.et Bar.in.l.j.§.siue aut.ff.de vi et vi arma. vbi Bar. dicit quod hoc ab omnibus tenetur.

11 ¶ † His tamen non obstantibus contrariam sententiam arbitror veriorem et satis indubiam. Moueor principaliter ea ratione quia non video esse probatum quod dicta vniuersitas dicti castri vnquam possederit dictam petiam terre de qua agitur. Nam licet multi testes deponant super dicta possessione nullum autem testem reperio qui deponat de aliquo actu facto super dicta possessione per habentem mandatum ab vniuersitate vel gesto vniuersaliter ab ipsa vniuersitate. Constat enim quod aliud est vniuersitas aliud singuli de vniuersitate.l.intm.§. vniuersitatis.ff.de re.diui.et.l.sed si hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius voca.et.l. sicut.§.si quid vniuersitati.ff.quod cuiuscunque vniuer.nomine. Adeo quod si quid faciunt omnes de vniuersitate si tamen non faciunt vniuersitate non solenniter congregata et non communicato concilio non censetur actus gestus a communitate prout volunt Barto. Ang. et Pau.de castro in dicto.§.si quid vniuersitati.et Bart.in.l.aut facta.§.fi.ff.de penis.ad hoc enim vt actus gesti afficiant vniuersitatem requiritur quod vniuersitas sit solenniter congregata et communicato concilio et deliberatione habita ipsi actus gerantur vt notant doc.prefati in dictis iuribus et in.l.metum.§. animaduertendum.ff. quod metus causa.et per glo.in.l.aliud.§.refertur. ff.de reg. iur.et per glo.in.l.sed et dolo.§.j.ff.de dolo.et quod no.glo.C.que sit longa consue.super rubrica. Et per Bar.in.l.omnes populi circa princ.ff.de insti.et iure. Licet igitur probetur quod singulares homines dicti castri fruerentur dicta petia terre pascendo ibi eorum animalia: et incedendo ligna et ea asportando nihilominus non probatur aliquis actus vniuersalis per quem possit deprehendi quesitam possessionem vniuersitati. Et propterea non videtur sufficienter probata possessio vniuersitatis. Cum omnes testes deponentes de dicta possessione reddant eam causam scientie: quia viderunt homines singulares dicte vniuersitatis predicta facere in dicta petia terre. Et licet dicant quod predicta facerent tanquam in re dicte vniuersitatis tamen quia non habent mandatum ab vniuersitate nec vt vniuersi faciebant non poterant ex illis actibus querere possessionem arg.l.j.§. municeps ibi quia vniuersi consentire.ff.de acqui.pos.et facit.§.per procuratorem ea.l.iuncta.l.si ego.ff.de neg.gest. Licet enim subdatur in.l.ij.de acquiren.pos. Quod querit possessionem vniuersitas per seruum et per liberam personam tamen intelligitur per liberam personam habentem mandatum et sic per actorem vniuersitatis.l. municipio.ff.vt in possessionem legatorum.et sentit glo.in.d.l.ij.dum allegat dictam.l.municipio.quia dicta gl.et doct.intelliguntur secundum.ll. quas allegant vt no.Bar.in.l.non solum.§.liberationis verba.ff.de libe.leg. Et pro hoc etiam facit.l.ita tamen in princi.ff.ad treb.et.l.j.§. quibus.ff.quod cuiuscunque vniuersita.nomine et que habentur in dictis iuribus. Nec reperitur ista specialitas in vniuersitate quod querat possessionem aut dominium per liberam personam non habentem mandatum cum regulariter secus sit.d.l.si ego.et.d.§. per procuratorem.et.l.possessio.§.et si possessio.eo.tit.et institu.per quas personas no.acquir.§.ex his itaque.vbi tex.generaliter hoc probat quod per liberam personam non queritur alteri possessio vel dominium nisi in casibus.s.expressis et nisi per procuratorem et sic per habentem ab alio mandatum et sub dicta generalitate comprehendi potest etiam vniuersitas et collegium in quibus est eadem ratio ergo idem ius.l. a titio.ff.de verb.obl.et.l.illud.ff.ad.l.aqui.cum similibus. Et ideo intrepide concludendum arbitror quod possessio non queratur vniuersitati per singulares actus hominum de vniuersitate non habentium mandatum. Et propter hoc non probetur per attestationes factas in hac causa coram arbitris vel coram primo iudice quod dicta vniuersitas quesiuerit possessionem. Nec ob.glo.que videtur velle contrarium in.d.§.si quid vniuersitati. dum loquitur de vsu nemoris per bestias hominum ville: sentiens quod vniuersitas ville censeatur possidere nemus si homines ville vtuntur dicto nemore cum eorum bestijs. Quod videtur de directo tendere ad decisionem casus nostri contra supradicta. Quia respondetur quod illa glos. nisi determinat: sed in questione quam primo loco format arguit pro et contra et nihil decidit. Et licet vltima allegatio sit quod illud quod singuli homines de vniuersitate faciunt censeatur factum ab vniuersitate.tamen non figit pedes.et Bart.et docto.firmant in hoc primam partem scilicet quod etiam si omnes homines vniuersitatis aliquid faciant illud non censeatur esse factum ab vniuersitate: prout.et.s. dictum est: et dicta glos. videtur velle quod illud quod subditur de vsu nemoris veniat decidendum ex decisione precedentis questionis glos. Ideo cum illa precedens questio glos. decidat quod gesta hominum de vniuersitate etiam omnium non afficiant vniuersitatem actiue nec passiue: ita etiam decidendum venit secundum mentem dicte glos. quod licet omnes homines ville vtantur nemore pascendo cum eorum animalibus non propterea censeat illo nemore vsam fuisse communitatem. Et sic per vsum singulorum hominum vniuersitatis non censeri quesitam possessionem per ipsam villam. Et hoc sentit Paulus de castro in dicto.§.si quid vniuersitati qui circa illam glos. concludit ex dictis doctorum vt supra dixi licet non ita clare. Subdit tamen pro saluanda illa glos. quod secundum eum sentit contrarium quod licet non queratur possessio per illos actus singulares: tamen possessio per vniuersitatem quesita retinentur per dictum vsum singularium personarum vniuersitatis. Uult ergo ipse Pau.de cast. quod vsus conferat ad retentionem possessionis iam quesite non ad querendam possessionem. Et sic confert ad decisionem supra factam cum in casu nostro non appareat quod dicta vniuersitas aliter quesiuerit dictam possessionem. Et sic qualitercunque dicta glos. intelligatur non ob. dicto Petro: licet vt dixi glos. illa non figat pedes et possit induci pro petro vt supra eam induxi. Licet inclinet in vnam sententiam pro fundamento materie que a doctoribus damnatur vt dixi. Facit etiam plurimum pro hac parte: quia quamplures testes deponunt quod in illa petia terre similia faciebant non solum homines dicti castri: sed etiam alij vicini: et sepe contingat quod rebus incultis et sterilibus promiscue homines vtuntur adeo quod vsus non ostendit possessionem seu animum possidendi: quia talis vsus plerunque frequentatur etiam in re aliena adeo quod vsus non videntur inferre ad possessionem prout in simili dicitur in vsu qui solet permitti amicis et familiaribus quod per talem vsum non probatur possessio per.l.qui iure familiaritatis cum ibi not.ff.de acq.pos. Uide enim similis et eadem ratio in casu isto. Et licet nonnulli testes deponant quod vtebantur tanquam re dicte vniuersitatis certe istud consistit in animo qui non videtur a teste et ea que consistunt in animo et non cadunt in directum sensum testis non probantur a teste nisi quatenus reddit causam scientie per no.per Inno.et doc.in.c.cum causam.extra de testi.et per Bar. in.l.qui testamento.§.fi.de testamentis.et in.d.§.tormenta.et in suo tractatu de teste in pluribus locis.et per doc.in.l.solam.et in.l.testium C.de testi.et sparsim in multis locis. Et maxime hec videntur procedere: quia testes dicti Petri probant quod dicta petia terre possidebatur per alios maxime aucupando cum panteria. Ex quo de facili datur intelligi quod vsus erat multum promiscuus. Ex quibus elicio conclusionem quod pro parte dicte communitatis est probatum fundamentum sue intentionis siue simus in possessorio siue in petitorio. Si enim non probat possedisse constat quod succumbit in possessorio recuperande et retinende. De possessorio adipiscende non est tractandum in hoc iudicio: quia materia nullatenus ad illud possessorium tendit minus autem obtinere potest in petitorio cum regulariter dominium vel quasi non queratur sine possessione.l. traditionibus.C.de pact.l.j.et.l.traditionem.et quasi per totum.de publi. et in.§.vendite.et.§.per traditionem.insti.de rerum diui.cum si.itaque hoc medio tollitur omne fundamentum partis agentis. Quia reus obtinet non solum ex iure suo: sed etiam ex non iure actoris.l.fi.C.de rei ven.l.qui accusare.C.de eden.et.l.actor.quod asseuerat.C.de probatio.et.c.cum ecclesia sutrina.in fine.extra de causa possessio.et proprietatis.

12 ¶ † Nec obstat huic fundamento si quis dixerit quod licet sine mandato non queratur possessio per liberam personam: tamen si act⁹ geritur nomine vniuersitatis per singulares homines: potest communitas ratificare: prout et dicit Barto.in.d.l.aut facta.§.fi.et est generale quod factum nomine alterius potest ratum haberi per eum cuius nomine geritur ratihabitio mandato comparatur.l.fi. C.de contrahen.emptio.et in regula rati.in.vj.cum similibus. Nam respondetur primo pro non probatur gestum nomine communitatis. Non enim infertur accedo tanquam in rem tuam ergo tuo nomine incedo: prout non sequitur vtor re tua iure familiaritatis ergo tuo nomine vtor istam enim illationem non reperio in iure probatam ergo etc.l.illam de colla.et.§.consideremus in aut.de triente et se. Nec quod vterentur vt re communitatis reddunt causam scientie testes vt deductum est. Et dato quod probaretur quod dicti possedissent nomine dicte communitatis. Non sufficeret quod dicta vniuersitas hodie ratificaret: nam hodie non posset actus fieri ex quo possessio est apud Petrum ita nec potest ratificari.l.bonorum.ff.rem ratam haberi.et quod per bar. Ista enim est fictio qua mediante ratihabitio comparatur mandato: quia retrotrahitur vt dicto.c.ratihabitio.et.d.l.fi.ad mace. Sed natura fictionis translatiue de tempore ad tempus requirit duo extrema habilia extremum a quo et ad quod extremum a quo in existentia et extremum ad quod in habilitate et possibilitate: vbi ergo extremum a quo non subsistit vere et in rei veritate ibi cessat huiusmodi

fictio scʒ si is qui pro emptore ⁊ ibi Bart. ff. de vsuc. vbi qꝛ reuersus ab hostibus non recuperat possessionem nō fingitur semper retro habita: ita in proposito: qꝛ tempore quo vniuersitas ratificaret nō quereret possessionem quam habet do. Petrus: quia duo non possunt simul possidere eodem genere possessionis. l. j. §. ex contrario ff. de acquiren. posses. ⁊ facit. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commo. Ideo non fingitur retro quesita tempore quo illi sine mādato detinebant seu vtebantur dicta petia terre. Et ideo si quis sine mandato cepit pro me possessionem vacantem nomine meo et alius post eum anteꝙ ego ratificem capit illam possessionem ⁊ ego postea ratifico illam priorem capturam possessionis nomine meo factam mea ratificatio nihil operatur. Et ille qui postea capit est potior in possessiōe per preallegatam rationem: ita voluit Abbas siculus in. c. cum venissent. de restit. spolia. Et ita obtinui in ardua questione de facto contra clarissimum doctorem dominum Benedictū capram in cā sua propria. Iura eñ que dicūt quod ego possideo id quod nomine meo possidetur procedunt quando possidet nomine meo per habentem a me mandatum vel per seruum vel filium. Et non si possidetur per liberum hominem sui iuris non habentem mandatum per predicta: ⁊ in his principaliter me fundo. Insuper licet priuatus possessione: qꝛ suspicetur se posse repelli habeat vtile interdictum: vnde vi aduersus eum qui de facto occupauit rem ab alio possessam: prout loquuntur glo. ⁊ Bart. ⁊ doc. in. d. §. siue autem. Tamen non apparet quod vniuersitas suspicata fuerit se posse repelli ⁊ sic timuerit eidē vim inferri. Potuit eñ amittere negligentia in recuperando absꝙ timore. arg. l. si de eo. §. si forte. ⁊ quod ibi habetur. §. de acquir. posses. ⁊ l. furtum. §. j. ff. de vsuc. ⁊ insti. eo. ti. §. quod autem. ⁊ l. si id quod in prin. de acquiren. posses. Non ergo videtur violentus possessor qui taliter querit possessionem. maxime si cum titulo vel causa saltem apparenti nec censet violentus possessor: prout quando querit qꝛ possessor antiquus eā

13 amittit: quia timet violentiam inferri. ¶ † In petitorio autem vt dictum est pariter non potest. obtinere dicta vniuersitas. Cum ratione principalis fundamenti: quoniam non potest censeri sibi cōpetere nisi rōne prescriptionis que nō procedit sine possessione: vt in regula sine possessione. in. vj. ⁊ in. l. sine possessione. ff. de vsucap. Cum etiam quia non video probatū titulum. ita quod cessat pre-

14 scriptio longi temporis. l. diutina. C. de lon. tem. prescrip. † Item non videtur probari prescriptio. xxx. vel. xl. annorū: qꝛ si qui testes sunt qui deponunt de. xxx. annis vel pluribus non apparet quod deponant de eisdem. xxx. annis: ita quod sint cōtestes in tempore. Potuit enim vnꝰ deponere de. xxx. annis inchoatis: iam sunt anni. xl. ⁊ alius de inchoatis iam sunt anni quinquaginta. Ideo isti tales non videntur cōtestꝭ: qꝛ prout dicit Bald. in. l. hoc edicto. C. de edic. diui ꝑut sunt repellendi testes singulares ⁊ testes qui pñt esse singulares ⁊ contestes adducit nota. per Bar. in. l. celsus de vsucap. vbi Bar. in fine legis hoc vult. Preterea nō reperio nisi duos testes deponere de. xxx. annis. vʒ Stephanū belli ⁊ dōnū Joānem frācisci: sed dic. Stephanus primꝰ deponit de tpe qnquaginta annorꝝ vsꝙ ad tp̄s q̄ ꝑuenit ad manꝰ dicti petri: nec deponit de tpe quo peruenit ad manus petri. Et lʒ aliꝗ testes deponant quod possedit per. xv. annos aliqui per. xx. ⁊c. ⁊ nullus excedat de longiori tēpore. xvj. annorum: tamen non loquuntur taxatiue quod nō plus: ita quod si pluribus annis quam. xx. possedit vera deponit is q deponit quod possedit. xv. annis.

15 † domnus Joannes autem nihil ꝓbat: qꝛ solum deponit quod vidit pascere animalia tam homines dicti castri colburdoli quam homines castri talachi quam aliꝗ forēses ex locis circunstantibus ⁊ sic in effectu nihil probat: itaꝙ nō ꝓbatur tempus sufficiens prescriptionem. Et licet multi testes deponant de dominio dicti castri: vʒ quod erat dicte vniuersitatis: tamen deponunt de auditu: ideo non probant. c. tam literis in ṗnci. extra de testi. c. inquisitionis. §. quesiuisti. de accusa. ⁊ c. super eo. de eo qui cognouit consan. vxor. sue. ⁊ habetur in. l. ij. §. idem labeo. de

16 aqua plu. arcē. † Et lʒ multi deponant super fama: Tamen sola fama non probat: nec fama illa probatur attentis no. per Bar. in. d. §. tormenta: sed non curo ponderare in hac parte attestationes et insistere super hoc articulo probationis fame maxime cum ⁊ si probaretur non releuaret per predicta. Et etiam quia genitiuus verificatur in alio quam in dominio iuxta late tradita per Bar. ⁊ doct. in rubrica. ff. de noui. ope. nū. ⁊ infinitis vt ita dixerim locis ita qδ non concluderet necessario aduersus dictum Petrum qui pretendit saltem habere quasi dominium ex titulo emptionis ⁊ donationis ⁊ possessione: maxime attenta dispōne. l. sine autē. §. si duobꝰ. ff. de publi. ⁊ quod ꝑ illum. §. no. bart. in. l. rē q̄ nobis. de acq. pos. ⁊ aliꝗ qui referuntur in ꝯsilio ałs in hac cā emanato non insisto cā breuitatis: nec etiam insisto sup aliꝗs iuribus petri pro eius parte adductis: qꝛ satis est ꝙ deducat partem agētem non habere ius petēdi.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. xlvij.

1 ☞ Ius patronatus quibus ex causis queratur. per totum.

2 Iuris patronatus quasi possessio an queratur vnica putatiōe vel prescriptione longi seu longissimi temporis. nu. seq. ⁊. 4.

3 Prescriptio vt possit testibus probari an debeāt deponere de initio prescriptionis.

4 Dominium vel quasi dominium incidēter deductum ex possessione presumitur.

5 Prescriptio longi temporis an requirat titulum ⁊ quāto tempore prescribi possit contra ecclesiam.

6 Prescriptio cuius initiꝗ memoria non extat quomodo ꝓbetur vel articuletur ⁊ sufficit illa absꝙ titulo etiam iuribus realibus habētibus causam discontinuam. nu. seq.

7 Testes de vniuersitate seu cōitate quomodo ⁊ qñ possunt probare ea que sunt vniuersitatis seu cōmunitatis.

8 Presentatus a patrono debet ab ordinario ꝯfirmari: alias punit.

9 Collatio beneficiꝗ ab ordinario facta sine ṗsentatione patroni vel patrono spreto qui iam clericum presentauerat non valet etiam si fieret a papa non facta mentione de patrono layco.

¶ Consilium. xlvij.

In nomine dñi nostri iesu

1 christi. ¶ † In presenti consultatione principaliter est videndum: an dicte vniuersitati castri Turrite cōpetat iuspatronatus. secundo an si contingat fieri vel factam esse collationem de dicta ecclesia sancte Flore: absꝙ ipsius vniuersitatis presentatione vel consensu valeat ipsa collatio. Circa primum dicendum videtur quod dicta vniuersitas non habeat iuspatronatus: ex eo quia non ꝓbat aliquem titulum vel aliquem actum per quem solet queri iuspatronatus: nam non apparet qδ dicta ecclesia fuerit fundata per dictam vniuersitatē. Nec apparet quod fuerit cōstructa ab ipsa vniuersitate vel ab ea dotata ꝑ quos actus seu eorum alterum queritur iuspatronatus. xvj. q. vij. filiꝗs. et eadem causa ⁊ questione cañ. frigentius. vbi bona gl. ⁊ cañ. pie mētis ⁊ extra de iurepatro. c. qm̄ in quibusdam. ⁊ c. nobis. ⁊ cañ. abbatem. xviij. q. ij. Item queritur successione facta habenti iuspatronatus: qꝛ iuspatronatus transit in heredes patroni. c. j. ⁊ c. qm̄. de iure patro. ⁊ cañ. considerandum. xvj. q. vij. Itē donatiōe quādoꝙ. c. illud. ⁊ c. ex insinuatione de iurepatro. ⁊ per glo. d. cañ. freqūtius Item permutatione. c. nemini eadem causa ⁊ questione. ⁊ per glos. in. d. cañ. freqūtius. Item cum vniuersitate bonorum cañ. cum secundum de iurepatro. ⁊ per dictam glo. cañ. frequentius que glos. plene tractat qualiter queratur iuspatronatus. Sed nullum horū apparet militare in dicta vniuersitate: qꝛ nō apparet quod fundauerit nec quod construxerit nec quod dotauerit: nec quod habuerint ex aliquo titulo puta successionis donationis permutationis vel alicuius vniuersalis tituli: nec quod habuerit a pōtifice merito

2 non videtur quod ꝓbetur iuspatronatus eidē competere. † Et lʒ forte ꝓbet per instrā publica quod dicta vniuersitas fecerit duas presentationes de clerico per epm̄ instituendo in dicta ecclesia: tñ ex dictis presentationibus non videtur consequutum fuisse iuspatronatꝰ qꝛ illi actus tendebant potius ad quasi possessionē iurispatronatus quam ad proprietatem ipsius iuris: nec videbatur sufficere etiam ad quasi possessionem binus actus: sed trinus actus videtur requiri. c. cū ecclesia sutrina ibi probauerūt tertio extitisse ⁊c.

3 † Nec vr̄ ꝙ dictū iuspatronatus q̄ratur ṗscriptione longi vel lōgissimi temporis cū eius vsus habeat causam discontinuam cū exigat factū hois. l. foramen. ff. de serui. vrba. predio. Ideo vr̄ ꝙ nullo tpe prescribatur. arg. l. seruitutes. ff. de serui. ti. generali nisi ꝑ ṗscriptionem tanti temporis cuius initiꝗ memoria hominum nō existat ꝑ. l. hoc iure. §. ductꝰ aque. de aqua quoti. ⁊ extiua. ⁊ l. j. §. fi. ⁊ l. ij. §. ante pe. ff. de aqua plu. arcē. ⁊ per glo. in. d. l. seruitutes. Et lʒ in pūcto videatur presupponi quasi possessio tanti tpis: tñ ꝓbatio dicte prescriptiōis est multum difficilis: nec prout mihi dicitur probari potest nisi forte per testes de dicta vniuersitate: sed dicti testes vident non idonei: qꝛ videntur testificari in cā ꝓpria. ⁊ ꝑ cōsequens repellendi arg. l. omnibus in re ꝓpria. C. de testi. ⁊ l. nullus idoneꝰ. ff. eo. ti. Cum itaꝙ nō videatur ꝓbari de aliquo iurepatronatꝰ dicte vniuersitatis videtur in consequentiam quod collatio dicte ecclesie libere pertineat ad diocesanum. c. cum venissent de institu. ⁊ c. ij. §. si aūt. de ꝯcessi. prebē. ⁊ in cañ. nullus. xvj. q. vij. ⁊ in cañ. ꝑuenit. j. qō. iij. cum simili.

4 ¶ † His tamen non ob. contrarium arbitror de iure respondendum: nam premittēdum est quod iuspatronatus inter cetera ⁊ satis principaliter consistit in presentando clericum coram ordinario vt presentatus si est idoneus preferatur ab ordinario ipsi ecclesie vacanti vt extra de iurepa. c. j. ij. ⁊. iij. ⁊ c. qδ aūt. ⁊ c. ex literis. ⁊ c. illud. ⁊ c. cum laycis. ⁊ c. significasti. ⁊ c. consultationis. ⁊ ca. cum aūt. cum simi. Ex prima presentatione facta ꝑ dictam vniuersitatem ordinario loci ⁊ per ipsuʒ ordinarium admissa fuit quesita quasi possessio iurispatronatus dicte ecclesie. Cum vt dixi in hoc actu consistat vtplurimum iuspatronatus. Et sic qui vtitur actu ṗsentandi facit actum qui conuenit quasi possessioni iurispatronatꝰ ⁊ consequenter vtitur ipso iurepatronatus in consequentiam acquirit quasi possessionem ipsius iurispatronatus cum sit actus grauis ponderis qui non solet gratis permitti non pretendenti ius presentandi. Et ideo non solum ex bino: sed etiam ex vnico actu queritur

ritur quasi possessio iurispatronatus in presentādo per no.per gl. in verbo in trium.ꝛ glos.pe.in.d.c.cum ecclesia sutrina.ꝛ Innocē.ꝛ Jo.an.ꝛ modernos ibidem.ꝛ per bart.in.l.j.§.hoc interdicto.ff.de itine.actuq̄ priua.facit.l.j.§.quesitum.ff.de aqua quotti.ꝛ esti.et c.cū de bñficio.de prebē.in.vj.ꝛ.l.pe.ff.de serui.ꝛ.c.pro illoꝝ a 9rio sensu de pbē.ꝛ.c.cum accessisset.de consti.ꝛ quod per Inno.in.c.cū dilectus.de capel.mona.ꝛ ꝙ p vnū actū p̄ntationis ab ordinario confirmate queratur possessio p̄supponit ꝓ firmo Panoꝛ.in.c.consultationibus.de iurepatro.ꝓ no.per Inno.in.c.ij.de ni inte.resti. vbi Innoc.hoc vult in quasi possessione iure eligendi quod queraſ per vnum actum electionis confirmatum. Multo ergo fortiꝰ fuit quesita quasi possessio per binum actum presentationis factū ordinario ꝓut de hoc extant publica documenta:nam vna presentatio fuit facta in anno dñi.Mcccclxv.ꝛ alia anno dñi.Mcccclviij.Alia esse fuit facta de quodā dōno Sano in anno dñi. Mccccxxvj. seu xxv.licet de illa non viderim publicum seu autenticū instrumentū. Sed presupponitur facta in literis apostolicis sub dicto millesimo datis.Sufficit autem quem esse in quasi possessione iurispatronatus vt admitti debeat ad presentandum.Nam tenet tunc presentatio etiam si presentans in veritate non sit patronus:vt in.c.cōsultationibus.ꝛ ibi glo.j.de iurepatrona.ꝛ.c.querelam.de elec.ꝛ.c.cum olim.de causa pos.ꝛ proprie.

4 †Cum itaq̄ negari non possit quin dicta vniuersitas probatis dictis presentationibus:vt.s.per ordinarios admissis sit in quasi possessione iuris presentandi debet admitti ad presentandū nec debet in preiudicium sue quasi possessionis absq̄ sua p̄sentatione aliquis ad dictam ecclesiam promoueri arg. dictoꝝum iurium ꝛ dicti.c.cum ecclesia sutrina. post mediū vbi fuit electio infirmata:eo q2 fuit celebrata cōtentis his qui erant in quasi possessione iuris eligendi: lꝫ incontinenti ꝓnuncieſ contra illos super ipso iure eligendi.Multo ergo fortius id dicendum esset qñ de non iure quasi possidentis nō constaret. Attento maxime q2 ex quasi possessione presumitur quasi dominium quod incidenter deducitur prout ex possessione dominium presumiſ qñ ipsum dñium deducitur incidenter.l.sicuti.§.si queratur.ff. si seruitus ven.ꝛ per Bar.in.l.quidam.in suo.ff.de condi.insti.ꝛ Inno.in.c.olim.de priuile.ꝛ modernos in rubrica de noui oper.nun. quasi dominium autem iurispatro.Non videtur deduci hic principaliter:sed incidenter ad probandum ꝙ collatio dicte ecclesie non debet nec potest fieri absq̄ presentatione facta per dictam vniuersitatem dicti castri.

5 †Et insuper dato quod non sufficeret dicta presumptio: q2 censeretur iuspatronatus deductū principaliter.Probatur dictū iuspatronatus fore quesitum dicte vniuersitati ex prescriptiōe.xl.annorum probata dicta presentatione facta de dicto dōno Sano : nam facta dicta probatione vel alia facta ante tempus.xl.annorum elapsum ꝓbatur quod ex tūc inchoauit quasi possessio iurispatronatus per supradicta.ꝛ 9sequēter ex tunc inchoauit currere p̄scriptio que in rebus ecclesiasticis requirit spacium.xl. annoꝝ.auten. quas actiones.C.de sacrosan.eccle.ꝛ.c.de quarta.ꝛ.c.in pluribus.de prescrip.ꝛ.xvj.q.iiij.§.quas actiones.Nec ad dictam p̄scriptionem lōgissimi temporis requiritur titulus nisi qñ ius cōmune resistit possidenti:vt in.c.j.de p̄scriptionibus.lib.vj.ꝛ habetur in.c. si diligēti. eo.ti.in antiquis.ꝛ facit.d.autē.quas actiones. cum si. iuribus supra adductis in eorum generalitate.Non resistit autem ius cōmune ꝙ layci habeant iuspatronatus in ecclesia cū ex eisdem causis regulariter queratur iuspatronatus laycis ex quibus queritur clericis vt.d.cañ.pie mentis.cañ.frigentius.ꝛ cañ.filijs.ꝛ.d.c.qm̄. in quibusdam.ꝛ.c.ꝙ aūt.de iurepatro.cum si.s.adductis:ideo videtur ꝙ prescriptione quadragenaria fuerit iuspatronatus quesitum dicte vniuersitati.Nec obstat ꝙ iuspatronatus hꝫ cām discontinuam:q2 iura probantia quod in habentibus cām discontinuam non opitulatur prescriptio ꝓcedunt in seruitutibus realibꝰ in quibus loquūtur non autem in iuribus personalibus que quasi possidentur: nā licet habeant cām discontinuam:tñ p̄scribuntur ꝛ longo ꝛ longissimo tpe ꝓut res corporales:ꝓut in seruitute p̄sonali vsusfructus cōcludunt Pe.Cy.Ang.ꝛ docto.ꝛ in.l.corruptionem.C.de vsufru.ꝛ per Cy.in.l.fi.C.de longi tpis p̄scrip.ꝛ in iure eligendi no.in.d.c.cū ecclesia sutrina.ꝛ de prescriptione decimarum habetur in.c.ad aures ꝛ in capitulo iuuenis.de prescriptio.ꝛ de p̄scriptione exigendi censum in.c.peruenit.de censibus vbi de his per glo.ꝛ doc.

6 †Et dato quod nō sufficeret p̄scriptio quadragenaria ꝙ minime verū est sine dubio sufficeret prescriptio tanti temporis:cuius initij memoria non existit que p̄supponitur posse ꝓbari ꝛ que sufficit absq̄ titu.etiam in iuribus realibus habentibus causam discontinuam.ꝛ etiam si ius cōe resistat possessioni talis iuris vt.d.c.j. de p̄scriptio. lib.vj.ꝛ no.in.d.l.seruitutes.ꝛ ꝓbatur in.d.l.hoc iure.§.ductus aq̄. ꝛ in.d.l.j.§.fi.de aqua plu.arc.hꝫ.n.vicem 9stituti.ꝛ in oibus epitulatur vt in.d.§.ductus aque.ꝛ.d.§.fi.ꝛ habetur in alijs iuribꝰ.s.adductis.ꝛ hr̄ p Innoc.ꝛ doc.in.c.quid p nouale.ꝛ in.c.sup quibusdā de verb.sig.ꝛ hoc clarissimum ꝛ ideo non insistendum : ꝛ lꝫ ꝓbatio hm̄oi sit difficilis:tñ est possibilis ꝛ de forma articulandi ꝛ ꝓbandi ponitur p glo.ꝛ doct.in.d.c.j.in fi.de p̄scri.lib.vj.

7 †Nec ob.qd̄ forte non extant testes nisi de dicta vniuersitate territe:q2 sup ꝓbatione dicti iurispatronatꝰ sunt idonei testes homines de dicta vniuersitate:lꝫ deponant in causa vniuersitatis ex quo ex dicto iurepatronatus non prouenit singulis aliquod commodum seu vtilitas singulariter:q2 cā vniuersitatis non est cā singuloꝝum:vt in.l.in tm̄.§. vniuersitatis.ff.de rerum diuisio.ꝛ.xij.q.ij.§.qui manumittit.ꝛ.l.lꝫ si hac.§.manumittitur ꝛ sicut.§§.si quid vniuersitati.ff. qd̄ cuiꝰ vniuersi.nomine.Et propterea doc.cōmuniter oēs 9cludūt ꝙ admittanſ singulares de vniuersitate ad deponēdum ꝓ vniuersitate ꝓut no.Gui.ꝛ Bar.in.§.vniuersitatis.ꝛ Bal.ꝛ doc.in.l.parentes.ꝛ in.l. oibus.C.de testibus.ꝛ Spe.in ti.de testi.§.j.ver.sed nunquid in cā vniuersitatis.ꝛ Bar.ꝛ Raph.ꝛ ceteri moderni in.d.§. q manumittitur.ꝛ Jo.an.in.c.cum nuncius.extra de testibus.vbi est tex.ꝙ singuli de collegio admittūtur in cā collegij quod ꝛ ꝓbatur in.c.insup eo.ti.ꝛ in cañ.super prudentia.xiiij.q.ij.ꝛ hoc idē tenent moderni in.d.c.cum nuncius.ꝛ.d.c.insuper. vbi Panoꝛ.concludit qd̄ sunt adeo integri testes illi de vniuersitate quod duo sufficiunt saltē si plures haberi non possunt.ꝛ idem videſ velle Imol. in.c.cum nuncius.Secus si plures haberi p̄nt prout voluit ipse Imol.in.d.c.cū nuncius per no.in.d.c.super prudentia.vbi Arch.vult qd̄ lꝫ admittantur ad testificandum pro vniuersitate:tñ non adhibetur eis oino plena fides sentiens ꝙ non sint testes adeo integri ꝙ duo sufficiant quod ꝛ videtur velle Bal.in.§.vniuersitatis.ꝛ.d.Ant.in.d.c. cum nuncius.loquens in vniuersitate seculari:prout est ista de qua agitur.Quorum dictum pōt ꝓcedere qñ plures haberi p̄nt al's forte secus ꝓut sentiunt Imo.ꝛ Panoꝛ.vbi supra pro quo multa possent adduci q̄ omitto:q2 vt arbitroꝛ plures testes sup hoc adhiberi possunt qui idem ꝓbabunt.Adeo ꝙ pluralitas testium supplebit si quid integritatis deficiet in singulis testibus:ita ꝙ erimus extra dictam disceptationem:an duo sufficiant ꝛ procedit id qd̄ ab oibꝰ cōmuniter dr̄ ꝙ sunt idonei testes ad probandum pro vniuersitate ex quo sumus in casu in quo non pretendunt singulare commodū.

Ex quibus arbitroꝛ hanc 9sultationē reddi clarissimā in iure: ita ꝙ res ista pendet potius ex facto potiusq̄ in iure: q2 non vidi al's ꝓbationes q̄ quatenus apparet ex instrumentis supra relatis.Ex quibus tñ deducitur potius quasi possessio quā ius quasi dominij iurispatronatus.Presupponiſ tñ vel esse ꝓbatam quasi possessionem longissimi tpis ex p̄ntationibus factis de presbyteris 9firmatis per diocesanum ꝙ solū puto sufficere per.s. adducta. ꝛ multo fortius si ꝓbetur quasi possessio tanti temporis cuius contrarij hominum non extat memoria per iam dicta.Nec ob.adducta in 9riū q2 satis patent sublata ex adductis pro hac parte.Nec etiam ob.ꝙ dictus dōnus Sanus presbyter dr̄ p̄ntatus ꝑ dictam vniuersitatē impetrauit dictam ecclīam a summo pōtifice.Ex quo videtur posse dici quod dicta p̄ntatio non esset legitima.ꝛ ideo requireret confirmatio superioris:q2 ad hoc facilis esset r̄nsio:q2 dicta cōfirmatio non fuit facta ad instātiā dicte vniuersitatis nec apparet quod ad eius noticiam peruenerit:vñ nō potuit eis preiudicari in eoꝝ quasi possessione:q2 res inter alios acta per iura vulgaria ꝛ regulā non debet alteri in.vj. Et insuper in dictis lr̄is apostolicis p̄supponiſ ꝙ iuspatronatus ꝑtinent ad dictam vniuersitatem:lꝫ rōne dubietatis euitande in petente fuerint dicte lr̄e vt ex eaꝝ lectione apparet.Vñ potius ex abundanti vr̄r impetrate q̄ ex defectu iuris maxime concernente p̄ntationem dicte vniuersitatis. Merito nullatenus ob.per.l.que dubitationem tollende causa. ff. de regu. iuris ꝛ.l.testm̄.in fi.C.de testamentis.cū 9cord.itaq̄ dicte lr̄e apostolice potius prosunt quam obstent.

8 †Et ex predictis clara elicitur r̄nsio ad secūdum quesitum:nam constat ꝙ p̄ntatus a patrono si est idoneus debet ab ordinario 9firmari al's punitur vt i.c.pastoralis. de iurepatro.ꝛ.c.quod aūt.ꝛ.c.qm̄ in quibusdam.ꝛ.c. cum aūt.eo.tit.

9 †Et si ordinarius conferret sp̄reto patrono collatio nō teneret vt est expressum in cañ.decernimus.xvj.q.vij.ꝛ no.glo.pe.in.c.cum dilectus.de iurepa.vbi glo.disputat an legatus conferre possit sp̄reto patrono ꝛ concludit ꝙ non ꝙ ꝛ tenent ibi Gof.Phi. Hosti.et Jo.an.Et videtur etiam velle Spe.in tit.de legato.§. nunc tractemus.ver.sed nunquid.ꝛ satis ꝓbatur per.d.c.cum dilectus.qd̄ capitulum ad hoc cōmuniter allegatur ꝓut dicit ibi Panoꝛ.idē firmās ꝑ illum text.Nō autem sumus in terminis legati:sed ordinarij ꝓut mihi dr̄ in quo est maioꝛ rō ꝛ res clara vt dictum.Si tñ legatus conferret non facta mentione iurepatro.magis planum foret ꝙ nō valeret collatio:q2 etiam si fieret a papa non facta mētione de patrono layco non valeret tanq̄ subreptitia : ꝓut 9cludit Panoꝛ.in.d. c.cum dilectus in fi.ꝛ ꝙ institutio facta ꝑ ordinarium de qua agiſ sit nulla sine p̄ntatione patroni vult Jo.an.in.c.j.de of. iud.lib.vj. ꝓut ꝛ refert ꝛ sequitur Panoꝛ.in.c.illud.de iurepatro. ꝛ facit.c. ex insinuatione.eo.ti.vbi etiā tangit Panoꝛ. Laus deo.

¶Summarium super consilio.xlviij.

☞Pactum de non diuidendo seu in communione stando an et quando valeat.per totum.

1 Juramentum quod sine dispendio salutis eterne seruari potest est seruandum.

2 In cōmunione stare nullus compellitur etiam conuentione de stāte imperpetuum Secus tñ si fiat pro tempore.

Iuramẽtũ an liget vniuersitatem vbi ab hoĩb⁹ vniuersitatis seu cõ munitatis fuit p̃stitum ⁊ hꝫ annexã cãm reb⁹ sic se stãtib⁹. nu. seq.

3 Contractus ⁊ partium ꝯuentiones debent intelligi rebus sic se stã tibus tp̃e contractus: alias non ligant.

4 Clausula in fine posita refertur ad oĩa precedẽtia. fallit si aliqua ex precedentibus sunt contra i us cõmune.

Clausula rescripti: fiat vt petitur: non refertur ad precedentia; que sunt contra ius commune.

5 Possessio p̃sumitur ex pceptione fructuũ ⁊ possessor dñs p̃sumit.

6 Diuisio est iudicis arbitrio fienda ⁊ põt vni qñq; totam rẽ assigna re ⁊ qñq; vni ꝓprietatẽ alteri vsumfructum.

¶ Consilium. xlviij.

IN nomine dñi nostri iesu christi. ¶ Qm̃ in presenti ꝯsultatiõe querit reddi con silium ad instantiã habentis iudicare ꝙ decisiuum nũ cupatur in quo solet breuius incedi q̃ in alijs consulta tionibus: immo pleriq; assolent in hmõi consultationibus decisi uis decidere consultationem absq; iuriũ rationum ⁊ auctoritatuꝫ allegationibus: prout ⁊ instruit Spec. in ti. de consilij requisitione versi. porro. ⁊ in ti. de allegationibus ⁊ disputationibus. §. porro. ⁊ Panor. in suo consilio. ij. qd̃ incipit dum esset materia questionis ⁊ facit qd̃ no. Spec. in tit. de snĩa. §. qualiter. versi. verum. ⁊ Io. an. ⁊ Panor. in. c. sicut. extra de re. iu. ⁊ ita vidi hoc tp̃e qñq; obserua tum. Et lꝫ non intẽdam penitus dictam doctrinam amplecti: ꝑut nec mei moris est tamen breuior ero q̃ si consilium non decisiuum redderem in simili cõsultatione fretus in parte dicta doctrina. Et

1 ex breuitate temporis mihi concessi. † Deueniendo itaq; ad prin cipale quesitum: lꝫ videatur prima facie dicẽdum ꝙ nequeat deue niri ad dictam diuisionem. Ex quo partes in primo ꝯctu conuene runt ꝙ dicte montanee essent cões ⁊ emolumẽta ⁊ onera ex eis pro uenientia certo modo diuiderent. ⁊ conuenerit non contrauenire ⁊ ipsas conuentiones iuramento firmauerint videtur ex hoc cõue nisse ⁊ iurasse ꝙ non venient contra cõmunionem ꝙ pactum videt seruandum. arg. l. si conuenerit. ff. pro so. Maxime ꝑpter iuramen tum ꝙ seruari põt sine dispendio salutis eterne: ergo sit seruanduꝫ arg. c. cum contingat. de iureiurã. ⁊ c. lꝫ mulieres. eo. ti. lib. vj. ⁊ c. q̃ uis. de pac. eo. lib. ⁊ aut. sacramenta puberum. C. si aduersus ven. et maxime cum in secundo instrumẽto sit appositum verbũ in perpe tuum ꝑpter quod videtur fuisse cõuentum ꝙ nullo tp̃e fieri posset diuisio: maxime cum facta diuisione ipsarum montanearum nõ fie ret annuatim diuisio emolumentorum ⁊ onerum: prout exprimit

2 in dicta conuentione. ¶ † Tamen his non obstantibus contrariũ arbitror de iure respondendum. Nam p̃mittendum est quod nemo compellitur stare in communione ꝓbat tex. in. l. fi. C. cõmuni diui dun. ⁊ facit. l. tãdiu. C. pro so. ⁊ §. manet. instit. eo. tit. ⁊ l. actione. §. item qui. ff. eo. ti. adeo ꝙ nõ valet pactum ꝙ nunq̃ fiat diuisio: lꝫ va leat super hoc pactum temporale: prout est exp̃ssum. ff. cõmuni di uidun. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. vbi casus propterea dicta cõmunitas de pastignola potest petere dictam diuisionem: tum qꝛ pactum de non diuidendo non valet: nec iurauit ipsa vniuersitas: lꝫ iurauerint illi homines de pastignola qui interuenerunt in con tractu: nec ipsa vniuersitas habet animã adeo ꝙ ea que concernũt animam no trahũtur ad vniuersitatem. c. romana. §. in vniuersita tem. de sententia excõmu. lib. vj. Nec respectu vniuersitatis in vni uerso considerate cadit dispẽdiũ salutis eterne ꝙ cõsideratur in ter minis. d. c. cum contingat. ideo videtur posse dici qd̃ dictum iura mentum non roboret dictam cõuentionem quaten⁹ reprobaretur per. d. §. si conueniat. ⁊ propterea possit peti diuisio. Quod saltem videtur ex eo dicendum: qꝛ non fuit conuentum ꝙ nõ fieret diuisio sed in prima ꝯuentiõe fuit simpliciter facta cõmunio inter dictas cõitates de dictis montaneis ⁊ conuẽtum fuit simpliciter qualiter deberet fieri diuisio fructuum seu emolumentorum prouenientiuꝫ ex dictis montaneis. ⁊ pro quibus ratis deberet dicta cõitas de pa stignola percipere dicta emolumẽta ⁊ ꝓ quib⁹ ratis deberet subire onera: nec de diuisione aliquid affirmatiue vel negatiue dictũ fuit in dicta conuẽtione. Nec venitur contra cõicationem factam: licet postea petatur diuisio: qꝛ propter hoc non scinditur in aliquo nec in aliquo vitiatur ipse contractus cõicationis: nam si duo ꝯtrahũt societatem ⁊ post aliquod tẽpus alter vult dissoluere societatem ne mo sani capitis attentaret ꝑ actum dissolutionis ipsius societatis deueniri ꝯtra ꝯctum societatis. Nam qui petit dissolutionem socie tatis iam contracte presupponit ipsum contractum societatis. ar gumen. l. decem. de verbo. oblig. ⁊ l. non potest videri desinere. ff. de reg. iur. ita ꝙ si ipsa societas fuisset contracta per negociorꝫ gesto rem eius nomine ipse dissoluens societatem censeretur ipm̃ ꝯctum societatis ⁊ ratificare ⁊ sic approbare non improbare. arg. dictoruꝫ iurium ⁊ qui contrahit societatem non propterea conuenit de per petuo stando in societate: sed potius censetur conuenire ꝯm natu ram societatis. arg. l. si ita stipulatus. ff. de vsuris. cum concord. ⁊ sic censeatur actum vt societas ⁊ cõio duret donec fuerit renũciatum ⁊ sic donec perseuerauerint in eadem voluntate ꝯm subiectam ma teriam. arg. d. l. ⁊ l. si vno. ff. loca. ⁊ l. pater seuerinam. in prin. ⁊ §. cõ ditionum verba. ⁊ l. eas causas. de condi. ⁊ demõ. ita ⁊ cõicatio sim pliciter facta videtur interpretanda ꝙ duret donec partes volue rint stare in cõmunione. Et propterea lꝫ petatur diuisio non venit contra cõicationem immo illa presupponitur: nam si non fuisset fa cta cõicatio quelibet pars peteret illud quod habebat añ cõicatio nem ⁊ sic in terminis nostris quelibet cõmunitas peteret suã mon taneam ꝙ non põt fieri hoc casu sed petitur diuisio in concreto am barum montanearum nõ tanq̃ vna cõmunitas habeat plus iuris in vna montanea q̃ in altera. Quod non contingit ex alio nisi qꝛ p̃supponit firma dicta cõicatio. Licet itaq; ꝯuẽtũ fuerit ⁊ ꝓmissuꝫ qd̃ dicta cõitas de pastignola hẽbit rata grata ⁊ firma ⁊ obserua bit ⁊ adimpleuit omnia ꝯuenta in dicto primo contractu commu nicationis ⁊ nullo contrafaciet non propterea prohibet petere di

3 uisionem. † Et hoc arbitror esse de iure satis clarum. Et ideo etiaꝫ non ꝓhibet petere vigore secũde ꝯuentionis que verisimil'r facta fuit solum ad eũ finem vt cõmunitas de pastignola consequeretur maiorem partem emolumenti ⁊ subiret maiorem parteꝫ oneris q̃ vigore prime conuentionis. Et illa verba in perpetuum apposita in secunda conuentione fuerunt verisimiliter apposita ad finem vt stante cõmunione illi de pastignola nunq̃ possent petere maioreꝫ partem emolumenti ⁊ vt subirent minorem partem oneris. Et si militer nec illi de rasano. Nam dicta verba in ꝑpetuum non respi ciunt ipsam communionẽ sed ipsam distributionem partiũ: vt pa tet ex serie instrumenti. Et ideo dicta conuentio ꝙ distributio par tium in perpetuum fiat pro illis ratis de quibus ꝯuentum fuit de bet intelligi rebus sic se habentibus. Et sic donec res in eodem sta tu permanserit. arg. l. ꝙ seruius. cum sua glo. ff. de condi. ob causaꝫ ⁊ cañ. ne quis. xxij. q. ij. prout ⁊ hec conditio subintelligitur in iura mento: prout dicit glos. quam doct. sequuntur in. c. quemadmodũ de iureiur. per iura p̃allegata: ideo conuentio illa ꝙ fiat illa distri butio partium debet intelligi ꝙ perpetuo fiat: scꝫ donec permane

4 bit cõmunio ⁊ sic remanebit res in eodem statu. † Et maxime hoc dicendum videtur vt illa ꝯuentio nõ interpretetur facta ꝯtra ius cõmune ꝙ improbat cõuentionẽ de perpetuo stãdo in cõione. d. §. si conueniat. ꝑut alias dicimus quod licet clausula in fine posita re ferat ad oĩa precedentia per. l. talis scriptura. de lega. j. ⁊ c. ij. requi ris. ⁊ c. inquisitioni. de appella. ⁊ l. iij. §. si filius de lib. ⁊ posthu. Tñ fallit quando aliqua ex p̃cedentibus erant cõtra ius cõmune vt est glo. sing. in. d. l. talis scriptura per. l. vxori. §. vxori de lega. iij. quaꝫ glos. doc. cõiter omnes sequuntur in. d. l. talis scriptura. ⁊ per eam vidi hic perusie cõsultum a. d. Bñdicto capra doctore permaxime auctoritatis potissime in cõsulendo ꝙ cl'a vt petit posita in signa tura in rescripto referatur ad ꝓxima ⁊ nõ ad oĩa precedentia ex eo qꝛ aliqua ex precedentibus erant ꝯ ius cõe: tñ poterant per rescri bentem induci per rõnem preallegatam: ⁊ illi consilio patris ⁊ pre ceptoris mei me subscripsi: ita in proposito verbum in perpetuum non referatur ad perpetuam cõionem ꝙ est a iure improbatũ sed ad ꝓxima: ⁊ maxime cum verba illa in perpetuum non sub clausula absolute posita: ita ꝙ potest pariter ad quãlibet orõnem p̃cedẽteꝫ seu ad quãlibet particulam orõnis referri: ꝑut illa verba vt petitur ⁊ prout in terminis. d. l. talis scriptura ⁊. d. l. vxori. §. vxori. sed sunt verba que reguntur ab alio verbo: ita ꝙ sunt pars orationis ⁊ pro pterea ad illam orationẽ necessario referuntur ⁊ non ad aliã nisi for te per indirectum seu per viam repetitiuam que non fit ita de faci li vt patet ex no. per Bar. in. l. pretor ait. §. erit igitur differẽtia. ff. vi bo. rap. Confert etiam ad predicta qꝛ lꝫ fiat diuisio tamẽ potest fieri: ita quod quelibet pars verisil'r pcipiat ex sua portione emolu menti ⁊ oneris ꝓ rata conuenta: nam ex quo durante cõmunione cõmunitas de pastignola pcepit forte. xv. partem vel circa emolu menti vtriusq; montanee ⁊ tantũdẽ subit oneris ita ⁊ pcipiat tãtã ꝑtẽ diuisam dictarum montanearũ que sit eadem quota dictarum montanearum adeo qd̃ verisimil'r eam quotam emolumenti ⁊ one ris consequetur ex re diuisa: ꝑut ex non diuisa: ⁊ hoc respectu pci

5 piat in perpetuum illam portionem. † Et ꝑ hec sit rñsum. Ad prin cipalem consultationis articulum: scꝫ an possit peti diuisio. Nam respondetur quod sit ꝑ iam dicta. Et satis etiam dep̄hendi potest decisio alterius quesiti. s. qualiter fieri debeat hoc est ꝓ quib⁹ ratis. Licet eñ non appareat conuentum ꝓ quibus ratis dicte cõmuni tates habeant possessionem ⁊ dominium dictarum montanearuꝫ. Tamen satis censetur tacite conuentum arguendo ab effectu. Naꝫ dñs fundi ratione dominij pcipit fructus ⁊ similiter bone fidei pos sessor per iura vulgaria: ita quod ex pceptione fructuum ostẽditur possessio iuxta ea que habentur in. l. titia. ff. de solu. in. l. iij. C. finiũ regũ. ꝑ Bar. in. l. j. in p̃nci. de acquirẽ. posses. dum tractat de effecti bus possessiõis ⁊ successiue resultat p̃sumptio dominij: nam posse sor presumitur dominus. l. sicuti. §. si queratur. ff. si seruitus vendi. ⁊ quod ꝑ Innocen. in. c. olim. de priuil. ꝑ Bart. in. l. quidam in suo ff. de condi. insti. per modernos in rubrica de noui ope. nuncia. Id circo censeo in hac diuisione eam debere haberi consideratione re spectu ꝓprietatis ⁊ possessionis que in cõmunione apparet respe ctu oneris ⁊ emolumẽti. ⁊ sic si communitas de pastignola diuidit onera

onera ⁊ emolumenta per.xv.partes subeũdo vnam partem de.xv. tantam portionem percipiat in diuisione ex proprietate dictaruz 6 mõtanearum.†Et est aduertendum quod diuisio debet fieri arbitrio iudicis prout magis accommodatur partibus.l.ad officium. C.communi diuidun.l.plane.ff.fami.herciscun.⁊.l.communi diuidundo iudicium.§.j.⁊.§.cum de vsufru.ff. communi diuidun.⁊.l.si quis putans.§.officio iud.eodem tit.⁊.l.⁊ puto.§.j.⁊.ij.ff.fami.herciscũ.Hinc est quod quandoqꝫ vno mõ diuidit quandoqꝫ alio modo:nam aliquando singulis singulas res assignat.d.l.plane quandoqꝫ vni omnes res assignat.l.antepenult.ff.fami.hercis.quãdoqꝫ regionibus ⁊ terminis vnam rem diuidunt.d.l.ad officiũ.quãdoqꝫ vni proprietatem ⁊ alteri vsumfructum.d.§.officio.⁊.d.l.⁊ puto qñqꝫ temporibus vel mensura.d.l.⁊ puto.§.vsusfruct9.⁊.l.arbor.§.fi. communi diuid.quandoqꝫ vni tãtũ assignat.l.si que.ff.fami.hercis. qñqꝫ imponit seruitutẽ.l.itẽ labeo.§.fami.her.ff.fa.her.Quãdoqꝫ sortitur.d.l.si que.in fi.fami.hercisc.quandoqꝫ ipse extimat ⁊ iusta extimatione alteri adiudica.l.item ꝙuis.§.fi.ff.communi diuidũ.⁊ l.si probatum.C.eodem titu.quandoqꝫ per licitationem alteri adiudicat.d.l.communi diuidundo.§.fi.⁊.d.l.arbor.§.iudex.⁊ dicta.l. item labeo.§.famil.herciscun.⁊.l.si pignori. eodem titulo ⁊.d.l.ad officium.Quod non ex alio factum puto nisi quia ex variis circunstantiis quãdoqꝫ expedit seu equum est variis respectibus vno modo quandoqꝫ altero modo deueniri ad diuisionem in ꝓposito: expedit ⁊ equitas suggerit ⁊ vnicuiqꝫ sua pars assignet̃ in montanea magis vicina ⁊ in montanea que antiquitus fuit sua ⁊ suorum maiorum facit.l.lex que tutores.C.de administ.tuto. Nisi aliud immineat in contrarium.Quod totum discretioni habentis iudicare iura committunt.Item etiam aduertendũ duxi quod si qua sunt bona particularium personarum illa non fuerunt communicata: qꝛ solum popularia:id est ad populos pertinentia communicauerũt vt sonant verba instrumenti.Ideo si qui fundi ꝑtinent ad aliquas singulares personas illis nihil ad officium iudicis vel arbitri de diuisione huiusmodi cognoscentis.Audio quod aliqui ꝓ libito cultiuarunt aliquas possessiones que erant pascua tempore cõmunionis ⁊ sibi volunt appropriare:videlicet illi de rasano passim.prout cuilibet placuit in montanea que fuerat antiquitus eorum cõmunitatis.Et non permiserunt idem fieri per homines de pastignola:quia illi de rasano sunt magis potentes. Quod arbitror sapere: tyrannidem quandam non iustitiam.Ideo iustum arbitrum non debere de hoc habere considerationem aliquam.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.xlix.

☞ Legata domo cum omnibus que in ea sunt an veniant instr̃a noia debitorum continentia in domo existentia.ꝑ totum.

1 Bonorum appellatione que veniant.
2 Res verbum est generalissimũ ⁊ rerũ appellatione quid veniat.
3 Omnis est dictio vniuersalis cuius natura est non recipere aliquã fallentiam seu restrictionem.
4 Uerba geminata magis operant̃ ꝙ simpl'r prolata.
5 Uerba sunt veritatis intrinsece ⁊ mẽtis expressiua.
6 Legatis rebus que sunt in loco an videantur legata etiam ibi ad tempus existentia.
5 ff.de vsur.† Insuꝑ ꝙ mora cessauerit euidēti ratione demōstratur debitores erāt pupilli qui pupilli nō possunt in mora cōstitui per interpellationē tacitā vel expssam eis solis factā sed demū si est facta eis auctore tutore vel soli tutori vt est casus in.l. sed si ex stipulatu.ff.de ver.obli.facit.l.si pupillus.in prin.eo.titu. Sed tutor nō pōt auctorari in causa ꝓpria.l.j.§.j.ff.de aucto.ꝑstā.ideo interpellatio ista diei legalis non cōstituat istos pupillos in mora pro debito quo astringebātur eorū tutrici qꝛ ipsa cēseretur auctorari in causa ꝓpria quasi ipsa interpellasset pupillos se auctrice vel interpellasset se solā iuxta.d.l.sed si ex stipulatu. Et sic potius cēseretur sua mora quā mora pupillorū: ideo nō debet esse sibi ꝓficua.l.hominē. in si.ff.mādati.ꝛ si pupilli censerētur in mora illa ascribēda esset tutrici negligēti soluere debitū vsurariū vel quodāmodo penale. ar. l.j.ꝛ quasi per totū.C.de peri.ꝛ cōmo.tu.ꝛ est expssum in.l.quotiēs. §.sicut.ff.de admi.tu.vbi pupillus non teneť tutori ad vsuras etiā ꝑmissas ex eo qꝛ tutor debuit exigere suū creditū vsurariū ad ꝙ pupillus erat sibi obligatus si itaqꝫ remittūtur vsure suo iure currentes sola ea ratione quia tutor potuit pupillū liberare ꝙ̄tofortius impeditur cursus earūdē de nouo causandus ex mora cum multa impediāt cōtrahenda quā cōtracta nō tollāt.l.patre furioso.ff. de

6 his qui sunt sui vel alie.iur.ꝛ.c.ad apostolicā.de regula. cū si.† Et insuꝑ dato ꝙ teneretur qđ est falsum tñ si ex hoc lederētur cum tenerentur ad vsuras istas seu alimēta dotis qꝛ nō est vis in vocabulis cui dubiū ꝙ haberēt restitutionē in integrū ex eo qꝛ se obligassent oneri ꝙ suscipere nō expediebat.l.nō omnia.in si.ff.de mino.ꝛ hoc clarū. Unde nō videtur ꝙ dicti filij habeant timere dictas vsuras seu alimēta dotis soluere quia habent plures vias ad defensandum se a dictis vsuris: nō solū illā ꝙ cesset mora que mora ꝑm mentem statuentiū non exigitur cum velit eas ꝑstari etiā pro tempore quo dos peti non pōt quia etiā durāte dilatione legali qua durāte cōstat ꝙ cessat mora. Et ex hoc deducitur qđ attēto ꝙ statutū vult qđ hmōi prestatio alimentorū prestetur indifferēter nō cōsiderato cursu tēporis legalis nec considerato an mulier habeat vnde aľs se alimentet: nec cōsiderata quātitate respectiua ad alimēta necessaria seu cōuenientia mulieri sed solū correspectiua ad quātitatē dotis.ꝛ correspectiua ad lapsum tēporis negari nō posse arbitror qn statutū istud sapiat permissionē vsurarie prauitatis quā statuta facere nequeūt prout ꝛ oēs hoc fatētur per.d.cle.eos.de vsuris. Nec est mirū si Bal.voluit valere statutū ꝑmittēs vsuras deberi in dote restituēda ꝓut refert primus cōsulens qꝛ ipse voluit ꝙ ꝑmittūtur. et debeātur etiā de iure cōmuni prout ipse voluit.in auť.ei qui.C. de bonis auc.iudi.possi.nec est mirū dñs Cardinalis zaba.aľs Florentinus reputat tale statutū posse tolerari vt debeantur alimēta tanꝙ̄ interesse post morā in soluēdo adhibitā.tamē Jmo.ibi in.d. cle.j.de vsuris vult tale statutum nō valere: ꝛ eius snīe inhereo vna cum alijs doctoribus.s̄.relatis per dñm cōsulentem et quos refert Jmo.in.d.cle.saltem in hoc casu nostro in quo statutū nullam cōsiderat morā habentiū restituere dotē nec cōsiderat interesse mulieris sed simpliciter correspectiuat ad quātitatē dotis nec cōsiderat necessitatē alimētorū.s.ꝙ nō habeat vnde se alat: maxime cum sibi sit aľs cōsultū in habēdo alimenta in domibus viri.ꝛ tamē reponit in nuda eius volūtate an velit illas vsuras an vero alimenta in domo nec cōsiderat an possit cōmode et honeste stare cum heredibus viri necne: ꝛ si hec omnia cōtigissent in casu zaba.forte nō aliud sensisset cum ipse ꝑsupponat morā ex parte heredū viri ꝛ non ꝑsupponit ꝙ habeat vnde aľs se alat. Quod aľs cōsiderabat Anto.in.l.diuortio.in prin.ff.solu.matri.prout ꝛ ibi refert Pōta.ꝛ non impugnat immo postea allegat tex.in.l.titia versi.sed si forte.ff. de solu. Et Bal.in.d.l.diuortio.voluit qđ mulier passa morā in restitutione dotis potest solū petere interesse: ꝛ est cōmunis sententia quod etiam passa morā nō possit petere vsuras seu alimēta dotis prout voluerunt Inno.ꝛ Joan.and.in.c.salubriter.de vsuris.ꝛ Hostien. in summa titu.de vsuris.§.in aliquo versi.quid ecōuerso.ꝛ Bar.in l.insulā.§.vsuras.ff.solu.matri.ꝛ in.l.at qui natura.§.nō tantū sortem.ff.de neg.gest.ꝛ idē simpliciter tenet Ang.in.d.§.nō tantum.

et idem etiã firmat Jmo. in. d. l. diuortio. in prin. nisi quãdo nõ haberet aliũde: vnde se alat ⁊ non potest de facto recuperare dotem: licet faciat quantũ potest. ⁊ prefati doct. volũt qͦd non possit quia esset vsura: que ratio militat etiã ad nullitatẽ statuti iuncta dicta cle. j. ⁊ eius ratione cum itaq; dicta mulier in casu nostro potuerit aliũde se alimẽtare saltẽ percipiendo alimẽta in domo quinimmo se alibi alimẽtauit ex quo patet qͦd potuit se alimẽtare et potuerit dotem recuperare. ⁊ neutrũ facere voluit petẽdo vsuras predictas censeretur petere vsuras ꝓhibitas veteri ⁊ nouo testamento. c. sup eo. de vsuris: ideo illas petere nequeat aliquo pacto. et ita cõcludo vna cum alijs dominis cõsulentibus. ⁊ hoc tam respectu temporis quo stetit in domo filiorũ. et ibi alimẽta suscepit quo tẽpore res est luce meridiana clarior quia statutum non vult ꝙ habeat vtrũq;. s. alimenta in domo ⁊ vsuras sed alterũ tantũ. vt de se patet ex claris verbis. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de lega. iij. l. j. §. si is qui nauẽ. de exerci. cum si. quã respectu temporis quo stetit in secũdo matrimonio quia tunc constat qͦd non est vidua. ⁊ non militat verba statuti ergo nec statutũ. arg. l. ita autem. in prin. ff. de admini. tu. et. l. iiij. §. pretor ait. ff. de dam. infec. et. l. si seruũ. §. non dixit pretor. ff. de acqui. heredi. cum si. et isti duo casus parũ habent dubitationis vel nihil. Tertium tempus potuit contingere. s. si recessit de domo filiorum. ⁊ se alimentauit anteq; nuberet. et etiam respectu huius temporis dico nõ posse peti dicta alimẽta dotis: nam ad hoc tempus adaptantur rationes. s. adducte. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. lxxviij.

1. Testis de auditu in quibus probet. per totum.
2. Parentela pluriũ graduũ an probetur testimonio de auditu licet testes nõ cõcordent in alijs presertim a quibus audiuerunt. nu. 5.
3. Uxor succedit viro ab intestato non superuiuentibus agnatis et cognatis vsq; ad decimum gradum successibilem.
4. Filiatio probatur ex aduocatione facta a patre et quibus aliter possit probari. nu. seq.
5. Cõsanguinitas an ⁊ quãdo ꝓbetur testimonio de auditu. nu. seq.
6. Probationes diuerse a partibus separatim vel iunctim facte si tamen simul iungantur an probent vnum totum.
7. Testes singulares non probant ita ⁊ qui possunt esse singulares.
8. Assertio testis absq; redditione cause non probat.
9. Consanguinitas an probetur ex quasi possessione consanguinitatis vt quia vocatur neptis vel cognatus.
   Affinitas quõ probetur ⁊ ꝙ iure affinitatis non deferat̃ successio.
10. Uerba gratia cõfabulationis ⁊ iocositatis ꝓlata non disponunt.
    Pater filios alimẽtare filiasq; maritare ⁊ eos instituere aut exheredare tenetur.
11. Ueritatem debet iudex inquirere ⁊ ei inherere.

¶ Consilium. lxxviij.

In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ Uiso processu agitato inter quandã dominã Peram ream cõuentam et dominã Geneuriã ex altera agentem per eius procuratorẽ de qua lite principaliter hesitatur. et etiã agitato inter dictã dominã Perã ream cõuentã. ⁊ ser Uodeum ⁊ Joannẽ fratres ex altera parte agẽtes. et viso pũcto al's in hoc causa alijs consulentibus exhibito solã vim pcipio fieri in ꝓbationibus an. s. sint tales ex qͥbus causari debeat victoria pro parte actorũ an vero pro parte ree cõuente. ideo nihil tangã de negotio quatenus respiceret ordinẽ ꝓcessus q; circa hoc nullatenus elaboraui qm̃ nõ fit de hoc aliqua mihi hesitatio. 1 † Et licet rem arbitrer satis lucidã et de se clarã: tamen arguã ad partes. et primo qͦd dña Pera debeat succũbere. ⁊ actores obtinere presupponendũ est: ꝙ licet regulariter nõ admittatur testimonium de auditu alieno: vt in. c. tam literis. de testibus. ⁊ in. l. testiũ. C. eo. ti. ⁊ in aut. de here. et fal. §. hinc nobis. et in. c. inquisitionis. §. quesiuisti. de accusa. cũ si. Tamẽ in factis antiquis ⁊ in his in quibus est difficilis ꝓbatio et quodãmodo impossibile admittitur probatio de auditu. l. in summa. §. idem labeo. ff. de aqua plu. arcen. ⁊ in. l. si arbiter. ff. de ꝓba. ⁊ in. c. j. de ꝑscrip. lib. vj. cum sua glo. 2 † Et maxime ad probandũ parentelam pluriũ graduũ vt est expressum in cañ. de parẽtela. xxxv. q. vj. ⁊ in. c. licet ex quadã. extra. de testibus. Jtem premittendũ est qͦd sufficere videtur ꝙ testes de auditu alieno deponẽtes super parentela cõcordent in dicto ⁊ sic in gradu parentele licet nõ concordent in alijs ꝑsertim a quibus audiuerint prout voluit gl. que incipit quia ille in. d. c. licet ex quadã ⁊ Jnno. ibi sufficit enim qͦd testes sint cõtestes in principali dicto licet non cõcordent in causis dicti prout dicit ipse Jnno. in. c. qualiter. el secũdo. de accusa. ⁊ sumi potest ex dictis Bar. in. l. j. ff. quemadmodũ testamenta aperiã. Licet tutius sit ꝙ concordent etiam a quibus audiuerint hoc est ꝙ duo testes audiuerint ab eisdẽ. et sic in hoc sint cõtestes tamẽ nõ est necessarium prout dicit ipse Jnno. in. d. c. licet ex quadã adeo ꝙ propter auctoritatẽ glo. ⁊ Jnno. hoc seruaretur in pratica ꝓut sub dubio forte dicit Jmo. in. d. c. licet ex quadã. ponderãs tex. ibi qui videtur velle qͦd sufficiat ꝙ testes dicant se audiuisse a suis antiquioribus. ⁊ sic nõ videtur requirere ille tex. ꝙ dicant a quibus audiuerint ꝫm eum qui videtur ita tenere: qͦd ⁊ vult ibi Panor. dicẽs qͦd solus auditus a pluribus cõsanguineis est de substãtia ꝓbationis. et in hoc debẽt esse cõtestes nõ in hoc qͦd audiuerint ab eisdem ꝫm eũdẽ Panor. qui subdit ꝙ maior videtur esse ꝑsumptio cõsanguinitatis qñ vnus testis audiuit a duobus. et alius ab alijs duobus quã qñ ambo ab eisdẽ audiuissent: nam in primo casu videt̃ factũ esse magis sparsum. ⁊ verisimiliter magis verũ ex quo ad notitiam pluriũ deuenerat. ⁊ ex quo plures ita tenebãt: item ꝑmittendũ est qͦd ad ꝓbandã parẽtelã ⁊ gradus ipsius sufficit ꝙ duo testes deponant de gradibus ⁊ parẽtela ex vno latere ⁊ duo testes deponãt de gradibus ⁊ parẽtela ex alio latere ꝓut voluerũt Philip. ⁊ Jnno. in. c. series. de testibus. ⁊ Hos. in. d. c. licet ex quadã ꝫm Jo. and. qui idem tenet qͦd ⁊ tenent ibi. d. Ant. de bu. Jmo. ⁊ Panor. verbigratia ꝓbatur qͦd titius fuit filius seij. et gaius fuit nepos titij ex filio per alios testes ꝓbatur ꝙ sempronius fuit filius dicti seij ⁊ pãphylus nepos ex filio dicti sempronij: et hoc ꝑ diuersos testes resultat in hoc legitima ꝓbatio qͦd pamphylus ⁊ gaius sunt consanguinei in tertio gradu ꝫm prefatos doct. qñ enim agitur de ꝓbando vnũ totum non est necesse qͦd testes sint cõtestes in ipso toto sed sufficit qͦd sint cõtestes in partibus ex quibus cõcluditur totũ prout et sumitur ex no. per Jnno. in. c. qualiter ⁊ qñ. el secũdo. de accusa. ⁊ per glo. iij. q. ix. nihilominus ⁊ volunt Joã. and. ⁊ Panor. in. d. c. licet ex quadã. 3 † Premittendũ est etiã vnum notissimũ in iure qͦd vxor ita demũ succedere põt marito si nõ est aliquis cognatus vel agnatus qui succedere possit quia oẽs agnati ⁊ cognati vsq; ad gradum successibilẽ vxorẽ excludunt vt est expressum. in. l. vnica. C. vnde vir et vxor. Jdeo cum dicta dña Pera pretẽdat se successisse marito ⁊ agẽtes pretẽdant se esse cõsanguineos ipsius ser Andree de cuius hereditate agitur intra decimũ gradũ itaq; si ipsi cõsanguinitatẽ probarũt habent reportare victoriã al's secus: tum quia dicta dña Pera ꝓbauit se fuisse legitimã vxorem dicti ser Andree ⁊ hoc per confessionẽ partiũ ⁊ legitime agnouisse bonorũ possessionẽ coram iudice prout ⁊ ꝑsupponitur: tum quia ipsa cõuenitur ⁊ possidet et actore non probãte reus absoluitur etiã si ipse nihil probauerit. l. qui accusare. C. de edẽ. ⁊. c. cum eccle. sutri. in fi. extra. de causa pos. ⁊ ꝓprie. cum si. vulgaribus. Solũ itaq; discutiendũ est an dicti actores vel alter ipsorũ legitime probauerint se attinere dicto ser Andree in aliquo legitimo gradu agnationis vel cognationis ⁊ maxime an ꝓbauerit dicta dña Geneuria. nam ser Uodeus et Joannes prout pcipio potius litigarunt ad defensandũ dicta bona de quibus agitur aduersus dictã Geneuriã quã ad abuocandũ illa bona a dicta dña Pera. 4 † Capiendo itaq; probationes dicte Geneurie videtur primo aspectu dicendũ qͦd dicta dña legitime ꝓbauerit se fuisse neptem cõsobrinã dicti ser Andree et cõsequenter in quinto gradu cõsanguinitatis. l. iurisconsultus. §. quinto gradu. ff. de gradibus. et insti. eo. ti. §. quinto gradu ꝓbatur enĩ per multos testes ꝙ ipsa fuit filia ser Petri Luce: nam Antonius Nicolai probat ꝙ ser Petrus Luce et dicta Geneuria tpe vite dicti ser Petri se ad inuicẽ tractabãt et reputabãt pro filia ⁊ patre legitimis ⁊ naturalibus ⁊ ita tenebãtur reputabãtur ab omnibus cognoscẽtibus eos ⁊ ita in ꝑsentiarũ tenetur ⁊ reputatur ab omnibus cognoscẽtibus dictã Geneuriã in causa sciẽtie q; cognouit et ꝑsens fuit. ⁊ idem in effectu deponit Petruspaulus alius testis dicte dñe Geneurie per quorũ testiũ depositiones videtur ꝓbata quasi possessio filiationis ex quo resultat ꝑsumptiua ꝓbatio ipsius filiationis que transfert onus ꝓbandi cõtrariũ in aduersariũ. c. per tuas. extra. de ꝓba. ꝓut cõcludunt Jaco. bu. ⁊ Bal. in. l. j. ff. de ꝓba. vbi Bal. disputat hunc articulũ ꝙ ⁊ voluerũt gl. Pe. Cy. Bar. Bal. ⁊ Ang. in. l. nõ nudis. C. de ꝓba. ⁊ glo. in. l. nõ ignorat. C. qui accu. nõ pos. ⁊ in. l. j. C. quorũ bonorũ. ⁊ in. l. nõ epistolis. C. de ꝓba. ⁊ glo. et doct. in. d. c. per tuas. vbi Panor. dicit qͦd ex actibus ex quibus pater tractat filiũ vt filiũ puta in ꝑstãdo ei alimẽta. ⁊ hmõi resultat vera ꝓbatio filiationis. sed Bar. in. d. l. j. C. quorũ bonorũ. ⁊ in. l. j. §. ꝙ senatus. l. ꝙ senatus. §. idẽ per cõtrariũ. ff. de lib. agno. ⁊ in. l. j. §. j. ff. de q̃stionibus. dicit ꝙ ꝑsumptiue inducitur ꝓbatio filiationis ex hmõi tractatu. et idẽ voluit Host. in. d. c. per tuas. ⁊ Ang. ⁊ Rapha. in. d. l. nõ nudis. dicunt ꝙ ex hmõi quasi possessione filiationis. ⁊ qͦd ex hoc solo ꝙ qs tractauit vt filiã probetur filiatio volũt. d. Ant. ⁊ Panor. in. c. trãsmisse. qui filij sint legitimi allegãtes butrigariũ in. l. quidã. de ꝓba. et Rapha. fulg. in. d. l. j. de proba. refert Jaco. bu. ponere inter modos probãdi filiationẽ vnum modũ ꝙ pater et filius se tractauerũt vt pater ⁊ filius aliũ modum qͦd vulgi opi. erat ꝙ essent filij in casu nostro probatur per dictos duos testes qͦd tractabantur ad inuicẽ vt pater ⁊ filius: item probatur per plures alios testes ꝙ dicta Geneuria tenebatur ⁊ reputabatur et hodie tenetur ab omnibus cognoscentibus eam tẽpore vite ser Petri. ⁊ post eius mortem: nam hoc deponit Joannes Angeli ⁊ Girardus ⁊ Nicolutius Joannis et dña Catherina: ⁊ Andreas ⁊ alius testis nomine Joãnis et dña Magia: ita qͦd videtur sufficiẽter probata dicta filiatio. Jtem videtur probari ꝙ dictus ser Petrus. ⁊ dictus ser Andreas erãt fratres consobrinati ex fratre ⁊ sororibus carnalibus. Nam Girardus et Nicolutius deponunt qͦd audiuerunt publice dici ab antiquis hominibus

hominibus castri Corneti qđ dicti ser Petrus ⁊ ser Andreas erāt fratres cōsobrini quia nati ser Andreas ex Joāne ⁊ ser Petrus ex dña Bella fratribus carnalibus qui testes videtur ꝓbare dictā cōsanguinitatem ex quo deponūt ꝙ audiuerūt ab antiquis hominibus:⁊ sic a pluribus.iuxta regulā pluralis in.vj.⁊.l.inter illā.§.fi.de verb.sig.⁊.l.vbi numerus.ff.de testibus. Item nomināt personas precedētis gradus.Ex quibus cōiunguntur.⁊ deponūt de tēpore ante litē motā ita ꝙ videtur in attestationibus istoꝝ duorū testiū cōcurrere omnia que requirit tex.d.c.licet ex quadā.ꝓbata igitur cōsanguinitate dicti ser Petri et ꝓbata filiatione dicte Geneurie in cōsequentiā ꝓbari videtur ꝙ dicta Geneuria erat neptis consobrina dicti ser Andree ⁊ cōsequēter sibi attinebāt in quinto gradu agnationis. Coadiuuātur etiā dicte probationes q: plures testes deponunt ꝙ dictus ser Andreas pluries nominauit.⁊ dixit dictū ser Petrū esse suū fratrē cōsobrinū et dictā dominā Geneuriā esse suā neptem.⁊ ꝓfessio cōsanguinitatis videtur ꝙ probet cōsanguinitatē.l.fi.ff.de ꝓba.vbi assertio matris videtur ꝙ ꝓbet filiationē. et hoc videtur voluisse.d.Anto.in.d.c.trāsmisse.dicens ꝙ si pater nominat filiū ꝓbatur ex hac nominatione filiatio allegat not. per Bar.in.d.l.ꝙ senatus.§.idē per contrariū ad hoc.d.c.per tuas.de testibus.ita ꝙ saltē ex his duobus modis probādi dictā cōsanguinitatem resultare videtur legitima ꝓbatio dicte parentele saltem simul iūctis vt que nō prosunt singula multa iuuent.l.excusantur. in prin.cum cōcor.de excu.tuto. ¶†His tamē non ob.cōtrariam partē arbitror magis fore iuri cōsentaneā.cōstat eñ ꝙ non probatur dicta parētela dicte Geneurie p integras ꝓbationes sed adducuntur testes de auditu alieno ⁊ prout p̄misi probatio testiū de auditu nō est idonea etiā in factis antiquis nisi in factis antiquis in quibus nō cadit saltim facilis ꝓbatio per testes deponētes per sensum corporis cōcurrant fama ⁊ alia adminicula prout voluit Jo. and.in.d.c.licet ex quadā adducēdo.c.p̄terea.eo.titu.⁊.c.cum causam.de presump.ꝙ voluerūt ibi Jmo.⁊ Panor. ita ꝙ regulariter etiā in factis in quibus non cadit ꝓbatio per sensum corporis non sufficit ꝓbatio de auditu nisi in casibus in iure expressis etiā cōcurrentibus his de qbus in.d.c. licet ex quadā prout voluerūt Jmo.⁊ Panor.in.d.c.licet ex quadā.adeo ꝙ posset ꝓbabiliter attētari ꝙ licet ad probandū talē parentelā in causa matrimoniali prout qñ agitur ad dirimendū matrimoniū sufficiat hmōi probatio de auditu per dictū cañ.de parētela.⁊.d.c.series.⁊.d.c.licet ex quadā tamē aliud dicendū sit quādo agitur de probāda parentela ad extorquēdum hereditatē.⁊ bona a possessore cum non reperiatur iste casus expssus in iure quia hoc casu non loquūtur dicta iura maxime.d.c. series.⁊.d.c.licet ex quadā. Et sic attentari posset ꝙ in casu nostro nō sufficeret illa ꝓbatio:ꝙ et satis equū videretur attēto ꝙ agitur de probāda cōsanguinitate in gradu satis ꝓpinquo in quo ꝯm cōmuniter accidētia non est multū difficilis probatio. Nihilominus hoc omisso.et presupposito ꝙ termini.d.c. licet ex quadā militent etiā in nostris terminis prout videtur de mēte Bar.in.d.l.ij.§. idē labeo.de aqua plu.arcē.⁊ satis videtur de mēte doc.in.d.c. licet ex quadā.et facit generalitas.d.cañ. de parētela dico ꝙ nullus testis deposuit in hac causa ꝯm formā.d.c. licet ex quadam. quia nullus testis deponit ꝙ audiuerit ab antiquioribus suis vel a maioribus suis ꝓut requirit ille tex. in tertio requisito ex his que requirit in versi.nisi ⁊ in quarto requisito ex his que ponūtur.in versi.testes ⁊ glo.ibi super verbo suis intelligit de cōsanguineis. ⁊ rationē annectit.⁊ idē videtur ibi de mēte doct.Nullus aūt testiū deponit ꝙ audiuerit a cōsanguineis dicte dñe Geneurie vel dicti ser Petri aut ser Andree:⁊ maxime dicti Girardus ⁊ Nicolutius q magis artāt: item licet dicti duo testes deponāt ꝙ audiuerūt ab antiquis nō tñ deponūt ꝙ audiuerint ab antiquioribus poterāt eñ esse antiqui et nō antiquiores dicte dñe Geneurie aut dicti ser Andree aut ser Petri:nec est a ratione alienū ꝙ ista qualitas exigatur:nam verisimiliter antiquiores habēt melius notā veritatē q: poterit eis innotescere cōsanguinitas tp̄e natiuitatis ꝙ nō pōt innotescere minoribus vt de se patet cum igitur tex.regrat ꝙ audiuerint a senioribus suis:⁊ a maioribus vt dictū est:⁊ ista qualitas non appareat ꝓbata per ipsas attestationes nō videtur satisfactū dicte decretali requiritur etiā ꝙ testes deponāt de ꝓpria credulitate ipsius parētele de qua deponūt vt est expressum in.d.c. licet ex quadā. circa fi. ⁊ in.c.quotiēs.eo.ti. Et hoc minime reperio fuisse factū p aliquos ex dictis testibus:⁊ maxime per dictos Girardū et Nicolutiū. Itē requirit tex.d.c.licet ex quadam ꝙ deponentes se vidisse personas constitutas saltē in vno gradu cōsanguinitatis se habere pro consanguineis ꝙ minime deposuerunt dicti testes maxime Girardus Nicolutius qui videntur magis astringere ad probandū parentes dictorum ser Andree ⁊ ser Petri alij autem testes deficiunt etiam in alijs quia nullū aliū reperio qui dicat se audiuisse a pluribus. et nō nominant psonas precedentiū graduū itaqꝫ ex his apparet qđ nullū habemus testē qui legitime deponat de parentela dicte dñe Geneurie ꝯm ea que requirūtur in.d.c. licet ex quadā immo oēs in multis deficiūt adeo ꝙ nō probaꝛ per testimonia de auditu parētele inter ser Andreā ⁊ Geneuriā ꝙ dictā parētelā audiuerint a pluribus senioribus seu maioribus suis. et nullus nominat personas precedentiū graduū cōsanguinitatis et nō iurāt se credere ita esse: nec etiā probatur parētela dictoꝝ ser Petri ⁊ ser Andree per rationes.s̄.adductas ⁊ dato ꝙ ꝓbaretur dicta parētela inter ser Petrum ⁊ ser Andreā quia seruata essent ea de quibus in.d.c. licet ex quadā si principaliter ageret de parētela dicti ser Petri ⁊ ser Andree: tñ non esset expeditū ꝙ cōiungeretur dicta ꝓbatio parētele dictoꝝ ser Petri ⁊ ser Andree que est minus integra probatio ex quo per testimonia de auditu cum alia ꝓbatione facta ꝙ dicta Geneuria fuerit filia dicti ser Petri cum ⁊ illa sit minus integra ꝓbatio filiationis cum nō cōcludat necessario sed presumptiue vt de se patet.⁊.s̄.deductū est.† Et licet qñ ꝓbationes diuerse fiunt de partibus que simul iūcte ꝓbent vnū totū cōiungātur si quelibet pars probaꝛ per integras ꝓbationes de visu prout voluerūt Jo.an.do. Anto.Jmo.⁊ Panor.in.d.c.licet ex quadā dicentes ꝙ ita ꝓcedat opi Jo.recitata ibi p gl.que incipit sed nūquid Gof.ibi ⁊ Philip. et Jnno.in.d.c.series volentiū ꝙ sufficit ꝙ duo testes ꝓbent parētelam ex vno latere et duo ex alio latere.Tamē secus videꝛ quādo ꝓbationes minus integre ꝓbāt separatim ipsas partes que simul iuncte inferūt in totū:quia licet sint tales que si facta fuissent circa totū illud ꝓbarent:tñ facte circa partes nō cōiungūtur ad probādum illud totū prout volūt.d.glo.sed nūquid.in fi.⁊ Bar.brixiē.in d.cañ.sed nūquid quā sequūtur ibi Jo.an.⁊ Panor. qui ita cōcor. opi.cōtrarias de qbus in.d.glo.in ꝓposito aūt sunt ꝓbationes minus integre vt deduxi:ideo nō cōiungātur ⁊ ex his apparet ꝙ nō ꝓbatur dicta cōsanguinitas p testes qui deponūt de auditu alieno omitto ꝙ tex.d.c.licet.requirit ꝙ sint psone graues et hoc non deducitur in attestationibus aliquoꝝ immo pro parte dñe Pere sunt ꝓducti testes sup vilitate testiū dñe Geneurie quoꝝ dicta nō curaui multū pscrutari qm̄ ex alio dicti testes nō probāt:vt.s̄.aperte demōstratū est.† Nec habet obstare ꝙ multi testes deponunt ꝙ audiuerūt a ser Andrea ꝙ dicta Geneuria erat eius neptis consobrina ⁊ alij ꝙ audiuerunt ab eo ꝙ dictus ser Petrus erat eius frater cōsobrinus q: rñdetur ꝙ dicti testes nō probāt q: sunt singulares.⁊ testibus singularibus nō crediꝛ.l.iurisiurādi.C.de testibus.c. tam literis.extra.eo.ti.c.cū dilecti.de elec.⁊ de ꝓba.c.licet causam. et dicit Bal.in.l.edicto.C.de edicto diui.qđ nō solum testes singulares sed etiam illi qui possunt esse singulares ⁊ nō singulares non probāt allegat no.per Bar.in.l.celsus.ff.de testibus. Ex quo ergo actus ille fuerit pluries reiteratus a dicto ser Andrea ⁊ erat reiterabilis si plures audiuerūt ⁊ nō apparet ꝙ simul audiuerint cōstat ꝙ potuerunt esse singulares merito ⁊c.Tamen ex attestationibus singuloꝝ quasi omniū apparet ex alio de singularitate si accurate perscrutabitur licet nō multū curiose pscrutauerim qm̄ visum fuit nō expedire.nam sunt alia fundamēta satis clara.† Nam dato qđ essent cōtestes in ꝓbādo ꝙ dictus ser Andreas dixit ꝙ Geneuria erat eius neptis cōsobrina nō tñ ex hoc quicquid ꝓbant:q: asseueratio ꝙ talis est neptis nō probat eam neptē:vt.l.nō nudis.⁊.l. nō epistolis.C.de ꝓba.⁊.l.neqꝫ professio.C.de testa.⁊ no.ibi Ange.et Rapha.post glo.licet Bal.ibi aliter in asseueratione emissa in epistola videatur loqui.Tamē distinguendū est ꝓut distinguūt Bar. in.d.l.ꝙ senatus.§.item per cōtrariū.de li.agno.⁊.d.Anto.in.d.c. trāsmisse.qđ aut nominat quis filiū in actu ꝓportionabili filio puta in exheredatione ⁊ ꝓbatur filiatio aut in actu indifferēti vel simpliciter nō in aliquo actu ⁊ non ꝓbat ꝯm eos ⁊ theoricā Bar.sequitur etiā Jmo.in.d.c.p tuas.ista aūt noīatio nō fuit facta in aliquo actu proportionabili attinēti magis quā alteri vt de se est notū ex inspectione attestationū.† Sed dicet aliquis iste asseuerationes quas fecit dictus ser Andreas fecit principaliter ꝓpter se non incidenter ꝓpter aliud ex quo simpl'r dicebat questa e mia nepote ita qđ dicta verba nō pferebat ꝓpter aliud sed solū ad demōstrationē cōsanguinitatis: ideo cōstituerūt in quasi possessione cōsanguinitatis nam datur ista quasi possessio ꝯsanguinitatis ꝓut quasi possessio filiationis ꝓut voluit gl.in.d.l.nō nudis.quā diligēter notāt ibi Ang.⁊ Raph.idē tenētes Bar.aūt in.d.l.ꝙ senatus.§.idē per cōtrariū dicit:ꝙ cōfessio filiationis principaliter facta ꝓpter se cōstituit nominatū filiū in quasi possessione filiationis ita ꝙ trāffert onus ꝓbandi in negantē eum filiū ꝯm eum ꝙ ⁊ tenet Jmo.eū referens.in.d.c.per tuas. Joānes aūt Angeli videtur id ꝓbare ꝙ principaliter ꝓpter se ita illam asserebat neptē ser Andreas ⁊ similiter Clarutia q: ad interrogationē ipsius isti quidē euidēter sunt inter se singulares vt apertissime patet ratione loci ⁊ tp̄is ⁊ etiā ratione aliarū circūstantiarū:item ex dicto p̄fati Joannis nō ꝓbatur ꝙ nominaret illā neptē principaliter ꝓpter se licet eñ deponat ꝙ diceret eam neptē nō deponit qualiter diceret: nam poterat incidēter illā dicere neptē ⁊ verificareꝛ dicta depositio ita ꝙ nō ꝓbaꝛ ꝙ principaliter ⁊c.ar.c.in psentia.de ꝓba.⁊.l.nō hoc.C.vñ leg.cum si.Itē dictus Joannes dicit ꝙ dicebat neptē sed ⁊ neptis cugina ⁊ vlterior solet dici neptis merito ⁊c.item Bal.alius testis nō probat qđ principaliter sed ꝙ appellabat neptē:ideo nō releuat neptē.similiter Gaudētius nō deponit ꝙ dictus ser Andreas dixerit principaliter ꝓpter se ꝙ vxor dicti ser Nicolai erat eius neptis consobrina.

Ideo nõ probat: item est singularis non cõtestis cum alijs supradi
ctis vt patet ex tempore. ⁊ ex cõtestibus alios nõ reperio qui depo
nant dictum ser Andream dixisse quod dicta Geneuria esset eius
neptis. sunt tamen alij testes deponentes qd̕ dicebat ꝙ sibi attine
bat seu ꝙ erat sibi parẽte loquendo in vulgari nõ nominando gra
dum parentele. dicta autem verba poterãt verificari etiã in gradu
nõ successibili cum vsq; ad decimũ gradũ transuersales succedant
insti. de succes. cogna. §. fi. ⁊ ff. vnde cogna. l. j. §. hoc autẽ. ⁊ no. in. l.
certum. C. eo. ti. Item dicta verba adaptantur ⁊ cõueniunt etiam
affinibus. ⁊ iure affinitatis non defertur successio. l. affinitatis. ⁊. l.
10 victrico. C. cõmunia de succes. ita ꝙ nihil probãt. † Laborant etiã
alijs morbis prout ceteri. Sunt autem quidã testes qui deponunt
qd̕ ser Andreas dicebat ser Petrũ etiam eius fratrem consobrinũ
prout est Nicolutius Petruspaulus Joannes et Alegrutius qui
omnes videntur cõtestes in loco ⁊ tempore tamẽ Joannes ⁊ Ale-
grutius solũ dicunt ꝙ dictus ser Andreas confabulando dixit qd̕
ser Petrus erat eius frater cõsobrinus non dicunt ꝙ illud dixerit
principaliter ⁊ propter se. et idem potest dici in attestatione Nico-
lutij qui deponit ꝙ ipse audiuit a ser Andrea qualiter ser Petrus
erat eius frater consobrinus Petruspaulus autem deponit qd̕ ser
Andreas cõfitebatur se esse fratrem cõsobrinum dicti ser Petri. ⁊
ꝙ pater dicti ser Andree ⁊ mater dicti ser Petri erant frater ⁊ so-
ror carnales. que verba videntur indicare ꝙ illud dixerit principa
liter propter se: tamen est solus. ⁊ etiam non necessario id cõcludi-
tur. ⁊ insuper isti non deponunt de consanguinitate dicte domine
Geneurie ⁊ nõ reddunt probationẽ integram: ideo non videntur
cõiungendi cum alia probatione minus integra ẜm theoricam. s.
traditã: item dicta asseueratio nõ emanauit presente parte. cõfes-
sio autem presente parte facta non inducit probationẽ. l. certũ. §. si
quis absente. ff. de pba. ⁊. l. fi. ff. de interrog. act. Item nõ est verisi-
mile ꝙ Bar. loquatur de asseueratione que fit cõfabulando vbi ad
nullum effectũ agitur de parentela. Nam multa dicuntur confabu
lando gratia adulationis vel simili causa iuxta ea que habẽtur in
l. diuus. ff. de mili. testa. ⁊ in. l. fi. ff. de testamentis. Et maxime circa
parentelã transuersalẽ in quarto vel quinto gradu: cum talis asse-
ueratio nõ habeat in aliquo preiudicare asseueranti. Bar. autem
loquitur in filiatione: filiationis autẽ probatio potest preiudicare
quia pater artatur filios alimentare: vt in. l. j. ⁊ per totum. ff. de lib.
agno. ⁊ filias maritare. l. obligamur. §. lege. ff. de act. ⁊ obli. ⁊. l. fi. C.
de dotis promi. ⁊. l. qui liberos. C. de ritu nup. Item tenetur filios
instituere vel exheredare. l. inter cetera. ff. de heredi. insti. ita ꝙ nõ
ita de facili diligens homo nominabit quem filiũ vel filiã prout no
minabit fratrem consobrinũ vel neptem cõsobrinam: ita ꝙ ex istis
satis clare cõcludendum est ꝙ dicta nominatio nõ probat dictam
11 parentelam. † Et si quis instando dixerit ꝙ dicta nominatio licet
non probet de per se ostendere videtur rei veritatẽ cui iudex debet
plurimũ applicare animũ iuxta canonẽ iudicantem. xxxv. q. v. et. l.
ij. C. de eden. ⁊. l. si eum. in prin. ff. si quis cau. cum concor. ibi addu-
ctis. in glo. ideo satis iuuet ⁊ coadiuuet alias probationes ita vt si
nõ probant singula multa iuuent prout ⁊ dixi. s. respõdeo ꝙ sunt
alij testes qui probant ꝙ dictus ser Andreas dicebat ꝙ non habe-
bat alios attinentes quã ser Vodeũ ⁊ fratrem alij qui dicebant qd̕
illi erant proximiores quorũ attestationes cõtrariantur predictis
attestationibus: nam profitebatur ser Andreas illum esse fratrem
Cuginũ si itaq; ser Petrus cõsobrinus ⁊ dña Geneuria neptis cõ-
sobrina isti ambo fuissent in proximiori gradu itaq; non esset verũ
qd̕ ille non habuisset alios attinentes nec ꝙ non habuisset proxi-
miorem itaq; istis asseuerationibus tanꝗ aduersantibus non de-
tur fides. Cõcludo itaq; ꝙ non est probata legitime parentela di-
cte dñe Geneurie similiter non est probata parentela ser Vodei et
Joãnis quia ea que. s. adducta sunt cõtra depositiones facta pro
parte domine Geneurie possunt adduci contra illas depositiones
factas pro parte dictorum ser Vodei et Joannis: ⁊ magis aperte:
ideo super illis non insisto. et maxime attento eo qd̕ in principio
premisi. Ex quibus infertur qd̕ partes habentiũ de iure iudicare
habent esse in absoluendo dictam peram a petitis. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. lxxix.

☞ Pactum ꝙ liceat creditori vendere hypotecam lapso termi-
no ad subhastationem an valeat ⁊ que requirantur vt debitor pri
uetur rebus suis. per totum.
1 Consilijs decisiuis sententie iuriũ ⁊ rationum debent esse breues.
Judicis prudentis causam in sua sententia non exprimere quare
ad sententiandum moueatur.
2 Actio prescriptis verbis oritur ex cõtractu vel pacto vestito cohe
rentia contractus etiam cõditionalis. nu. seq. ⁊. 4.
3 Venditio ad mensuram facta censetur esse conditionalis. nu. 11.
4 Periculũ rei vẽdite ad mensurã est vẽditoris ante mensurationẽ.
5 Seruienti aut nũcio an ⁊ quando credatur in relatione sui officij.
nu. seq. ⁊ alijs citra officium. nu. 7. ⁊. 9.
6 Adiornatus seu citatus extra territorium sola seruientis relatio-
ne non dicitur legitime citatus.
7 Seruienti aut nuncio referenti sibi illatam iniuriam a parte non
creditur. Idem si referat ꝙ citatus dixit se nolle venire.
8 Obligari sibijpsi nemo potest.
9 Testi non creditur in his que pertinent ad iudiciũ intellectus.
10 Venditio seu emptio ratione incertitudinis vitiatur.
11 Conditione non eueniente actus cõditionalis factus censetur po
tius non factus ꝗ vtiliter factus.
12 Aliena res an ⁊ quando possit vendi.
13 Illicita non veniunt in generali locutione.
14 Socius vendens aliquid non facta mentione expressa societatis
in dubio censetur vendere suum ⁊ non cõmune.
15 Societas est cõtractus qui solo consensu contrahitur.
16 Prefatione deprehenditur mens disponentium ⁊ sequẽtia inter-
pretantur.
17 Generalia verba ⁊ sequẽtia debent ad terminos premissos adapta
ri seu restringi.
18 Socius si aliqua emat nomine proprio durãte societate que cõmu
nicare debeat.
19 Protestatio volentis aliquid tradere non releuat si nõ probetur
ꝙ ibi fuerit in promptu oleum tradendum.
Mora vt nõ possit imputari presentia creditoris scz ꝙ absens nõ
fuerit eo die solutionis destinate debet probari mora vt imputari
non possit mora ei quem dies pro homine interpellat.

¶ Consilium. lxxix.

In nomine dñi nostri Jesu

1 christi. ¶ † Viso processu agitato coram arbitris inter
Dionysium de carpanis de Mediolano et magistrum
Joannem eius procuratorem ex vna parte agentem. et ser Aloui-
sium de tanollis ex altera reum cõuentum. ⁊ prius intẽtato. ⁊ agi-
tato coram ordinario loci ad me transmisso per dictos arbitros. ⁊
diligẽter discussis meritis ipsius cause quatenus ex actis apparẽt
et ipsis actis ⁊ scripturis ad me transmissis diligenter trutinatis:
quia in cõsilijs decisiuis maiores nostri instruunt vt reddantur bre
uiter sine iurium et rationũ allegationibus vt no. Specu. in ti. de
consilij requi. versi. porro. ⁊ in titu. de allega. ⁊ dispu. §. porro versi.
in summa. et ita vidi etiã temporibus nostris a plerisq; obseruari:
ideo nõ omnino spernens maiorum auctoritatẽ soleo breuius ince
dere quã in alijs cõsilijs non decisiuis. Quãdo enim iudex cogere-
tur sequi consilium sapientis prudens ⁊ cautũ consilium foret non
exprimere causam quare mouetur ad consiliũ reddendũ prout pru
denter facit iudex causam in sentẽtia nõ exprimere. d. c. sicut. et ibi
per Jo. and. ⁊ Panor. ⁊ per Panor. cõsi. ij. ⁊ per Specu. in titu. de
senten. ⁊ re iudi. §. qualiter versi. verũ. Tamen vbi iudex vel arbitri
sequi nõ artantur nõ minus cautũ censeo rationes substãtiales in
cõsilio annecti vt sic habens iudicare non tantũ auctoritate consu
lentis in cuius auctoritate cõfidit quã etiam iuribus ⁊ rationibus
adductis moueatur ad talem ferendam sententiã qualis cõsulenti
2 videtur iuri cõsentanea. † In presenti itaq; cõsultatione nõ aliter
arguendo ad partes eius sum sententie ꝙ dictus ser Alouisius ve
niat absoluendus a petitione dicti Dionysij moueor ex pluribus
ad que ostendendũ premitto: ꝙ nõ agitur ad precium conuentum
vigore vẽditionis predicte quia petit libras. xxiiij. cõputatis duo-
bus ducatis habitis pro interesse olei vẽditi pro minori ꝑcio quã
fuerit preciũ inter eos cõuentũ itaq; fundamentũ huius petitio-
nis est sup pacto apposito in ipsa vẽditione ꝙ fuit vt si nõ soluere-
tur preciũ tempore cõuento liceret dicto Dionysio vẽdere dictum
oleum ⁊ si quid minus perciperet foret damno et periculo dicti ser
Alouisij hoc est ser Alouisius tenetur resarcire quantitatẽ que mi
nus haberetur ex dicta venditione que postea fieret de dicto oleo
itaq; intẽtata fuit actio ꝑscriptis verbis que oritur ex pacto vesti-
to coherentia cõtractus. l. ij. C. de pac. inter emp. et ven. ⁊. l. in bone
fidei. ⁊. l. petẽs. C. de pac. ⁊. l. si cõuenerit. ff. de rescin. vendi. ⁊. l. iuris-
gentium. §. quinimmo. de pac. Et si essemus in emptione puta po
tuisset censeri intẽtata actio ex vẽdito informata per pactũ prout
3 habetur in dictis iuribus. † Tamẽ quãdo aliquid vẽditur ad men
suram vẽditio censetur cõditionalis. l. ꝙ sepe. §. in his. ff. de cõtra-
hen. ⁊ ibi Bar. Bal. Rapha. fulg. ⁊ ceteri. ⁊ Bar. l. iulianus. §. si ti-
tius. de act. emp. Et in cõsi. cxcix. ẜm ordinem perusinũ incip. Pe-
trus vẽdidit. ⁊ in cõsi. lxxj. ẜm ordinẽ prefatũ incip. quidã Petrus
et in sua tyberiadi in tractatu de insula super vltima figura ⁊ Bal.
4 in. d. l. si cõuenit. C. de pericu. ⁊ cõ. rei vendi. ⁊. l. j. eo. ti. † Et pericu
lum vini venditi pertinet ad venditorẽ ante mensurationẽ vel tra
ditionem factã. d. l. si cõuenit. ⁊. l. j. in prin. ⁊. §. si vina. ff. eo. ti. ⁊ hoc
nisi fuerit in mora mensurãdi. d. l. si cõuenit: cum itaq; dicta vendi
tio fuerit cõditionalis cõditione nõ purificata non oritur actio. l.
cedere diẽ. de ver. sig. l. sub cõditione. ⁊. l. ꝙ si ea. in fi. ff. de cõdi. inde.
itaq; actio non orta non põt informari quia nõ entium nulle sunt
cause inquit phylosophus ꝓbatur in. l. ij. ff. de vsuf. in. l. eius qui in
prouinciã. ver. post adimẽ. ff. si cer. pe. l. adeo. §. ꝙ si toto. ff. de acq.
re. do. Licet aũt nõ informetur actio. Tamẽ pactũ ꝓducit actionẽ
ꝑscrip. verbis q̄ vestitur coherẽtia cõtractus cõditionalis no. glo.
Bal. ⁊ doc. in. l. pacta cõuenta. ff. de cõtrahen. emp. doct. in. l. lecta.
si cer. peta.

si cer.peta.in.d.l.in bone fidei.d.l.petēs.⁊.§.quinimmo.Nec possu
mus dicere qd steterit per dictū ser Alouisium quominus mēsura
retur.⁊ per cōsequens censeatur impleta cōditio.l.iure ciuili.ff.de
cōdi.⁊ demōstra.⁊.l.iure ciuili.ff.de regu.iur.⁊.d.l.si cōuenit.C.de
pericu.⁊ cōmo.rei vendi.Quia nō reperio ꝙ vnꝗ fuerit interpella
tus dictus ser Alouisius ꝙ mensuraret dictū vinū: ideo non stetit
5 per eum quominus mēsuraretur ꝙ ⁊.j.clarius subijciam.¶ † Hoc
premisso est videndū an dictus Dionysius possit niti ex dicto pa
cto.⁊ profecto cōstat ꝙ ad fundandā suā intētionē oportet docere
qd ipse vendiderit dictū vinū et minus precij cōsecutus fuerit quā
ex precio cōuento in dicta venditione facta dicto ser Alouisio sed
hoc nullatenus est probatū vt deducam merito deficit in salutari
suo qd non sit probatū ostenditur nititur dictus Dionysius ⁊ ma
gister Joannes eius procurator et socius ex vēditione que ad subha
stationem facta dicitur cuidā Antonio grosso que probatio est defe
ctiua in pluribus nō enim probatur nisi relatio nūcij extraiudiciali
ter facta absqz iuramento: vnde dictū vnius dictū nullius.l.iurisiu
randi.C.de testi.⁊.c.tam literis.extra.eo.ti.cum multis si. Et licet
credatur nuncio exercenti officiū publicū in cōmissis suo officio.c.
cum parati.de appel.⁊.l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eorū.⁊ in
extrauagā. ad reprimenda in verbo per nunciū.⁊ ibi per Bar.l.ij.
C.de sponsu.et ibi per Bal.per Specu. in ti.de citatione.§.sequi
tur versi.vtrū autē citatus.⁊ doct.in.c.qm̄ cōtra falsam.de proba.⁊
in cle.si ante.de dolo et cōtu.⁊ Bar.in.l.palatinos.C.de colla.fun.
fisci.lib.xj.Tamē nō creditur in his que nō pertinent ad eius offi
cium:nō enim creditur sibi de sua cōmissione prout voluit Jo.an.
in addi.Spe.in.d.§.sequitur versi.sed nūquid creditur soli nuncio
ad finem glo.magne.⁊ Ange.in repe.l.sciendū.de verb.obli.versi.
iij.qui nūcius.vbi dicit idem velle Cy.in.l.ea quidē.C.de accusa.et
hoc ipse firmat per.d.l.palatinos.et per.l.missi opinatores.C.de
exac.tri.lib.xj.⁊.l.vnicam.C.de man.princi.⁊ in aut.de man.prin
cipum.§.si quis autem cum tale.⁊ ibi per Azo. ſm eum ꝙ et tenet
Jmo.in.d.c.qm̄ cōtra falsam.ꝙ videtur tenendū quādo ageretur
de nō leui preiudicio put sentit Panor.in.c.j.de iudicijs.in penul.
char.secus volens vbi agitur de leui preiudicio.et ita procedat qd
volunt Gui.in.l.ad peremptorium.ff.de iudi.⁊ do.Anto.in.c.qm̄
6 cōtra falsam.† Hinc etiā infertur ꝙ nō creditur citanti extra terri
torium prout vult Bar.in.d.extraua.in verbo per nūciū.et in.d.l.
7 palatinos † hinc etiam infertur ꝙ nō creditur nūcio referenti sibi
illatam iniuriā a parte prout voluit Jo.and.in.d.versi.sed nunqd
dicta addi.⁊ do.Anto.⁊ Jmo.in.d.c.cum parati.immo plusvolūt
Jo.and.in.d.addi.⁊ in titu.de contuma.§.j.in magna addi.et do.
Anto.⁊ Jmo.in.d.c.cum parati.⁊ Jmo.in clemē.si ante.de dolo ⁊
cōtuma.colū.xiiij. Quod non credatur nūcio referenti qd citatus
dixit se nolle venire quia creditur nuncio de facto suo ꝙ spectat ad
eius officiū non de facto partis ſm eos ⁊ facit tex.in.c.venerabili
bus.§.secus.de sen.excō.lib.vj.iuncta glo. in verbo in iudicio licet
plerīqz contra ea ratione quia censetur etiam cōmissum qd referat
verba partis tendentia ad cōparationem vel contumaciā propter
quas fit citatio vt per glo.⁊ Bar.in.l.ex consensu.§.fi.de re iudi.et
Bar.in.l.fi.de in integ.resti.et per flor.in.d.cle.si ante.x.colum.de
quo etiam per Jmo.in.l.si finita.§.iulia.de dam.infec. et Panor.
8 in.d.c.cum parati.penul.col.† Concordant autem prefati doct.in
rationibus per eum adductis qd licet credatur in cōmissis officio
nuncij.et nō in alijs sed discordant vtrum censeatur hoc cōmissum
necne: ad propositum nostrū applicando nō pertinet ad officium
nūcij publici facere actus extra iudiciales puta vēditiones ⁊ hmōi
ad instantiā partis:ideo nō debet ei credi in preiudiciū tertij:ideo
in casu nostro nō credatur in quo nihil apparet nec de cōmissione
sed in hoc nō facio vim nec de gestis per eum. Nec de promissione
facta per Antoniū grossum nec ꝙ alij nō promiserint nisi per solā
relationē nuncij sine cōmissione ⁊ cōsensu iudicis facta nūcij solent
ex publico deputari ad facienda negotia sibi per iudices cōmissa:
nam ad expediēda negotia extraiudicialia a priuatis cōmissi:ideo
circa hoc ei nō creditur in preiudiciū Antonij grossi nec in preiu
dicium ser Alouisij. Et maxime quia Antonius grossus productus
in testem per dictū Dionysium seu magistrū Joannē deponit qd
ipse non emit dictū oleum. ⁊ ꝙ sibi non fuit stabilitū. Item depo
nit ꝙ posuit dictū oleum ad nouē solidos cum dimidio pro libra
nomine dicti magistri Joannis vnde nō animo emendi: vnde nō
immerito dictus magister Joannes in responsione articulis dicti
ser Alouisij dixit qd credebat dictam assertam deliberationē factā
Antonio grosso fuisse simulatā:⁊ fictitiam et licet ipse postea que
relauerit ꝙ nō ita dixerit. Tamen sibi nō creditur sed publico no
tario per iura vulgaria. ⁊ insuper ipse subdit ꝙ dixit ꝙ Antonius
grossus incantauit nomine ipsius magistri Joannis si ergo incan
tauit intelligo.i.ad incantum promisit nomine magistri Joannis
ergo magister Joannes promisit ad incantū quia qui per alium fa
cit per se facere videtur vt in regula qui per aliū in.vj.cum concor.
ergo nō fuit facta deliberatio dicto Antonio grosso sed ipsi magi
stro Joanni.⁊ sic magister Joannes fuisset emptor et venditor rei
sue que nihil est cum quilibet cōtractus habeat fieri inter duos.l.j.

§.j.ff.de pac.⁊ rei sue nō valet emptio.l.sue rei.⁊.l.si in emptione.
§.sue rei.ff.de cōtrahē.emp.⁊.l.cum res.C.eo.titu. nec potest quis
sibijpsi obligare.l.frater a fratre.de cōdi.inde.l.debitori.C.de pac.
l.vrānius.de fideius.cum simili.ita ꝙ etiam stante vera sua querela
9 responsio sua sibi preiudicat.† Insuper licet ille Antonius grossus
promisisset plus alijs quid cōstat ꝙ fuerit cum eo conclusum:quid
obstabat ꝙ non potuisset fieri aliud bannimentū.⁊ alius potuisset
plus promittere: prout non fuit stabilitum in primo ⁊ in secundo
ita potuit nō stabiliri in tertio si aliter nō fuit expressum in banni
mentis de quo nihil apparet. Et licet nuncius dixerit. et sic rema
net dicto Antonio tanꝗ plus offerēti sunt verba de presenti illa
tiue prolata de eo ꝙ tunc non gerebatur.et hoc non pertinebat ad
eius officium.s.indicare de hoc vtrū ex hoc resultet emptio ⁊ ven
ditio quādo creditur nuncio ipse stat tanꝗ testis non tanꝗ index
testi autē non creditur de his que pertinent ad iudiciū intellectus
vt no. Jnno.⁊ docto.in.c.cum causamqz.extra.de testi.⁊ doct. in.l.
10 testiū.⁊.l.solam.C.eo.ti.⁊ in.l.qui testamento.§.fi.ff. de testa.† Ex
his luce clarius ostenditur qd de venditione aliqua facta Anto
nio grosso nullatenus apparet legitime. ⁊ insuper dato ꝙ appare
ret legitime per publica documenta qd illa subhastatio fuisset fa
cta ⁊ perfecta venditio ſm tenorem subhastationis. Nihilominus
nihil esset legitime probatum ex pluribus: et maxime quia nō fuit
aliquid certum deductū in subhastatione solum autē dictum fuit
qd subhastabatur certa quātitas olei quā habebat in domibus.d.
magister Joannes occasione domine ⁊c. et hoc in prima subhasta
tione in secunda similiter dicitur certa quātitas olei domine ⁊c. in
tertia dicitur lolio de maestro Siouani sta a.ix. solde e mezzo ⁊c.
Non fuit expressa quātitas olei nisi forte per relationem ad oleum
qd habebat domi. Sed nihil docetur ꝙ tempore subhastationis
haberet domi merito illa vēditio nihil est ex quo nō apparet quid
fuerit venditum:nam ratione incertitudinis vitiatur.l. cum post.
§.genere.ff.de iure dot.⁊.l.si merces.in prin.ff.loca.insti.de emp.⁊
vēdi.§.precium.⁊.l.duo sunt titij.de testa.tu.cum similibus. Licet
autem nōnulli testes deponāt de oleo qd habebat dictus magister
Joannes in domo : non autem deponunt de tempore maxime de
tempore dicte subhastationis prout probandum erat per no. per
glo.et doc.in.l.eum actum.ff.de nego.gest.in.l.ij.C.de peti.heredi.
per Bar.et doct.in.l.non solū.§.sed vt probari.ff.de noui ope.nū.
et per Jmo.post Barto.in.l.is qui reus.de publi.iudi. Nec obst.si
quis diceret qd in secunda subhastatione refertur ad oleum diffe
rentie que erat inter dictum magistrū Joannem ⁊ dictū ser Aloui
sium : nam non dixit subhastto oleum de quo est differentia sed
dixit certam quātitatem olei nomine.que verba non includunt qd
tota quantitas olei de quo est differentia veniat in subhastatione:
sed ꝙ aliqua quantitas dicti olei : vnde ex hoc non redditur certa
quātitas in subhastatione deducta.⁊ licet illa verba adijciantur in
secundo bannimento nō in primo vel in tertio ita ꝙ etiam ex hoc
11 capite ille subhastationes vitiantur.† Quod ⁊ tertio vitiantur ex
alio quia dicte subhastationes ⁊ stabilitio si facta fuisset fuerunt fa
cte ad mensurā. vnde ipsa venditio que resultasset ex dictis subha
stationibus.⁊ stabilimēto fuisset cōditionalis per.d.l.ꝙ sepe.§. in
his.⁊ vt.s. latius dictum est sed conditio illa nunꝗ fuit purificata
ergo venditio censetur nō facta quia actus sub conditione factus
non eueniente cōditione censetur potius nō factus quam inutili
ter factus.l.j.in princi.ff.de regu.cato.Si etiam censeretur factus
sed inutiliter similiter non releuaret. argu.l.iiij.§. condemnatum.
de re iudi.⁊.l.annulo.C.de ferijs.⁊ clemen.pastoralis. de re iudi.et
12 l.diuus.ff.de mili.testa.† Quarto ex alio dicta asserta venditio fa
cta dicto Antonio grosso non iuuat dictum Dionysium:quoniā
fuit facta per magistrū Joannem simpliciter.⁊ de oleo dicti magi
stri Joannis.et vēditio facta ser Alouisio fuit per Dionysium no
mine suo. ⁊ per pactum fuit permissum qd dictus Dionysius ven
deret dictum oleum:non autem fuit permissum qd illud venderet
magister Joānes.⁊ verisimiliter videtur actum ꝙ Dionysius ven
deret suū oleum nō ꝙ venderet alienū attento ꝙ licet possit vendi
res aliena.l.rem alienā.ff.de cōtrahen. Tamen nō licite venditur
scienter.l.ciuili.l.alienum.⁊.l.si seruum.C.de fur.l.j.⁊.l.sciens.C.de
13 vsuca.pro emp.l.ij.C. pro donato.† nec censetur in generali locu
tione intellectum de re illicita.l. si procurator. versicu.celsus.ff. de
condi.inde.⁊.c.fi.de offi.vica.lib.vj.⁊ regula in generali in.vj.itaqz
si magister Joannes vendidit suum nil ad rumbum non concludit
14 ad implementum dicti pacti.† Nec ob. si dicatur magister Joan
nes et dictus Dionysius erant socij. et dictum oleum erat cōmu
ne: vnde et prima venditio spectabat cōmuniter ad vtrunqz et se
cunda similiter respondetur quod nulla venditio apparet facta
pro societate saltem prima facta per dictum Dionysium dicto ser
Alouisio:nam illa fuit facta simpliciter.⁊ per consequens nomine
proprio.l.⁊ magis.ff.de fideius.l.papinianus.ff.mandati. nec con
stat qd facta fuerit de re pertinente ad societatem:quia non erant
socij omnium bonorum sed erant lucri. et questus mercimonia
lis vt patet ex tenore instrumenti mandati de societate facientis
mentionem : nam fuit societas pannorum mercium et similium

mercantiarũ: nõ ergo veniebat vigore dicte societatis cõmunicandum si ꝙ oleum fuisset donatũ dicto Dionysio vel dicto magistro Joanni.l.iij.§.j.⁊.ij.⁊.l.nec adiecit cum.ll.seq.ff.pro socio iuncta.l.coiri.eo.ti.ita ꝙ si vendidisset oleum donatũ vel legatũ nihil attinebat dicte societati ⁊ pari ratione nihil pertinebat ad dictã societatem si habuisset oleũ recollectũ de suis possessionibus. ⁊ in cõsequentiã si illud vẽdidisset nil ad societatẽ per dicta iura cum itaqꝫ non appareat: ꝙ oleũ venditũ per dictũ Dionysiũ spectauerit ad societatẽ nec fuerit nomine societatis venditũ quid ad propositũ si magister Joannes vendidit simpliciter oleum suũ vel oleũ societatis sunt res separate de vno ad alterũ non infertur.ar.l.fi.de calũ.⁊ l.si maritus.C.de dona.inter virũ ⁊ vxo.⁊.l.naturaliter.§.nihil cõmune.ff.de acqui.pos.

15 † Item amplius non reperio probatã dictã societatẽ nisi forte per instrumentũ factũ inter eos sup mãdato qd inuicẽ sibi cõcedũt ratione societatis in quo fit mẽtio de societate contracta ⁊ eius qualitate. Et quia societas est cõtractus qui solo cõsensu contrahitur.l.cõsensu.ff.de act.⁊ obli.⁊ insti.de obli.que ex cõsensu.⁊.ff.pro socio.l.j. satis probatur ꝙ saltẽ tunc fuit inter eos societas tñ illud instrumentũ fuit celebratũ de mense Decembris. M.cccclxxiij.⁊ vẽditio Dionysij fuit ꝯtracta de mẽse Julij eiusdẽ millesimi prout patet ex scripta ⁊ instrumẽto superinde confectis itaqꝫ nõ apparet ex his que vidi ꝙ tempore dicte vẽditionis foret aliqua societas inter Dionysiũ.⁊ magistrum Joannẽ ⁊ paria sunt non esse ⁊ nõ apparere.l.cum res.§.itaqꝫ.de leg.j.l.si fuerit. de reb.dub.l.in lege.ff.de cõtrahen.emp.l. duo sunt titij.ff. de testa. tuto. ideo nõ apparente ꝙ tunc temporis esset societas inter predictos restat ꝙ dicta vẽditio facta per Dionysiũ non põt censeri facta nomine societatis predicte que tunc forte nõ erat ex quo ꝙ fuerit nõ apparet vt dixi.ideo venditio postea facta per dictum magistrum Joannẽ siue nomine societatis siue nomine ꝓprio ipsius magistri Joannis non obligat dictũ ser Alouisiũ qui non cõuenit ꝙ liceret cuilibet seu magistro Joanni vendere oleum suũ vel cõmune periculo dicti ser Alouisij. Sed liceret dicto Dionysio dictũ oleũ sibi venditũ vendere periculo ipsius ser Alouisij.

10 ditur ab intestato. ¶ †Circa secundum est querendū ad quos eius bona aduentitia deuoluantur. Et profecto de iure cōmuni deuoluerentur ad filias in aut.de here.que ab intesta.§.j.⁊ in aut.in successione.C.de suis ⁊ legi.nā saltem iure nouissimo filius familias habet heredem in aduentitijs vt dictis iuribus.⁊.l.quod scitis.C.de bonisqꝫ libe.et facit.l.auus.in princip.de iure do.⁊ not.Barto.in l.ij.ff.de castrensi pecu.et pro indubitato ponit idem Barto.in.l.post dotem in tertia questione.ff.solu.ma.ꝙ ⁊ tenent oēs: ideo nō instandum. Filie tamē de iure municipali excluduntur cum super sunt pater ⁊ fratres carnales vtrinqꝫ coniuncti ⁊ frater consanguineus ipsius magistri cantis patruiqꝫ ipsarū filiarum qui excludūt filias: prout ⁊ superius deductum est: exclusis autem filiabus succedunt pater ⁊ fratres vtrinqꝫ coniuncti in viriles excluso fratre consanguineo autenti.defuncto.C.ad tertu.⁊ autent.cessante.C.de legi.heredi. Item est aduertendum quod supradicta procedunt in successione ab intestato. Si autem dictus Petruspaulus fecisset testamentum dicti filij adoptiui nō inuitati in testamento nō possent succedere contra dictum testamentum vt est expressum in.l.cū adoptiuis.§.sed ne articulum.C.de adopti. Et quia non distiguit videtur procedere siue fuerint adoptati tempore testamenti siue postea per iura vulgaria: sed esse tunc instandum: an dicta filia si fuisset in dicto preterita possit dicere dictum testamentum nullū vel ruptum si forte nata fuisset post conditum testamentum. Circa quod dicendum est quod saltem si in dicto testamento fuerūt instituti illi qui vigore iuris municipalis filiam excluderent ab intestato vel alter eorum dicta filia preterita non redderet dictū testamentum nullum vel ruptum: quia regula est quod qui non succedit ab intestato non succedit contra testamentū prout voluit bar. Et iō si in dicto testamēto fuissent instituti dicti filij adoptiui fratres patrueles dicte filie vel eorum pater patruus ipsius filie dicta filia non haberet regressum contra dictum testamētum: maxime si fuisset congrue dotata prout mihi presupponitur qd dotata fuit

11 a dicto ser Petropaulo. †Sinautem fuisset in dicto testamēto institutus dictꝰ patruus posset probabiliter dubitari: an censeretur repudiasse dictam hereditatem ex testō sibi delatam. Ex his q̄ supra deducta sunt in facto: circa q̄ sunt considerādi duo casus vnus si dictus euangelista habuit notitiam dicte sue institutionis aliꝰ si notitiā non habuit. Si em̄ notitiā nō habuit dicte sue institutionis nō censet repudiasse ea rōne: qꝛ ignorans hereditatē sibi delatā ⁊ ex qua cā delata sit non pōt repudiare nec adire.l.si is ad quez l.is potest.l.in repudiāda.l.heres institutus.⁊.ll.seq.ff.de acqui.heredi. Sinautē habuit notitiā.⁊ tūc ex quo asserit hereditatē esse delatā ab intestato ser Joāni ⁊ vult ꝙ ipse ser Joānes eā ab intesta-

to cōsequat in necessariā ꝯntiam sequit ꝙ ipe censet repudiasse hereditatē sibi ex testō delataz per.l.illud.ff.de acqui.here.⁊.l.ij.ff.de iurisd.om.iud.⁊.l.ad legatū.⁊.l.ad rem mobilem.de procura.cuz similibꝰ in dubio aūt in facto alieno p̄sumitur ignorantia.l.si.ff.pro

12 suo.l.verius.de proba.⁊.c.presumitur.de reg.iur.in.vj. †Cū scientia ex coniecturis ⁊ presumptionibꝰ ꝓbatur. Et profecto ꝯsanguineus solet p̄sumi hr̄e notitiā de spectātibꝰ ad cōsanguineū.l.octaui.ff.vn̄ cogna.l.de tutela.C.de in integ.resti.mino. Itē vicinꝰ p̄sumit habere notitiā de gestis ꝓvicinos.l.si vicinis.C.de nup.c.q̄to.de presump.quātomagis domesticus ⁊ cōmensalis de gestis p fratrem in domo cōi cum tantomagis vigeat ratio p̄sumende coiecture sciētie q̄to maior est vicinitas ⁊ continua cōuersatio facit.l.consensu.§.super plagijs.C.de repudia.⁊ in cōcor.ibi allegatis in glo.

13 in verbo easdem. †Concurrere etiā posset alia coiectura: eodē die loco ⁊ testibus ⁊ manu eiusdē notarij dictus Uangelista fecisset aliquē contractū cum dicto ser Petropaulo: nam que fiunt eodem die loco ⁊ testibus ⁊ manu eiusdem notarij solent cōmuniter fieri incontinenti ⁊ successiue vno contextu.ar.l.continuus.in prin.ff.de verbo.ob.iuncta.l.j.in prin.eo.ti.⁊ no.bal.in altera ex suis repetitionibus.l.petens.C.de pac.sumitur ex his que habentur p bal.

14 ⁊ doc.in.l.pen.§.si mulier.ff.so.ma. †Et nemo negaret quin cōiter hoc contingere solet ⁊ argumētum a solitis est optimū in iure etiā in materia ꝓbationis not.gl.⁊ Bal.in.l.neqꝫ natales.C.de proba. sumitur ex no.per glo.⁊ doc.in.l.non hoc.C.vnde cog.ar.l.semp in stipulationibus.⁊.l.in obscuris inspici.de reg.iu.in.vj.⁊.c.inspicit eo.ti.li.vj.cū multis siꝉibꝰ.⁊etiā esset coiectura ꝙ si ipse fuisset institutus a fratre maxime si frater fuisset recessurus ⁊ ire in longinquas partes non celasset ipsi fratri quem instituebat: ⁊ si tūc non dixisset verisiꝉr iūxisset notario ⁊ testibꝰ ꝙ eidē fratri instituto notificarent: saltē post eius mortē: ideo cū dicta renunciatio emanauerit post mortem dicti ser petripauli forte per aliquos ānos post

15 ea non est verisiꝉe ꝙ sibi non fuisset notificatū. †Itaqꝫ si predicta oia cōcurrerent putarē ex his oībus satis apparere de sciētia dicti euangeliste: vt si nō p̄sunt singula multa iuuent.l.excusant.in principi.cū cōcor.in gl.ibi allegatis.ff.de excu.tu. Et p cōsequēs dictꝰ vāgelista censeret p̄supposita sciētia repudiasse hereditatē ex testō delatā.⁊ successiue tūc censeret delata hereditas ab intestato: ⁊ qꝛ tūc tpis magister cātes erat p̄defunctus ⁊ superat solus ser Joānes filius adoptiuus neposqꝫ ex fratre dicti ser petripauli ad eum soluz deuoluta fuit ⁊ pertinet hereditas dicti ser petripauli: licet magister cātes supfuerit tpe mortis ser petripauli vt est exp̄ssum.l.si qs filio exheredato.in prin.de iniu.test.cum cōcor.ibi adductis p glo. Sed circa hoc posset instari quid si non fuissent instituti dicti fratres patrueles neqꝫ dictus patruus: an dicta filia posset succedere de quo ad presens me non intromitto: qꝛ consultās asserit nullatenus credere talem casum contigisse.

16 †Insuper circa hereditatem istius ser Petripauli posset instari quanta censeretur fuisse legitima dicte filie si non excluderetur vigore statuti: attēto quod soleat dici ꝙ in dubio non censeatur esse congrua dos si est minus legitimā q̄ de iure cōi deberetur ꝓut hoc voluit Saly.in aut.resqꝫ.C.cōmunia.de le.ar.illiꝰ tex. Et vidi pluries cōsultū p integerrimi iudicij famosissimū doctorez dn̄m benedictū caprā: ⁊ idē al's consulēdo visum fuit alio non docto ⁊ sic in dubio esse respōdēdū: licet p̄fatꝰ dn̄s Benedictus largius illud firmaret: ⁊ satis etiam videatur esse de mente bal.⁊ Saly. Uidendū est itaqꝫ quāta foret legitima dicte filie circūscripto dicto statuto: ⁊ nō instando arbitror legitimā dicte filie esse tertiam tertie ⁊ sic nonā ptem bonorum dicti ser petri-

17 pauli: †nam legitima est tertia eius qd quis est habiturus ab intestato.l.parentibus.⁊.l.cū queritꝰ.⁊ aut.nouissima.C.de inoffi.test.

18 Sed †ab intestato non fuisset habitura dicta filia nisi tertiā ptē cū filij adoptiui succedant ab intestato tanq̄ sui vna cū naturalibus. vt.d.l.cū in adoptiuis.⁊ in.l.si te.de suis.⁊ legi.C.merito ⁊c.et propterea dicta dos data dicte filie non dz censeri incōgrua ex eo quia sit minor legitima qꝛ ꝓut mihi dr̄ longe excedit dictā nonā partē.

19 †Insurgit aūt circa hoc dubiū non leue quid de legatis in dicto testō relictis. Et videt dōm ꝙ dictus heres institutus: licet tm̄ in quasi castrensibus succedat vigore dicti testamenti: tn̄ debeat soluere integra legata in quātitatibꝰ consistentia dūmodo vires patrimonij quasi castrēsis subsistant detracta quarta detrahēda: naz testator nō reliquit dicta legata magis de vno patrimonio quā de alio lz simpl'r forte onerauit heredē vt legatis satisfaceret nō iniūgēdo de quo patrimonio satisfaceret nec magis artatur soluere de patrimonio testatoris q̄ aliunde: ideo quatenus honorat teneat ad obseruantiam onerū legatorū immo si non cōfecit inuentariuz videtur qd insolidum teneatur in aut.de heredi.⁊ fal.§.si vero non confecerit inuentarium. Et facit etiā qꝛ quādo testator circa heredis institutionē ducit ignorantia legata in eo testō relicta valent: licet institutio vitietur.l.cum mater.ff.de inoffi.testamēto.⁊.l.fi.ff.de heredi.insti.et facit.l.iij.C.de inoffi.testamēto: ideo si dictus cātes credidit posse insolidum instituere dictum ser Joannē in vniuersis bonis ⁊ non potuit nō exꝰ hoc vitiātur legata.et maxie ꝙ ea in dubio debet adhiberi interpretatio vt actus valeat.l.quotiens

in stipulationibus.ff.de verbo.obli.z.l.quotiens.ff.de reb.dubijs. et.c.si papa.de priui.lib.vj.Et quia in testamentis plena interpretatio adhiberi debet.l.in testamẽtis.ff.de reg.iur.z.c.cum dilectus extra.de do.

20 †In contrariũ videbatur ex quo legata non sunt specifice: prout arbitror relicta a dicto Joanne instituto herede: non videtur qd heres teneatur nisi pro quota portione hereditaria. l. pro hereditarijs.C.de heredi.acti.z.l.j.C.si cer.pe.Sed quasi castrẽsia non sunt portio aliqua quotatiua hereditatis vt de se est notuz merito non videbat꜡ ꝙ insolidum vel ad aliquam quotam dictorũ legatorũ soluendorum teneretur: sed tanꝗ successor in rebus particularibus non teneat꜡ ad huiusmodi onera per ea que habent꜡ in l.quotiens.C.de heredi.insti.z in.l.ex facto proponebatur.ff.eo.titu.vbi bonus tex.ꝙ institutus in bonis italicis quatenus vigore institutionis percipit italica censetur successor singularis non vniuersalis nec eo respectu eum sequũtur onera hereditaria: sed bene sequuntur quatenus alio non instituto successio trahitur ad vniuersum z attenditur quota illius successionis vniuersalis nõ quãtitas illorũ bonorum italicoꝝ: prout ibi notabiliter probatur: iõ pari ratiõe videbatur quod successor in bonis quasi castrensibus non teneatur ab subeundũ onera hereditaria. Licet aũt doc.in plerisqꝫ locis tractẽt hunc articulum ꝙ testm̃ z institutio quãdoqꝫ valet respectu aliquoꝝ bonoꝝ z nõ in totũ vt supra deduxi. Non tamen reperio ꝙ aliquid tangant quid tũc fiat de legatis seu fideicommissis in tali testamẽto relictis itaqꝫ cũ rationes hincinde plures valeãt assignari sufisto quid nam censendum sit prout inquit iurisconsultus in.l.seruum quoqꝫ in principio.de procur.z in.l.si me z titium ff.si cer.peta.tamen tandem puto concludendum ꝙ nec in totũ valeant nec in totum vitientur.nam ex quo institutus attenta mente testatoris z verbis testamenti erat in totum successurus et non succedit nisi in parte non est decens nec ꝯsonum menti testatoris ꝙ ipse insolidum habeat prestare legata alij qui succedũt in paganicis nihil habẽt contribuere quia filiusfamiliasnon poterat circa paganica testari vt est notissimum: vnde ex quo heredi scripto diminuitur commodum quia non succedit in totum. ideo diminuitur etiam onus z hoc ꝓbat tex. in.l.pen.ff.de codicillis. vbi Bart. sic summat relicta ab vno quem quis sibi solum successurum putabat si pro parte succedit pro parte debentur si sunt diuidua si in diuidua nihil.h.d.illa lex secũdum eum qd in terminis videtur decidere casum nostrum: z ꝫm illum puto decidendum.

21 †Nec obstãt adducta in contrarium.nã non confectio inuentarij operat꜡ vt heres nequeat se iuuare eo qꝛ hereditas non sit soluẽdo vt probatur ex ratione tex.l.fi.§.sinautem dubius.C.de iure delibe.z probant verba tex.in.§.si vero non fecerit inuentarium in aut.de heredi.et fal.vbi solum iniungit non facienti inuentarium ꝙ soluat integra legata: licet pretendat ꝙ excedant vires patrimonij: z licet pretendat detrahere falcidiam quasi sit suspectus vt bona subtraxerit vt innuunt verba illius tex.z dicunt docto.in preallegatis iuribus.z Barto.in aut.sed cum testatur ad treb.non autem iuuantur legata que alia ratione vitiabantur in totum vel minuebãtur: quia pena illius tex.non est amplianda regula in penis in.vj.l.si preses.et l.interpretatione.de penis cum similibus hinc est quod legitima resecat legata licet filius non faciat inuentariuz: quia legitima nõ perditur prout firmat gloss.in autenti.de heredi.z fal.§.si vero nõ confecerit inuentarium ꝫm Ang.q idẽ tenet in.l.fi.§.si vero postꝗ C.de iure deli.ꝙ z voluit glo.in aut.hoc amplius.C.de fideicom.et in autenti.sed cum testator.C.ad treb.prout voluit ibi Bartol.ad hoc adducens.§.pen.in autenti.de heredi.z falcid.vbi non perdit legitimam patronus non conficiens inuentarium fortius nec filiꝰ secundum eum qui dicit quod hoc volunt Richar.Cyn.z doc.idẽ etiam voluit Jaco.de beluiso.vt refert Angelus in dicto.§.si vero postꝗ.qd z voluerunt glo.Jacob.but.Bald.z Paul.de castro in d.l.fi.§.sinautem.de iure delibe.z hec est communis opi.z tenenda in decisiuis licet Oldr.consi.cxxxv.incip.satis credo consonum et Nico.de mat.in.d.§.si vero postꝗ.z Saly.z Raphael in.d.aut.sed cum testator.z Saly.in.§.si quis autem temerario.l.fi.C.de iure delib.z Rapha.in eadem.l.§.sinautem.ꝙ z tenuit Ang.in tractatu suo de inuentario ad quorum rationes respondidi in.d.§.si vero postꝗ.Nec obst.d.l.fina.de heredi.insti.z.d.l.cum mater: quia ibi non debentur legata ab eo a quo hereditas aufertur sed ab eo ad quem deuoluitur: nam succedit ille qui habet verisimilem mentez testatoris z excusat꜡ testator pp iustam ignorantiam: ideo testamẽtum substentatur quo ad legata: sꝫ in casu nostro legata ab initio vitiantur propter defectum cause efficientis.quia legare non poterat nisi castrensia: ideo constat quod qui succedũt in paganicis nõ tenentur nec in hoc est hesitatio nec iura contraria faciunt quod ferunt ad propositum: ad alia que adducuntur ꝙ nihil debeat꜡ non

22 est opus respondere: quia illud expedire consultanti. †Similiter non intendo insistere in eo quod posset instari. Circa relictum factum de soluendis integris dotibus vxori dicti magistri cãtis: posset enim non immerito instari quod scilicet nihil debeatur quasi cẽseatur dispositum de re paganica cum dotes ille ex causa paganica obuenerint. Et quesitum filiabus ex stipulatione paterna cẽseatur hoc casu quesitum contemplatione patris ex quo dignior nubebat minus digno.argu.eius quod habetur in.l.si voluntate.C. de dotis promis.et.l.sed si plures.§.in arrogato.ff.de vulga.z pup. et.l.si sponsus.§.generaliter.ff.de dona.inter virum.z quod in simili tradunt.Jo.de lig.Francis.de ram.Ange.z Richar.de sali.in eoꝝ consilijs in alio consilio pro consultante recensitis in secundo viro stipulante ab vxore lucrum dotis pro futuris filijs z eorum nomine volunt enim quod illud lucrum censeatur profectitium: z sic quesitum ipsi parti stipulanti: ita ergo z in casu isto. Et maxime hoc ꝑsuadetur in casu nostro quia in alio casu.s.quando maritus superesset fuit pactus quod ipse lucraretur dimidiam dotis filijs non extantibus z extantibus filijs lucraretur totũ: ita qd videtur pactus sibi ꝓpter filios: vnde prout simile pactum fit ipsi marito casu quo superesset z si filij deficerent: tamen maius extantibus filijs: ita est verisimile quod contemplatiõe mariti sit pactus filijs casu quo ipse precederet. Et per consequens censeatur cõiectura subesse ꝙ cẽseatur pactus filijs: vt heredibus per theoricã glo.in.l.quedã.§.si pactus.ff.de pac.saltem qꝛ vbi cessant coniecture vel sunt pares hincinde censetur pactus pater filijs vt heredibus prout volunt gloss. Bartol.Bald.Ange.et Raphael. in dicto.§.pactus.z Bartolus in.l.quod dicitur el.ij.ff.de verbo.obligatio.z licet Jmol.in dicta l.quod dicitur in.vij.colum.et sequentibus distinguat aut stipulatur filio sibi z filio. Aut pater stipulatur filio tantum. Primo casu dicit procedere dictum glo.z Barto.tunc enim est querere.an censeatur stipulatus filio: vt filio an vt heredi. Tamen quando pater stipulatur vel paciscitur filio z non sibi tunc dicit non queri: an censeatur stipulatus filio vt filio: an vt extraneo quasi tunc nunꝗ censeri debeat stipulatus filio vt heredi. Et procedere videatur dictũ Jmole.quãdo pactum vel stipulatio non conferreretur post mortem patris: qꝛ in vita patris nõ cadit consideratio heredis nec põt queri filio vt heredi: sed quãdo stipulatur ꝓ se z filijs censet꜡ stipulatio pro filijs collata post tempus mortis patris: qꝛ censetur stipulatus ordine successiuo: prout ipse Jmo.ibi declarat: ideo tunc habetur consideratio illius qualitatis heredis z cadit inuestigatio an censeatur pactus filio vt heredi an vero vt filio: itaqꝫ quãdo non adijcitur tempus procedat consideratio Jmo.qui vt arbitror habuit istam mentem: aut adijcitur tempus mortis patris z tunc nõ procedat eius consideratio: sed consideratio glo.z docto.a quibus non est recedendum in decisiuis. Licet plurimũ obstet tex.in.l.qdcunqꝫ.§.si quis ita.de verbo.obligatio. Sed oportet text.illũ intelligere quando ex coniecturis vel aliter apparet quod stipulabatur filie vt filie non vt heredi: z ita habeo apostillatum meum librũ. Si ergo hoc pactum per quod queritur lucrum filijs censetur quesitũ filijs vt heredibus: z sic casu quo essent heredes.l.si auus.de pact. do.z.l.auus.ff.de pact.ergo acquisitio huius dotis procedit ex cã aduentitia: ideo ꝙ non queratur respicit causam paganicam non quasi castrensem: ideo hac ratione legatum non teneat cum super paganicis non potuerit disponere. Non autem hoc audeo precise firmare: sed bene firmo quod institutus non teneatur soluere integram dictam dotem vigore dicti relicti per supra adducta. Sed legata omnia debeant diminui pro rata. Et similiter si legata excederent valorem bonorum de quolibet legata fit diminutio pro rata per ea que habentur in. l. vniuerse.C.de legatis.et.l.j.§.si ecce. ff.ad trebellia.saluo eo quod habetur in auten.de heredi.z falci.§. si vero non confecerit inuentarium z in.l.fi.§.sinautem.C.de iure delibe.

¶ Deueniendo ammodo ad hereditatem euangeliste: breuiter rem absoluam: nam decessit superstitibus filijs masculis z filiabus filij sui et sic neptibus ex filio statutum excludit filiam feminã a successione patris aui vel proaui superstitibus liberis masculis per lineam masculinam descendentibus profecto tales liberi supsunt: ideo filia femina dicti magistri cantis excluderetur ab hereditate dicti euangeliste si decessisset ab intestato. Quod esset clarissimum ex quo statutum exprimit de auo et proauo: ideo non est opus intrare illam difficultatem. An appellatione filie comprehẽ

23 datur neptis ex filio. †Sed imminet alia difficultas: quia statutũ loquitur in successione ab intestato non loquitur vbi est factum testamentum z sic non loquitur in successione testamentaria vel contra testamentum. Sed in casu nostro de facili tollitur quod scilicet allegatio non noceat dictis filijs testatoris: nam aut dicta filia vult quod exclusio filie que per statutum fit in successione ab intestato trahatur ad successionem aduersus testamentum: et tunc dicti filij instituti habent intentum: aut non trahitur et tunc testamentum est ipso iure nullum et deuoluitur successio ab intestato.l.inter cetera.et.l.si filius qui in potestate. ff.de liberis z posthumis.et.l. fina.ff. de iniusto testamento.et.l.prima in fin.ff.si tabu.testamenti nulle exta. Ideo si ab intestato succeditur militant

24 verba et mens dicti statuti. †Et ideo concludo quod dictum statutum de successionibus ab intestato militat et seruandum est in casu isto ad exclusionem dictarum neptuz: prout in eo dicitur. Possem adducere id quod dici solet quod causa succedendi contra testamentum regulatur a iure succedẽdi ab intestato: adeo ꝙ ꝑsona exclusa

exclusa a successione ab intestato excluditur iure succedendi contra testamentum.l.j.§.vocant ibi eo iure eoq; ordine.τ.§.penulti. ff.de contrata.τ.l.j.§.recte.ff.vnde liberi.prout hanc theoricā tradit Bar.in.l.fi.ff.ad tertu.Si tamen dicte neptes non sunt dotate vel non sunt cōgrue dotate debēt cōgrue dotari ex forma statutoꝝ.et prout apte dictū exprimit:τ lʒ dictū statutū loquatur de successiōe ab intestato:tamē si extendit ad successionē ɔtra testamentū habʒ extendi cū sua cā τ sic prout iacet.s.cum hoc ꝙ congrue dotetur.et est clarū nō me extēdo interim aūt sunt alende ab heredibus dicti aui cū nō debeant fame perire sine alimētis.Et iō fratres maxime heredes patris debent interim alimentare p id qđ no.Spe.in tit.q filij sint legitimi ver.τ no.ad fi.τ ibi Jo.an.τ p glo.Cy.τ Saly.in.l.

25 j.C.de alen.libe.†Deueniendū est ammodo ad bona superlucrata:τ hec hesitatio erit potius in facto ꝙ in iure.Unū autē premitto ꝙ pluries consulendo τ legendo.l.si paciscenda tenui scilʒ ꝙ in hmōi societatibꝰ que tacite cōtrahuntur ꝓut solet cōtingere inter cōiunctos lucri τ questus eo qꝛ ponūt in cōmuni ea que lucrantur quo casu resultat societas.ꝓut voluit Bar.in.l.titium τ meuiū.§. alteri.de administra.tuto.τ bal.τ Saly.in.l.si patruus.C.cōia vtri. iudi.τbal.in.l.j.C.qui testamē.facere possunt in addi.sua quā fecit ad tractatū bar.de duobus fratri.ꝓpe finem.Licet ptes in dubio alio non docto debeāt esse equales hoc est viriles.l.si nō fuerint in principio.ff.pro socio τ insti.e.ti.§.j.cū similibus:tamē cū dicatur mihi ꝙ dictus ser Joānes plus posuerit in dicta cōione tū qꝛ posuit operas suas lōge plures ꝙ alij τ lōge maioris estimationis: et etiā habebat bona aduētitia quoꝝ fructꝰ ponebāt in cōi de quibꝰ est habēda cōsideratio ɋtenꝰ nō ɋr erant patri:puterāt quesiti ex hꝛditate ser pe.ipauli.saltē post dictā remissionē vsuff.τ i alijs post mortem patris.Cōcludo ꝙ dictus ser Joānes dʒ consequi maiorē partē eiꝰ ꝙ est superlucratum τ tanto maiorē quanto plus cōtulit societati per iam dicta. Laus deo.

¶Summarium super consilio.lxxxvj.

☞Testamētum primū cū certa forma specialiter seruāda in reuocatiōe illius nō tollitur p scōm etiā validū nō seruata forma predicta τ quō forma omissa possit alias reuocari.per totum.

1 Noiatim specialiter fieri aut derogari quomodo dicatur.

2 Contracta quod fieri non potest.fieri etiā nequit vltia volūtate.

3 Testamentū primuʒ quomodo possit reuocari.nu.seq.τ.consi.88. per totum.

4 Testamentum primum validum quando tollatur per secundum imperfectum.nu.seq.

5 Specialia derogāt gnāalitati τ si duo spālia simul concurrāt derogat generalitati illa que ē magis specialisτ specialior dr̄.illa in qua est maior ratio specialitatis.

Generalior dicitur lex que est magis priuilegiata.

6 Clausula cassans et irritans primum testamentum:licet a testatore non exprimatur sufficit ꝙ per notarium testamento inseratur τ eam testator confirmet.

Notarijs iura confidunt.

7 Testō solo vel cū vnico testō pōt paganus tantum decedere.

Uerba geminata plurimum operātur.

8 Renunciatio generalis non preiudicat vbi quis de facili inducitur ad soluendum indebitum credens esse debitum et inducitur ad renunciandum conditioni indebiti.

Confessio spe future numerationis non preiudicat numeratione non secuta.

9 Infirmus mortis cogitatione turbatus de facili applaudet omni bus τ confirmat quod alij dicunt.

10 Testm̄ primū nō tollit scōo nisi spāli expressa mentiōe facta de primo.nu.seq.fallit vbi constat de mente testatoris quod voluerit reuocare.consi.88.nu.1.

11 Reuocatio an debeat fieri cū clā gnāli vel spāli.nu.seq.τ.10.

12 Autē est dictio aduersatiua cuius natura est aduersari in casu qui continetur sub generalitate precedente.

13 Generale quid sit.

Speciale quid sit.

14 Priuilegiatū duobꝰ simul cōcurrētibꝰ maiꝰ ꝑuilegiatū attēdi dʒ.

¶Consilium.lxxxvj.

1 In nomine domini nostri Jesu christi.¶†Quamuis videatur in hac consultatione dicendum primo congressu qđ secundum testamentum predictum saltem quotenus respicit fauorē filiarum preualeatꝰ τ tollat primum.Nam regula est qđ secundum testamentum tollat primum.§.posteriore insti.quibus mo.testa. infir.dummodo sit tale ꝙ ex eo possit adiri hereditas.l.cum in secundo.ff.de iniu.testamēto.Quod maxime videtur dicendum stāte in secūdo clausula derogatoria precedentis testamēti cassans et irritans omne aliud testamētum hactenus factum:nam voluntas testatoris est ambulatoria vsq; ad mortem insti.de adem.legatoꝝ. Et qui omne dicit nihil excludit.c.solite.de maio.τ obe.l.iulianus de leg.iij.τ canoni.si romanoꝝ.xix.distin.cum concor.Quod maxime videtur dicendum cū precesserit vnū tantum testamentum.ita ꝙ ad illud solum potuerit referri illa clausula cassans τc.Et quādo verba indefinita seu generalia pnt verificari dūtaxat in vno indiuiduo censentur illud nominatim nedum specialiter exprimere.l. ij.ff.de li.τ posth.Jō nō solū eo casu requiritur specialismētio ꝓut requiritur in casu isto vt infra dicam:sed etiam vbi requiritur singularis mentio videtur quod sufficiat per illam legeʒ nominatiʒ. Et per hoc videtur tolli virtus clausule derogatorie apposite in primo testamēto:nam quādo testator in primo testamento apponit clausulā derogatoriā sequentium testamentorum valet secūdū non obstante primo testamento τ eius clausula derogatoria dummodo in secūdo fiat specialis mentio de primo vt est text.in.l.si qs in princip.testamēti.de leg.iij.Nec requiritur singularis mētio:lʒ sufficit specialis per illum tex.prout dicit ibi Barto.licet etiam si requireretur singularis τ specifica mentio dicta ratio suadet quod sufficeret nec potest testator sibi tollere liberam testamēti factionem:quia id reputatur contra bonos mores.l.stipulatio hoc modo concepta.de verb.obli.τ pactum dotali.C.de pac.†Et si nō potest per cōtractum pariter nec p vltimā voluntatem cum de cōtractibus ad vltimas voluntates τ econtra iura sepissime inferant.l. seruum filij.§.eum qui cyrographum.de leg.j.τ.l.fi.C.de lega.et.l. si ex legati causa cum similibus.de verbo.obli.Et maxime quia cōtractus qui duorum consensu celebrantur videntur efficaciores ꝙ vltime voluntates que vnius tantum voluntate fiunt.arg.aut. itaq;.C.communia.de succes.τ facit.l.sicut.C.de acti.τ obli.iūcto tex.insti.de ademp.lega.τ.l.si mihi.τ tibi.§.in legatis.de lega.j.et in specie quod vltima voluntas contra bonos mores non valeat prout nec contractus est expssuʒ in.l.si quis inquilinos.§.penul. de lega.j.Et est claruʒ.nemo enim potest sibi imponere legē a qua non liceat sibi recedere.d.l.si quis in principio testamenti.τ.l.bu manum.C.de.ll.τ suadet ratio quia nemo est dominus suꝑpsiꝰ aut

2

3 suorum membrorum.l.liber homo ad legem aqui.†Et quod non obstat clausula derogatoria apposita in primo testamento per secundum reuocatur primum si de primo fiat specialis mentio communiter omnes tenent:nam hoc tenet Dyn.in.l.j.C.de sacrosan. eccle.τ in regula quod semel in.vj.τ est communis opiñ.pront dicit Cyn.in.l.sancimus.C.de testa.et Raynu.de forli.ibi idem tenet et similiter Barto.τ Bald.in dicto.§.in legatis.τ vbiq; oēs concordant quod sufficiat specialis mentio.aliquiꝰtamen volūt ꝙ reuocetur primum etiam si de primo non fiat mentio specialis.tenent Jaco.de are.τ Jaco.de beluiso.vt refert Salyce.in.d.l.sancimus.quorum opinio procedit si clausula derogatoria sequentium testamentorum concipiatur per verba respicientia potentiā:ꝓut voluerunt Bartol.τ Bald.in dicto.§.in legatis.et Barto.in dcā l.si quis.in princip.testamenti.τ in effectu Bald.τ Raphael in.d. l.sancimus.Idem videtur velle τ est magis commune prout sentit Jmola.in dicto.§.in legatis:licet ipse post gloss.secus velit:sed non refert quia non respicit casum nostrum:quia verba clausule derogatorie in casu isto respiciunt voluntateʒ non potentiā:vt de se patet.Omnes ergo concordant quod vtroq; casu sufficiat specialis mentio de primo : sed in casu videtur quod ista nominatio sit censenda plusꝙ specialis per iam dicta merito secunduʒ tollat pri

4 mum per supradicta.†Nec videtur obstare quod testamentum secundum fuit factum a ceco et in eo non fuerunt adhibite omnes solennitates que requiruntur in testamento ceci de quibꝰ in.l.hac consultissima.C.qui testa.face.pos.Quibus non seruatis testamētum vitiatur et non solum testamentum sed etiam codicilli in quibus factis a ceco requiruntur eedem solennitates que ibi requirūtur in testamento:prout probat ibi text.in versicu.que in eisdem. et omnes concordant preterꝙ quo ad numerum in quo variant glo.τ docto.ibi:sed accur.Jaco.de are.τ Bald.ibi idem tenēt etiā quo ad numerum testium et est magis commune prout dicunt raphael Fulgo.et Ponta.qui idem tenent. Ad hoc autem vt secūdum tollat primum debet secundum esse validum dicto.§.posteriore.et.d.l.cum in secundo.τ.l.si filius qui in potestate.de li.τpost hu.Censetur enim testator reuocare primum:ita demum si secundum valet.argu.l.si iure.ff.de legatis.iij.Nec est expeditum quod quis possit reuocare primum si non facit secundum etiam si de volūtate reuocatoria constet de quo habet in.d.l.sancimus nō est nostre discussionis:quia ad dictum contrarium videt posse responderi ꝙ dicta obiectio forte procederet nisi secūdū testm̄ fuisset factuʒ inter liberos ꝓut factum fuit istud de quo agitur:quia in eo sunt institute filie τ testamentum inter liberos factum valet etiam citra oēm solēnitatem iuris positiui.l.hac consultissima.§.ex imperfecto τ autenticis ibi positis.C.de test.τ facit.l.fi.C.fami. hercis-

5 cū. Quod†videtur procedere etiā in testamēto ceci facto inter liberos:qꝛ dicta iura spālia derogant generalitati.d.l.hac consultissima qui testa.face.pos.scōm Salyce.ibi qui hoc tenet per dictam rationem. Et licet habeant se vt excedentia τ excessa τ sic inuicē correspectiue quelibet potest cēseri specialis τ ɋlibet gnālis: tamē qn̄ hoc contingit illa lex que est magis specialis derogat per.l.seruo manumisso.de pecu.lega.τ.l.questium.§.pen.de fun.instru.prout not.Dyn.in regula quod semel.in.vj.τ Bartol.in.l.j.§.j.de noui. oper.nun.Illa aūt est specialior in qua est maior rō spālitatis fm

Bal.in.d.l.hac consultissima.C.qui testa.fac.pos.sed maior ratio spãlitatis est in terminis.d.§.ex imperfecto ⁊ similiũ q̃ in termis d.l.hac consultissima merito illi legi derogeť ƀm bal.ibi qui hoc tenet dicta rõne ⁊ hanc opi.ibi approbat pau.de ca.ea rõne:qꝛ qñ testatur quis inter liberos cessat oĩs suspitio falsitatiscum ab intestato bona sint ad liberos peruẽtura.⁊ p cõsequẽs cessat rõ ꝓpter quã fuit inducta tanta solẽnitas in testõ ceci vt pʒ in tex.in.d.l.consultissima. Item pro liberis facit ius naturale ꝙ est certum:sed falsitas que facit in cõtrarium non est certa:ideo tenendum est certum et dimittendum incertum ƀm eundẽ Pau.de ca. Et per dictã rõnem:qꝛ cessare videť suspitio falsitatis firmat hanc partem ibi dñs meus:vʒ clarissimus doc.dñs Joãnespetrutiĳ de monte sperello: et hanc opi.vt equiorez dicit sequẽdã Põta.ibi:⁊ etiã qꝛ tenenda est opi.que magis fauet vltime voluntati.l.q̃ pars.ff.de inof.test.⁊ c.fi.de reg.iur.in antiquis ƀm eum:⁊ facit qꝛ illa lex censeť magis specialis que est magis priuilegiata vt tenet bar.in extrauag.ad reprimenda in verbo nõ obstante ⁊ bal.⁊ Jmol.in.l.gallus.§.fi.de liberis ⁊ posth.⁊ bal.in.l.j.in tertia qõne.de offi.consu.vbi refert et sequitur theoricam bar.in.d.verbo nõ obstã.sed cã liberorũ est magis priuilegiata:merito illa prouisio.d.§.ex imperfecto tanq̃ spe-

6 cialior deroget dispositioni.d.l.hac consultissima. †Nec etiam videtur obstare ꝙ testator dum ipse ordinauit testamentum non apposuit dictam clausulã cassans ⁊ irritans ⁊c.qꝛ satis est ꝙ notarius eam apposuit ⁊ testator ⁊ eam confirmauit cum per hanc viam appareat de eius voluntate maxime quia iura confidunt de notario ad hoc que habentur in.l.iubemus.C.de testa. Ex quibus videtur quod dicta hereditas ad filias ptineat vigore scdi testamẽti ⁊ non

7 ad damasium fratrem testatoris institutũ in primo. ¶ † Tamen his nõ ob.puto ꝯtrariã partẽ esse magis ꝯsentaneã ⁊ iuri ⁊ verisil'i menti testõris.nã aĩaduertendum est ꝙ paganus non põt decedere nisi cum vno testõ vt.l.posthumus.§.si pagan⁹.de iniusto testõ. et.d.§.posteriore.⁊.l.cum in secũdo cum sil'i. Ita ꝙ cassatio per q̃cunq̃ verba gñalia vel vniuersalia loquať non potest nisi ad vnuz referri cum priuatio presupponat habitum.l.decem.de verb.obli. l.nõ põt videri desinere.ff.de reg.iur.scdo ponderanda est cl'a ipsa derogatoria sequẽtiũ testatorũ cui⁹ verba sunt multũ pregnãtia et precisa:nam testator volens demonstrare exuberantiaz sue precise voluntatis non fuit contentus simplicib⁹ verbis que solent apponi in huiusmodi clausulis derogatoriĳs dicendo ꝙ si aliquod faceret testm̃ illud voluit non valere nisi in eo reperiantur scripta noĩatim specialiter pũctualiter ⁊ ꝓprio noĩe ista verba: vʒ non obst.ꝙ in alio testõ fuerit institutus Damasius frater suus pro conseruatione agnationis domus:ita ꝙ geminatio verborũ demõstrat plurimũ quãtũ magnifaciebat in aĩo ꝙ illud testm̃ valeret etiã si cõtingeret aliõ facere testm̃.gemiatio em̃ verboꝝ plurimũ solet opari vt hr̃ in.l.balista.ff.ad treb.⁊ in.c.⁊ si christus.de iureiurã.⁊ ꝙ per bal. in pace cõstantie in verbis cassetur ⁊ irriteť vbi vult ꝙ pp geminationẽ verboꝝ inducať pena ipso iure.⁊ ꝙ p Pau.de ca.in.l.ex hac scriptura.de dona.vbi vult ꝙ verba enunciatiua per modum demonstrationis disponunt si sunt geminata ⁊ ꝙ al's per Ang.i verbis in oĩb⁹ per oĩa in.l.ĳ.§.furiosum.de iure codicil.⁊ per Ponta. in.l.adoptiuum de in ius vocã.⁊ ꝙ per Ange.in.l.si stichũ.§.stipulatio.de ver.ob.⁊ multa sil'ia possent adduci que omitto. Ita ꝙ minus de facili censetur ꝙ immutauerit volũtatem q̃tomagis accurate posuit illam cl'am derogatoriã:lʒ ⁊ gñaliter mutatio voluntatis non presumatur.l.eũ qui mutatam.ff.de probatio. Constat autem ꝙ de dictis verbis noĩatim specialiter pũctualiter ⁊ ꝓprio nomine non est facta mẽtio in secũdo testõ de quo agiť:iõ per cl'aʒ p̃dictam derogatoriã appositã in primo testõ demonstretur ꝙ lʒ apparenter fecerit scdm testamẽtũ:tamẽ intrinsec⁹ nolebat illud valere:qȯ suadẽt alie circũstantie:nam dũ cõdidit testm̃ nõ fuit pñs institutus in eo nec forte alius cuius instigatione verisil'r fuerit ad illam disponendũ inductus.⁊ in scdo testõ erat pñs gener suus anus intererat ꝙ sua vxor institueretur qui iuit p notario:⁊ lʒ notarius venisset:tñ ipse testõr ex se nihil dicebat ptinens ad faciendum testamẽtũ:sʒ instigatus ab astãte qui dixit nũc est tp̃s expedire negotiũ:incepit disponere. Non tñ ipe dũ disposuit qcq̃ dixit de cassando aliud testm̃ prius factũ:qȯ etiã põderandũ est ad cõiecturãdã pseuerantiã prime ue volũtatis:⁊ lʒ notarius pro suo ⁊ alioꝝ cõsuetudine apposuerit illa verba cassans ⁊ annullãs oẽ aliud testm̃ ⁊c.⁊ legerit dictã cl'am vna cũ residuo testi ⁊ testator ꝯfirmauerit simpliciter:tñ non ostendiť eodẽ mõ volũtas ipsius testõris put si ore pprio exp̃ssisset.nõ em̃ solẽt apponi ille cl'e derogatorie in testis nisi vt primũ testm̃ sit secretũ ⁊ instigat⁹ possit qs appeť aliĳs cõplace

8 re ⁊ non cũ effectu. †Et si testator voluisset confirmare illam cl'am cassans ⁊ irritans omne aliud testm̃ oñdisset satis plane ꝙ nolebat effectualiter valere illud secũdum: cũ demonstrasset se fecisse aliud testamẽtum cui nolebat derogare:ideo ea ratiõe qua motus fuit ad ostẽdendum se velle facere testamẽtum.s.vt cõplaceret filiab⁹ et genero ⁊ forte euitaret molestiam instigantium vt conderet testamẽtum ⁊ ne cura eius desisterent pariter fuit motus vt cõiecturari potest ad confirmandum lectã expressa per notariũ:sic al's in simi

li cõsiderat Bart.in penul.§.idem quesiĳt.de condi.inde.ꝙ ea facilitate qua inducitur ad soluẽdum indebitũ credens esse debitũ inducitur ad renunciandum ꝯditioni indebiti:iõ renũciatio nõ operatur. Et idem solet dici in cõfitente se recepisse pecuniam ⁊ renunciante exceptioni non numerate pecunie sperans futuram numerationem prout post alios dicit bar.in.l.si ex cautione.C.de nõ nu

9 me.pecu. †Item etiã cõsiderandũ est ꝙ dictus testator erat infirmatus grauiter ⁊ vt arbitror morbo pestifero ⁊ grauiter vt signuʒ ostendebat ⁊ exitus comprobauit et sepissime contingit quod tali morbo affecti a suis deseruntur: et ne desertio talis sequatur de facili trahuntur ad faciendum astantibus quicq̃d petunt etiã preter seu cõtra eoꝝ intentionẽ:put al's dicit Jo.an.post albertũ papiensem in addi.Spe.in ti.de testa.§.j.verñ.is qui.ꝙ infirm⁹ mortis cogitatione turbatus de facili applaudet omnibus ⁊ cõfirmat ꝙ aliĳ dicunt ⁊ refert ⁊ transit etiã dñs Anto.de but.in.c.cũ tibi.extra.eo.titu.in illo articulo:an si quis interrogať vtrum velit talem instituere seu per similia verba ⁊ respõdet ꝙ sic vtrũ valeat testm̃:tamen cõfert plurimũ ad terminos nostros maxime si erat infirmus morbo epidimie ꝓpter quẽ morbũ de facili infirmus ab oĩb⁹ deseritur. Et tantofortius habebat suspicare iste testator cũ esset effectus cecus:ita ꝙ nõ poterat sibiĳpsi in aliquo prouidere si ab aliĳs derelictus fuisset:que oĩa me mouent ⁊ meo iudicio quẽlibet iudicem mouere debẽt ad opinandum eã fuisse mentẽ testatoris ꝙ valeret primum testm̃:⁊ non scdm. Et voluntas testatoris in his terminis cõsideratur:oẽs fatentur ⁊ minime negandum est qȯ testõr per quẽcunq̃ verba apponat dictam cl'am derogatoriã nõ põt sibi tollere liberam potestatẽ faciẽdi aliud testm̃:prout ⁊ supra deductum est. Et ideo quando constat qȯ ipse testator vere vult condere scdm testm̃ tunc secundum valet non obstante quacũq̃ clausula derogatoria siue verba clausule respiciãt potestatẽ siue voluntatẽ. Tamen omnes tenent ꝙ nisi constet de mutatione voluntatis preualet primũ si clausula derogatoria respicit voluntatẽ:put in casu

10 nostro vt qꝛ dicit testator ꝙ non vult scdm valere. †Et ideo doct. cõiter volunt ꝙ requiratur ꝙ fiat spãlis mentio primi testamenti prout probat tex.in.d.l.si quis in principio testamenti. Et ita loqtur Dy.in.d.l.j.C.de sacros.eccle.⁊ in.d.reg.ꝙ semel.dicens ꝙ secũdũ reuocat si de primo facit specialiter mentionẽ al's secus.⁊ ita cõmuniter teneť prout dicit Cyn.in.d.l.sancimus.C.de testa.⁊ idem vult Raynu.de forli.idem etiam videtur velle glo.in.d.§.in legatis.dicens ꝙ reuocatur primum in secũdo exprimat qualitatẽ primi al's secus prout ipsa videtur velle ⁊ doc.ibi sequũtur quãdo clausula resistit voluntati:lʒ verba gl.loquantur in clausula derogatoria potentie in qua doc.variant sed non curanduz:qꝛ sum⁹ in clausula derogatoria voluntati in qua prefati doc.intelligũtur prout dictam distinctionem inter clausulam derogatoriam voluntati et clausulã derogatoriã potentie facit Bar.in.d.l.si quis in principio testamenti.dicens ꝙ in primo casu requiritur specialis mentio:lʒ secus in scdo:⁊ idem in effectu volunt bal.Raph.ful.⁊ Pau.de castro.in.l.humanum.C.de.ll. Et ꝙ saltem in primo casu requiratur specialis reuocatio volunt etiam Bal.Saly.⁊ Raph.in.d.l.sancimus.⁊ Jmo.in.d.§.in legatis.⁊ sic est cõmunis opi. Non autẽ sufficit generalis reuocatio p̃mi prout dicũt Dy.in.d.regula ꝙ semel. et bar.in.d.l.si quis in principio testamenti.⁊ Saly.⁊ Raph.fulg. in.d.l.sancimus.⁊ etiam est de mente aliorum:lʒ secus velint Jac. de are.⁊ Jaco.de belui.vt refert Saly.Bald.autem refert Jac.de are.facere distinctionem Barto.⁊ quicquid sit de eis non curandũ cum aliĳ communiter teneant quod non sufficiat generalis reuoca

11 tio. †Et vt supradictum est illa opinio contraria potest concordari quod loquatur in terminis in quibus loquitur glo.in.d.§.in legatis.s.quando clausula est derogatoria potestatis non quãdo est derogatoria voluntatis vt concordant Barto.⁊ sequaces: in isto autem secundo testamento nullatenus est reuocatio specialis:sed generalis seu vniuersalis generalis autem seu indefinita regulariter equiparantur.l.si pluribus.de lega.ĳ.⁊.l.de precio.de publi.et c.quia circa.de priuileg.cum simi. Ideo non sufficit ista vniuersalis reuocatio:⁊ maxime attento quod communiter in omnibus testamentis de quibus rogantur notariĳ solent apponi similes clausule derogatorie precedentium testamentorum per verba vniuersalia. Quod ea deprehenditur ex facti contingentia: quia notarius apposuit illam clausulam licet testator eam non apposuerit. Quod dat intelligi quod ita est de more:concurrunt etiam alie circunstantie deducte supra ad coniecturanduʒ dictam testatoris voluntatem. Ex quibus omnibus puto aperta fronte concludẽdũ ꝙ non censeatur reuocatum primum testamentum per istã generalẽ clausulam derogatoriam seu per dictum secũdum testamentum:licet habeat dictam clausulam cum non sit specialis clausula specialis autem intelligeretur quando faceret mentionez qualitatis primi testamenti:prout diciť glo.in.d.§.in legatis.⁊ Barto.ibi declarat dictam glo.quod requiratur quod faciat mentionem de clausula derogatoria: vt quia dicat non obstante alio testamento habente clausulam derogatoriam. Nec sufficit si dicat quod cessat omne aliud testm̃ nisi apponat qualitatem:scilicet ꝙ haberet clausulã derogatoriã:

derogatoriam:qꝛ ꝙ vniuersaliter exprimit̃ nõ propterea cẽset̃ spe cialiter expressum:prout latius declarat bar.in.d.l.si quis.in prin. testamẽti antepe.col.ver.sed quero.⁊ ver.quero quid si testõr dixit cassans ⁊ irritãs oẽ aliud testm̃ ⁊c.Et al's etiã hr̃ ꝑ doc. in.l.sed ⁊ si quis.§.q̃situm.ff.si quis cautio.Et ista opinio bar.est cõis.Et per hec tollitur illud qȯ in ꝯtrariũ allegabat̃ de virtute vl'is oẽ.Item tollitur ꝙ in ꝯ̃riũ dicebat̃ ꝙ non põt auferri libera testĩ factio:nec sibi ĩponere legẽ a qua nõ liceret recedere:qꝛ rñdetur ꝙ põt libere testari ⁊ recedere a dcã lege quã sibi imposuit dũmõ velit hoc qdẽ cõiter oẽs fatent̃:sꝫ iura p̃sumunt ꝙ lꝫ apparẽter testetur nolit te stari seu nolit valere:sꝫ fingat ⁊ simulet:iõ nõ valeat.d.l. imaginaria.de reg.iur.⁊.l.nuda.ff.de cõtrahen.emp.Et sicvirtualiter sunt sublata oĩa adducta in ꝯtrariũ:⁊ in his facio p̃ncipale fundamẽtũ.

12 Non† aũt puto oĩo spernendũ illud fundamẽtũ ꝙ scõm testm̃ fuit factũ a ceco ⁊ non fuerũt seruata solẽnia requisita in testamẽto ceci:nã ex quo theorica illa approbat̃ ꝙ q̃n iura habent se vt excedẽtia ⁊ excessa ⁊ opꝫ ꝙ vni ꝑ alterũ in aliquo derogetur attẽdit̃ illud quod est magis gñale:qꝛ illud reputatur genꝰ cui solet ꝑ spẽm derogari ꝑ iura vulgaria.vt.s̃.in ꝯtrariũ deductũ vr̃ per dictã legem hac cõsultissima potiꝰ deroget̃.d.§.ex impfecto q̃ ecõtra:nã lõge plura sunt testã cõdita inter liberos q̃ cõdita ꝑ cecos:⁊ lõge pl'es sine aliqua ꝯparatione sunt hñtes liberi q̃ sint ceci vt docet experiẽtia rerũ magr̃a.c.q̃ sit in prin.de elec.li.vj.⁊.c.statutũ.in princi. eo.ti.⁊ libro:ideo dꝫ censeri magis gñalis ille.§.ex imperfecto ex quo magis excedit:⁊ suadetur qꝛ iurislator ꝓsequit̃ materiam per fectionis testĩ ƀm ius cõe in.d.l.hac cõsultissima.in p̃n.de testamẽ. cui.in p̃n.aduersat̃.d.§.ex ĩpfecto.ideo vr̃ intelligẽdus de illa impfectione contraria illi principio ꝙ nõ hꝫ locuꝫ in testõ ceci:iõ nec habeat locũ etiã.§.ex ĩpfecto qui cõtinuatur per aduersatiuã aũt cuius aduersatiue natura sit aduersari in casu qui cõtinet̃ sub gñalitate precedente per no.per glo.⁊ bar.in.l.si mariti in fi.de adul.⁊ Salx.in.l.vinum.ff.si cer.pet.⁊ Bal.in.l.omnes populi in plenio

13 ri lec.†Et licꝫ bal.dicat ꝙ illa censet̃ magis spãlis in qua est maior rõ spãlitatis:tñ illa rõ si aliquãdo attendit̃ non suadet rõ ꝙ attendat̃ q̃n euidẽter apparet q̃ magis excedit ⁊ sic q̃ est gñalior. Nõ em̃ spẽs derogat gñi ea rõne:qꝛ sit rõ spãlitatꝫ:nã ⁊si spẽs careret rõne derogaret gñi puta:qꝛ esset fundata in nuda voluntate disponentis vt cõtingit sepe in vltimis volũtatibꝰ ⁊ ꝯtracibꝰ.iõ maior ratio spãlitatis nõ dꝫ facere censeri vnã magis spẽi assimilari:sꝫ ꝓcedat sua ꝯsideratio ꝙ ceteris paribus attendit̃ q̃ hẽat maiorẽ rõnẽ spãlitatis nõ q̃n aliter apparet q̃ est gñalior.maxime q̃n est magna disproportio gñalitatis:nã tũc attendit̃ theorica Bar.⁊ sequacium. et ꝙ dicit bal.tradens regulam ꝙ illud censet̃ gñale cuius qualitas est semꝑ eadẽ in oĩbꝰ de gñe ⁊ illud censetur spãle cuiꝰ qualitas nõ est semꝑ eadẽ in oĩbus de gñe:sꝫ in paucis:prout dictam theoricã tradit bal.in.l.executorẽ.C.de execu.rei iudi.⁊ refert Ponta.in.d. l.hac consultissima.qui testa.fa.pos.Et idẽ vr̃ si non in oĩbꝰ sꝫ vnũ in multis ⁊ aliud in paucis ꝓut cõtingit in casu nostro:⁊ hec opi. ꝙ.d.l.hac cõsultissima restringat.d.§.ex imperfecto.dicit de iure veriorẽ Ponta.in.d.l.hac cõsultissima.⁊ Rap.ful.ibi idẽ sentit.et lꝫ Pon.dicat ꝙ opi.ꝯ̃ria sit equior ⁊ indubio sequenda:tũ ꝑꝑ auctoritatem bal.tũ qꝛ est sequẽda opi.que magis fauet vltime volũtati.l.si ꝑs.ff.de inoffi.test.⁊.c.fi.de reg.iur.in antiquis ƀm eũ. Et Paul.de ca.etiã tenet.in.d.l.hac consultissima hanc partꝫ eo qꝛ testatur qs inter liberos cessat oĩs suspitio falsitatis ꝓpter quã est inducta spãlitas.d.l.hac ꝯsultissima.Cũ ⁊ si non fuisset testatus bona essent ꝑuentura ad ipsos liberos ƀm eum:⁊ per hanc rõnẽ:idꝫ firmat dñs meus in.d.l.hac cõsultissima.Que tñ ratio cessat in casu nr̃o:qꝛ ⁊ si nõ fuisset testatus bona erant clare ꝑuẽtura ad fr̃em institutum in primo testõ.Et imminet magnopere suspitio falsitatis attẽta cõtraria voluntate p̃cedente ⁊ attenta maxima infirmitate qua cruciabatur ⁊ aliꝫ circũstantijs supra ponderatis ⁊ius naturale pariter vigebat tp̃e primi testĩ:prout tempore secũdi testa

14 menti:ideo illud nõ videtur in consideratione.†Item cessat h̃ casu fauor vltime voluntatis attẽto qȯ pariter militat si valet primũ testamẽtũ ⁊ non secũdum:prout ecõtra si valet secũdũ ⁊ nõ primũ nec etiã videt̃ obstare theorica quã tradit Bar.in extrauag.ad reprimenda,in verbo nõ obstante ⁊ sequaces supra relati:qꝛ illa theorica videt̃ procedere quãdo ambo iura sunt priuilegiatiua ꝓut videntur presupponere verba Bart.nam comparatiuum relinquit positiuum in termino.l.vbi aũt non apparet.in prin.de verb.obli. tunc em̃ suadet rõ ꝙ preualeat id quod est magis priuilegiatũ:secꝰ si ex altera lex nõ est priuilegiatiua:quia tũc nõ cadit ratio priuilegij vt deroget alteri legi que fundat̃ in alia rõne ꝓut ꝯtingit in terminis.d.l.hac consultissima.Preterea potest responderi prout respõsum est ad rationem Bald.Ideo ꝓbabiliter teneri posset ꝙ in secundo debuisset seruari solẽnitas.d.l.hac cõsultissima qui testa. facere pos.Licet non firmem nec est necesse:sed bene ponderandum est ad coadiuuandum alia media supra deducta:ideo concludo qȯ dictum primũ testamẽtum valeat nõ obstante secũdo ꝑ iura et rõnes quas.s̃.adduxi ruri moram trahẽs ꝓpter aeris intẽperiẽ nec habens solitã librorum copiam. Laus deo.

¶Summarium super consilio.lxxxvij.

¶Consilium.lxxxvij.

IN nomine domini nostri Iesu christi. ¶Visis actis ⁊ processibus agitatis inter Angelum beuilacque ex vna parte agentem ⁊ angelum pigliarelli ex alia parte reum conuentum ⁊ eorum procuratores tam in causa appellationis q̃ in causa principali inter eos agitatis:necnon alijs similibus agitatis inter dictum Angelum beuilacque actorem ⁊ Bartholomeũ antonij de fossombrono conuentum.Cuꝫ dicti rei conuenti sint per iudicẽ principalis cause absoluti ab obseruatione iudicij ⁊ ad dicta pronuncia sit pro parte actoris appellatum.Primo videndum an processus agitatus in causa principali fuerit nullus:ita qȯ iusta fuerit dicta sententia absolutoria ab obseruatione iudicij:nã tunc non esset amplius querendum de meritis cause:quia partes iudicis forẽt ĩ pronunciando male appellatum ⁊ bene iudicatũ.Et si actor vellet instare haberet necesse cãm ex integro renouare:prout si nihil agitatum fuerit.Secundo si dicta absolutoria est iusta:ita ꝙ processus sit validus agitatus.s.in causa principali tũc discutiẽdũ erit de meritis cause ⁊ cõcludendum que sint partes iudicis.†Deueniamus

1 ad primũ:circa ꝙ videtur prima facie dicendũ qȯ dictꝰ processus fuerit nullus ⁊ cõsequenter absolutoria ab obseruatione iudicij fuerit iusta ⁊ partes iudicis debeant esse in pronunciando bene iudicatum ⁊ male appellatum.Nam extat lex municipalis ꝙ forensis nõ accatastratus in ciuitate aretij nõ possit agere contra ciuẽ aretinum nisi prius satisdant ⁊c.Sed coram iudice a quo non fuit producta aliqua satisdatio.itaqꝫ sibi nõ apparebat ⁊ paria sunt nõ eẽ et non apparere ex actis cum iudex ꝓnũciare debet ƀm acta ⁊ actitata.l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.presi.⁊ habetur in.c.pastoralis. §.quia vero.de offi.deleg.⁊ in.l.bonorum.C.qui admit.Et videtur apparere ex facie libelli qȯ ipse agens est de monte sancti Sabini et tm̃ est dicere de mõte sancti sabini q̃tum est dicere ꝙ est ciuis vl' districtualis illius loci prout concludit Barto.in consilio incipiẽte:visa inquisitione facta contra Franciscum in ordine.cxliij.ƀꝫ ordinem perusinum non informis.Et statur libello contra libellantem.l.cum precum.C.de libe.causa.Si ergo de monte sancti Sabini ergo videtur quod non sit de aretio.Nec obst.videtur ꝙ satisdedit apud acta quia non propterea videtur actus iudicialis ex quo parte absente ⁊ non citata ⁊ iudicium constat ex tribus personis scilicet actore reo ⁊ indice.c.forus.de verbo.sig.⁊.l.in tribꝰ.ff.de iudicijs.Et in illo actu nõ interuenerunt nisi due persone.Iõ nõ videtur ille actus iudicialis: prout alias vult gloss.in.l.j.ff.de in ius vocan.quod oblatio libelli facta iudici non est de processu iudiciali: prout nota.ibi Bald.⁊ facit quod not.glo.eodem titulo in rubrica.⁊.C.eodem titulo simil'r in rubrica.Et qȯ fortius est gloss.in clemen.j.de iudi.dicit ꝙ prima citatio est extraiudicialis:ideo fortius censeatur extraiudicialis dicta satisdatio:licet facta coram iudice ipsius cause ex quo fit ante inchoatam causam prout etiaꝫ petitio et concessio venie que requiritur quando filius vel libertꝰ cõuenire volunt parentem vel patronum: licet fiat apud iudicem et requirat factum iudicis et eius cause cognitionem.l.sed si hac.§. pretor ait de in ius vocan.tamen illa cause cognitio et petitio et

cōcessio venie nō dicuntur acta iudicialia. ſm Bald. in. d. §. pretor ait: ideo videt̃ ꝙ non releuet niſi in iudicio apud acta producatur hmōi ſatiſdatio: ſed nō fuit ꝓducta merito ſnīa iuſta: nec vr̃ iuuari ꝙ coram iudice a quo producit̃ inſtr̃m dcē ſatiſdationis: q: appellatio ab interlocutoria nō pōt iuſtificari niſi ex antiqs actis vt eſt exp̄ſſum in cle. appellanti. de app. Jō nō admittit̃ noua ꝓbatio vt ibi ⁊ ꝑ bar. in. l. ꝑ hāc. C. de tēpo. appel. ⁊ in. l. ei⁹ ꝗ in. iiij. q. ff. de ap. recip.

2 † Item ⁊ secundo videtur ꝙ non valeat: eo quia talis vltima voluntas videtur ꝙ non habeatur pro perfecta: nam quando testator scribit eius voluntatem ⁊ non ostendit notario ⁊ testibus ⁊ morte preuentus vel alijs occupationibus detentus non ostendit testibus videtur volūtas imperfecta.quia prout dicit Joā.and.in additio.Spec.in titu.de fide instrumen.§.compendiose.in additione magna.col.penul.videtur quedam preparatio ad testamentum potius q̄ testamentū. et propterea videtur qd non valeat etiam ad pias causas: et dicitur fuisse opi.Oldra.in consilio.cxvij.incipi.titius condidit testamentum.⁊ Pet.de anch.in.c.ij.de testa. Et idem vult Pan.de ca. in consi.ccclxij.incipi.visa facti narratione.volens ꝙ id procedat etiam si testator dixerit ita sibi placere ⁊ qd ita faciebat. Et eadem

3 ratio militat in testamento inter liberos. † Nam etiam inter liberos testamentum imperfectum ratione voluntatis non tenet p.l. si is qui.ff.de testamen.in sui generalitate.et sentit ibi glo. in vltima solutione quam dat ad.d.§.ex imperfecto.et idē videntur ibi velle Bar.

velle Bar. Bal. ⁊ Ange. tranſeuntes cum dicta vltima ſolu. glo. et voluit glo. in. l. fina. C. fami. her. et ibi Gui. de cu. Bal. ⁊ Saly. ⁊ firmant Barto. ⁊ docto. in dicto. §. ex imperfecto. ⁊ Jmo. in. d. l. ſi is qui. 4 † Et ex his videtur ꝙ dictum teſtamentum etiam inter liberos minime valeat: coadiuuantur pꝛedicta quia in dicta ſcriptura non ſunt ſeruata ea que requiruntur in aut. qđ ſine. C. de teſtamen. que loquitur in teſtamento inter liberos: quia nõ ſcripſit teſtatoꝛ tempus pꝛout ibi requiritur limitando. d. §. ex imperfecto. ¶ Tamen his non obſt. contrarium puto de iure tenendum. Nã nulla ſolẽnitas requiritur in teſtamento inter liberos per. d. §. ex imperfecto. et. l. fi. C. fami. her. De iure enim gentium vel diuino non requiruntur aliqui teſtes ad ſolẽnitatem ſeu validitatẽ actus pꝛout videmus in contractibus ⁊ in alijs actibus ꝙ regulariter nõ requiruntur teſtes. Nam ſi vendo vel loco vel depono ſine teſtibꝰ valent dicti contractus dummodo appareant puta per confeſſionem vel ſcripturaꝫ cui a iure communi vel municipali adhibeatur fides: ⁊ hoc eſt clarum ⁊ indubitatum in iure: ſecus in teſtamentis in quibus teſtium pꝛeſentia requiritur ad ſolẽnizandum teſtamẽtũ al's non valent etiam ſi pars fateret̃ teſtm̃ eſſe ita factũ. Ex quo datur intelligi ꝙ dicta ſolẽnitas interuẽtus teſtium eſt de iure poſitiuo: quia diſpoſitio iuriſgentium volens qđ in oꝛe duoꝛum vel trium teſtium ſtat omne verbum. loquitur generaliter in quolibet actu vt. d. c. in omni. cum ſimilibus. Jta ꝙ ſi requirerentur de ſolẽnitate duo vel tres teſtes requirerentur in contractibus: ⁊ tamẽ ſecus eſt vt dictum eſt. Et qđ teſtamentum inter liberos ſine vllis teſtibus valeat voluit Jaco. de bel. in aut. de teſtamẽ. imperfec. et Bal. in aut. qđ ſine. C. de teſtamen. volunt ꝙ teſtamentum ſcriptũ manu teſtatoꝛis etiam ſine vllo teſte cum quibus tranſit ibi Rapha. firmat ibi Pau. de caſtro. Quod et videtur velle ſatis aperte Barto. in. l. fideicommiſſa. §. quotiens. de lega. iij. vbi Barto. no. dicit ꝙ ſi in libꝛo notarij reperitur cedula ſi non apparet in cedula qđ teſtamentum fuit factum coꝛam teſtibus ex illo teſtamento nil debetur nec poteſt publicari. Licet autem non valeat tamẽ pꝛobat ad multa et foꝛte ſufficeret inter liberos ſm eum qui dicit qđ glo. voluit contrariũ in. l. ſi is qui. de teſtamẽ. Sed reuera illa glo. in. j. ſolu. data ad. d. §. ex imperfecto. vult pꝛo non contra. in ſecunda autem ſolutione quam appꝛobant docto. loquitur de alia imperfectione: ſcilicet quia non compleuit teſtamẽtum: nam erat voluntatis vltra diſponendi q̃ diſpoſuerit: puta quia inſtituit filios cum hac conditione ⁊ non appoſuit conditionem vel moꝛte pꝛeuentus vel al's occupatus vel ex caſu ſuperueniẽti impeditus ſuperſedit in perficiendo. tunc enim volunt glo. ⁊ doc. qđ non valeat inter liberos. Non autem intelligatur quando nõ adhibuit teſtes vel non legit teſtamentum coꝛam teſtibus quo caſu voluit Bart. qđ valeret pꝛout etiam voluit Bart. in. l. in teſtamento. ff. de fideicõ. libe. pꝛout refert Jmo. ⁊ ſequitur in. d. l. ſi is qui ita. diſtinguẽs pꝛo concoꝛdia opi. ⁊ idem tenet Jmo. in. c. ij. ⁊ in. c. cum eſſes. de teſtamen. ⁊ Ponta. in ſimili in repe. aut. ſimiliter. C. ad. l. fal. in. xiij. pꝛiuilegio ſuper vltimis voluntatibus allegat not. per Dyñ. in. l. lucius. in pꝛinc. de mili. teſta. vbi dicit eſſe caſum ſingularem quem trahit ad piam cauſam. Licet ergo non legerit teſtamentum coꝛã teſtibꝰ dũmodo ſcripſerit vel ſcribi fecerit quicquid volebat diſponere valet teſtamentum inter liberos ⁊ ad pias cauſas: licet teſtes 5 defecerint pꝛout volunt pꝛefati doctoꝛes. † Nec obſt. dictum Jo. an. quia ſi verum eſt pꝛocedit in caſu ſuo in quo ipſe teſtatoꝛ fecit ſcribi id quod volebat diſponere coꝛam duobus teſtibus: oꝛdinauitq̃ cum illis ꝙ illa ſcripta daret̃ certo notario qui adhibito nũmero debito teſtium per eam conficere poſſet inſtrumẽtum. Et ſic apparebat ꝙ volebat adhibere notarium ⁊ teſtes Bar. ⁊ Jmo. nõ pꝛeſupponit hoc: nec hoc apparet in caſu noſtro: ⁊ ita etiã loquitur Pau. de caſt. in. d. conſilio incip. viſa facti narratione. fundãs ſe ꝙ teſtatoꝛ dixit ꝙ volebat differre ⁊ qđ mitteretur pꝛo teſtibus. ex ſequentibus enim apparet ꝙ tunc nolebat teſtari ſm eum. Et ita intelligit dictum Jo. an. pꝛeallegatum Pau. de caſt. in alio cõſilio qđ incip. ſup eo qđ queritur. numero. ccclx. Et ſic in caſu quo non apparet ꝙ voluerit adhibere teſtes: vult Pau. de caſt. ꝙ valeat tale teſtamentum inter liberos vel in piam cauſam. Jtem Jo. an. non loquitur inter liberos vel in piã cauſam. Et ſic eo caſu quo certum erat teſtamentum non valere. Et agebatur vtrum honoꝛati in pꝛimo teſtamento cenſerentur indigni tanq̃ non habẽtes voluntatem teſtatoꝛis. Eſt enim magis veriſimile qđ noluerit tũc teſtari quando teſtamentum ſuum eſt omnino nullum q̃ quãdo tũc al's valeret ſaltem in pꝛincipali parte teſtamenti pꝛout eſt heredis inſtitutio: pꝛout al's valet in caſu noſtro: ideo non mirum ſi in illo caſu interpꝛetatur ꝙ ſit quedam pꝛeparatio ad teſtamentum ⁊ nõ teſtamentum in quo concurrit qđ teſtamentum eſt de ſe nullũ qđ agitur de pꝛeiudicio eoꝛum qui ſunt honoꝛati in pꝛimo teſtamento. Jtem qđ ibi oſtendit velle adhibere teſtes quoꝛum nullum cõ- 6 currit in caſu noſtro. † Et ideo in caſu noſtro dicamus inter liberos valere iſtud teſtamentum quod apparet ſcriptum manu teſtatoꝛis: quia inter liberos ſufficit apparere quibuſcũq̃ inditijs: put dicit tex. in. l. fi. C. fami. her. quem tex. ponderat Jmo. in. d. l. ſi is q

ad hoc pꝛopoſitum. ⁊ Pau. de caſt. in. d. aut. qđ ſine. dicit ſufficere qđ appareat per comparationem literarum ⁊ cum eo tranſiui legẽdo illam aut. Et ſic decidit caſum noſtrum Pau. de caſt. ⁊ reſultat 7 etiam ex dictis Jmo. et alioꝛum qui ſupꝛa recenſentur. † Nec ob. qđ habetur in milite in. l. diuus. ff. de mili. teſta. vbi pꝛobatur qđ in teſtamento militis requiritur qđ interuenerint duo teſtes ⁊ rogati licet ſint ſublate ſolennitates iuris ciuilis ⁊ reducte ad iuſgẽtiũ per. l. j. eo. tit. cum ibi no. ⁊ ſimiliter idem videtur pꝛobari in. d. c. relatum. j. vbi in teſtamento ad pias cauſas qđ eſt redactuꝫ ad iuſgẽtium vt ibi in fi. requiruntur duo teſtes requiſiti vt ibi videtur pꝛobare tex. ibi duobus aut tribus legitimis teſtibꝰ requiſitis. Quia ad pꝛimum reſpondet in effectu Bal. in. d. aut. qđ ſine. qđ rogitus duoꝛum teſtium requiritur in teſtamento militis vt diſcernatur ꝙ ipſe miles pꝛoferendo verba que ſonant in teſtamẽtum ⁊ heredis inſtitutionem illa verba dixerit deliberare animo teſtandi et non iocoſe adulatoꝛie vel perfunctoꝛie in parentibus inter liberos pꝛeſumitur deliberatio. arg. l. nec in ea. de adul. quia naturalis ſtimulus vrget patrem ad cogitandum de liberis. l. amiciſſimos. §. fi. de excuſatio. tuto. ſm eum. Et qđ rogitus teſtium non requiratur in milite de ſolẽnitate ſatis pꝛobatur in. d. l. lucius. in pꝛinci. adeo qđ ſi doceretur vel per confeſſionem partis vel al'r ꝙ miles voluerit teſtari ceſſaret dicta ratio. d. l. diuus. ideo ceſſaret illud dictũ. d. l. diuus. argu. l. adigere. §. quãuis. de iure patro. ⁊. l. qđ dictum. ff. de pac. cum concoꝛ. et per. d. l. lucius. in pꝛinc. ⁊ ſil'r in teſtamentis ad pias cauſas tenendum eſt. Et ita al's conſului ꝙ non requirit̃ rogitus teſtium quicquid ſecus dixerit Ponta. in. d. aut. ſimiliter. ⁊ hoc per rationem tex. d. c. relatum. qđ ſe fundat in veteri teſtamento ꝙ non requirit rogitum teſtium nec requirit teſtes ad ſolẽnitatem actus: ſed ſolum ad pꝛobationẽ fiendã per teſtes vt. ſ. deductũ eſt. Nec ob. verbũ requiſitis: quia non loquitur de requiſitis vt intereſſent teſtamẽto: qđ patet quia referuntur illa verba requiſitis ad verbum tractetis pꝛecedens: qđ verbum refertur ad iudices: et eſt verbum futuri tempoꝛis: ⁊ tamen ibi teſtamentum erat factum de pꝛeterito. Et qualitas adiecta verbo intelligitur ſm tẽpus verbi. l. in delictis. §. ſi extraneus. de noxa. ⁊. l. ex facto. ⁊ ibi per Bart. de vulg. ⁊ pupil. ⁊. l. lucius. de mili. teſta. Et per ꝯſequens loquitur de teſtibus qui requiruntur tempoꝛe iudicij. ſ. ad pꝛobandũ teſtamentum vel vltimam voluntatem: ⁊ ſic requirit ille textus ad pꝛobandum teſtm̃ vel vltimã volũtatẽ duos vel tres teſtes: pꝛout dicitur in euangelio in oꝛe duoꝛum vel trium ſtat omne verbum: non autem pꝛopter dictam auctoꝛitatem tollitur aliud genus pꝛobationis. Et qđ non intelligatur requiſitis. i. rogatis tempoꝛe teſtamenti: patet quia ille text. loquitur non ſolum in teſtamento: ſed etiam in alijs vltimis voluntatibus: quia generaliter loquitur in relictis eccleſie non ſe reſtringens ad teſtamentum. Jn relictis autem etiam pꝛofanis non requiritur generaliter rogitus teſtium vt in. l. fin. §. in omni. C. de codi. abſonum autem eſſet dicere ꝙ maioꝛ ſolẽnitas requiratur in relictis pijs q̃ in alijs ⁊ contra mẽtẽ illius litere. Et ratio. d. l. diuus. ceſſare in relictis pijs etiam factis in teſtamento pꝛout Bal. in. d. aut. qđ ſine. dicit ceſſare quo ad liberos: quia non minus debet quis deliberare pꝛo aĩa q̃ pꝛo liberis cũ aĩa ſit ceteris rebus pꝛeferenda. l. ſancimus. C. de ſac. ſanc. eccle. cum ſimili. Ex quibus concludo ꝙ licet non interueniant teſtes: ſed ſola ſcriptura manu patris que non fuit oſtenſa teſtibus. Tamen valeat quo ad liberos: ex quo ex verbis ſcripture apparet ꝙ volebat illud eſſe ſuum teſtamentũ ⁊ non apparet qđ voluerit aliud diſponere. Nec obſt. d. aut. qđ ſine. ⁊ qđ. ſ. per eam in contrarium deductum eſt. Quia reſpondetur qđ dicta aut. pꝛocedit in teſtamento in ſcriptis in quo teſtamento in ſcriptis ſeruãda eſt foꝛma. d. aut. et limitatur. d. §. ex imperfecto. Sed in teſtamento nuncupatiuo: pꝛout eſt iſtud remanet non limitata diſpoſitio. d. §. ex imperfecto pꝛout voluerunt glo. in dictis iuribus. ⁊ Barto. in. d. aut. qđ ſine. et eſt communis opi. ⁊ ſeruatur in pꝛatica ita ꝙ in deciſiuis nõ eſt inſtandum. Nec regulariter ſcriptura pꝛiuata requirit inſertioneꝫ tempoꝛis. l. cum tabernam. ff. de pigno. ⁊ ibi Barto. ⁊ Bal. et per Bar. in pꝛoe. ff. in. ij. colũ. ⁊ in. l. j. §. huius ſtudij. de iuſt. ⁊ iur. ⁊. l. in iuriſgentium. §. qđ fere. ff. de pac. ⁊ Ant. de bu. in. c. inter dilectos. de fide inſtru. qui idem dicit de loco.

Laus deo.

¶ Summarium ſuper conſilio. cxix.

1 ☞ Sententia debet fieri ſm foꝛmam libelli.
2 Actiones ex dãno infecto quot naſcãtur: ⁊ an ſit ciuilis vel criminalis. nu. ſeq.
3 Actio vel iudicium quando ciuilis ſeu criminalis eſſe dicatur. nume. ſeq. et. 2.
4 Accuſans cenſetur pꝛoſequi publicum intereſſe lꝫ iudex incidenter faciat reſarciri pꝛiuatum.
5 Sententia lata inſtantia finita eſt nulla: quia ſine actis lata dicit̃.
6 Teſtium dicta ſunt ad concoꝛdiam reijcienda quãtum fieri poteſt etiam ſi verba impꝛopꝛientur.
Pars quandoq̃ ponitur pꝛo toto.
7 Factum in dubio pꝛeſumitur licite geſtum.

8 Argumentum de tempore ad locum valet.
9 Instrumentum notarij quod non habet locum et diem nō probat.
10 Assertio notarij in instrumento vel alterius partis an pbet. et numero. 9.

Consilium. cxix.

In nomine domini nostri Iesu christi. In causa accuse facte per Nicolam nigis bartotij et Guidonem frācisci ad querelā Mathei bartotij et fratris Leonardi de porcellis syndici monasterij sancti Benedicti contra Sanochium Angelum Iacobum Augustinum et Bettum super dāno per eos dato in quodam tenimento terre in accusa nominato et confinato essent plura vidē da circa merita cause: quia multi sunt testes hincinde deducti ad probandum cuius sit tenimentum de quo agitur an vez sit vel fuerit tpe dāni dati ipsorū querelātium an vo monasterij scti Petri: ad cuius conuētus instantiam dicti accusati et vtraqz pars produxit testes deponentes fm eorū intentionē. Tamē est aduertendū qd in hac causa nō principaliter agitur inter dictos quētus cuius sit dictum tenimentum de quo in accusa. Sed deducitur ad iustificandū querelā et accusam p vna parte et pro alia parte ad excusandum accusatos. Itaqz solum habet pronunciari super causa dāni dati pro vel contra accusatos et non inter monasterium sancti Petri et eius conuentū qui interuenit ad defensam accusatorū. Nam sententiari debet iuxta formā libelli seu accuse. arg. l. vt fundus communi diui. et c. licet hely. de symo. et cle. sepe. de verb. sig. Item est presupponendum q dicta cā est criminalis non ciuilis. Nā cōstat q ex dāno dato competit dānum passo duplex via vna ciuilis per actionē legis aquilie de qua in toto titulo ad. l. aqui. maxime in. l. item mela. §. legis aquilie actio. cum. ll. seq. et insti. eo. ti. in prin. et §. capite tertio. et silibus in quib9 dr q cōpetit actio aduersus dānum dantē. Nā actio ꝯcludit ad condēnationē de eo qd venit applicandum parti. l. si cui. ff. de verbo. sig. et no. Bar. in. l. agraria. ff. de termi. mo. allegans etiā ad hoc. l. iij. circa princi. de sepul. vio. et l. si qs id qd. iuncta quadam glossella. de iuris. om. iud. Itē qr dānū datū est delictū et obligatio ex eo resultans ex delicto et maleficio orit. l. ex maleficijs. in prin. ff. de ac. et ob. et insti. de obli. que ex delic. nascū. §. j. Et ideo de isto delicto cōpetit etiā via criminalis vt not. Bar. in. l. fina. ff. de priua. delic. et facit qd p eū in. l. fi. ff. de fur. Titulus enim de furtis tractat ad actionem furti que est ciuilis et competit furti prout in ti. de lege aquilia tractatur de actione ciuili que cōpetit parti: ideo prout pro furto competit et actio ciuilis pro pena applicāda parti. Ita et iudiciū criminale ad penā applicādā fisco ita pariter pro dāno dato cōpetit actio ciuilis p interesse dānum passi: et iudicium criminale p pena reipublice applicāda: et ista via est intētata qd ptz qr processum est p viam accusationis. accusatio autē cōuenit iudicio criminali: non autē iudicio ciuili: put notat Bar. in. d. l. agraria. et probatur qr in titulo de accusa. ff. C. et extra nūqz agitur principaliter de iure priuato: sed de interesse publico et in. ff. ponitur titulus de accu. in trac. de publicis iudi. Ex quo datur intelligi q accusatio principaliter psequitur publicum interesse: lz incidēter iudex faciat resarciri interesse priuatū: vt habetur in. l. solemus. §. latrūculator. ff. de indi. ad hoc quod not. dicit Bar. in. l. interdū. §. qui furem. ff. de fur. vbi etiā si dānum passus petit dānum dātem accusatū puniri et sibi dānum emendari videt intentatū solū iudiciū criminale et emēdatio dāni censetur deducta incidēter fm eum: multofortius qn solū accusat tertius ad id deputatus qui non pretendit ius aliquod sibi cōpetere nō pōt cēseri deduxisse actionē ciuilē que sibi non cōpetit sed parti ex iudicium ciuile regulariter fundatur in actione cōpetente prouocāti ad iudiciū. l. edita actio. C. de eden. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. l. nam postea. in princ. de iureiu. Ex quibus intrepide et absqz dubio cōcludendū est qd iudiciū intētatū est iudicium criminale non cā ciuilis: ideo dicti accusati nō possent condēnari etiam si cōstaret q eorū culpa dederūt dānum in bonis querelantiū: put deductū est in accusa. et prout conantur probare querelantes. Nam finita est instantia ex forma iuris municipalis. Nam disponit ius municipale q cause criminales debēt expediri per iudicē intra. xl. dies a die rūsionis. Et si ptās nō diffinit cām intra. v. dies post dictos. xl. dies ex tunc reus sit absolutus ab instantia auctoritate iuris municipalis. Sed prout mihi presupponitur sunt elapsi a die responsionis lōge vltra. xlv. dies. Ergo instātia est perempta. Dico prout presupponitur qr in scripturis ad me trāsmissis nō sunt descripta tempora actorū: finita aūt instantia non pōt ferri sentētia diffinitiua valida: qr fertur sine actis: ideo est nulla. l. prolatā. cum ibi nota. C. de sent. et interlo. oim iudi. et l. j. C. qn prouo. non est neces. fm lec. et rōnem Bar. Est ergo pronunciandū instantiam esse finitā et accusati veniunt absoluēdi ab obseruatione iudicij. Non est itaqz tractandum pro nūc cuius sit locus vbi fuit facta dicta incisio lignorū intētata in inquisitione. Circa qd esset opus longa discussione: nec in presentiarū mihi datur otium rimandi cuncta que venirent discutienda vnū animaduerto q dato q dictus locus vbi datum fuit dānum probaretur fuisse ipsorum querelantium: prout dicitur in accusatione: tamen constito q dicti accusati illud fecerūt ad instantiā monachorum asserentium esse monasterij sancti Petri venirēt accusati absoluendi diffinitiue si instantia non foret finita per nota. per glo. Barto. et docto. in. l. in rem. §. tignum. ff. de rei vendi. Item similiter est aduertendum q ex quo multi testes deponunt tenimentum de quo agitur fuisse possessum et possideri p querelātes et multi deponunt q fuit possessum et possidetur p monachos et monasterium sancti Petri ad quorū instantiam fuerūt incisa dicta ligna. Et nonnulli testes producti pro parte querelantium deponunt q monachi sancti Petri habebant certam partem seu certas terrarū ꝯtētarū i dicto tenimento: ideo videntur posse concordari q quilibet dicatur possidere illud tenimentū si partem eius possidet: quia pars ponitur qnqz pro toto: vt probatur in text. et glo. in. §. scire debes. lxxvj. dist. et xxiij. q. v. penale et in symbolo tertia die resurrexit: et dum veritas dixit et in triduo resurgeret. et facit. l. stichū. et qd ibi habetur. de leg. j. ita q dicti testes possent concordari q pars aliqua dicti tenimenti possessa fuerit ab vna parte et pars altera: quando eīm fieri potest testes sunt reducēdi ad cōcordiam etiam si verba impropriarentur. l. j. §. creditum. ff. si cert. peta. l. sed et si possessori. de iureiur. c. cum tu. et c. in nostra. extra de testi. et p docto. in dictis iuribus et sparsim in multis locis: et maxime ad absoluendum reos quibus iura multum fauent. c. fauorabiliores. et c. cum sint partium. de reg. iur. in. vj. maxime in penis euitādis. c. in penis. eo. ti. et libro. l. si preses. et l. interpretatione. de penis. Igitur si pars dicti tenimenti est fratrum sancti Petri nō est probata intentio accusantium seu querelantium: quia qn actus in tpe vel loco deducto potest fieri licite et illicite qui insurgit debet probare concludenter. l. qd factū fuerit tpe vel loco prohibito nam in dubio presumitur factū licite. arg. merito. ff. pro so. et arg. l. non solū. §. sed vt probari. ff. de noui ope. nū. p quē tex. dant hanc theoricā Bar. ibi et doc. ibi sequuntur. et facit glo. in. l. ij. C. de peti. here. et qd habetur in. l. eū actū. ff. de neg. gest. arguēdo de tēpore ad locum qd argumentū permittitur. l. vinum. ff. si certū pe. et l. fi. ff. de triti. Nec obstat si dicatur q testes repetiti dicunt q locus ille vbi partes asserueūt fuisse datum dānum erat monasterij sancti Benedicti et Matthei querelātium. Et lz nonnulli testes monachorū sancti Petri asserāt ꝯtrariū tū sunt lōge pauciores. Circa hoc posset instari an valuerit repetitio testiū facta ad instantiā partiū et etiā super his que impingitur dictis attestationib9 que inuestigatio esset prolixioris indaginis q detur in presentiarū tēpus et nō vr necessaria attēto q nō est diffinitiue pronunciandum ꝑpter instantiam peremptā vt. s. deductum est. Sed breuiter dico q illa assertio partiū quā notarius attestatus non nocet hoc casu ex pluribus. et primo qr illa scriptura notarij non pbat assertionē non hz locū neqz diē: non eīm dicit qn vel vbi asserverūt ptes: lz enim dicatur de loco vbi testes deposuerūt: nō tū asserit notarius vbi partes asseruerūt. itē nō declaratur vbi esset locus differentie: et sic per illā assertionē notarij in loco differētie vt partes asseruerūt nō certificat ipse loc9: qr nō apparet vbi esset ille locus et instrum notarij non pbat si nō hz insertū diem et locū glo. in. l. generali. de tab. li. x. et in auf. vt prepo. nomen imperato. in spe. de instru. edi. §. ij. versi. post inditionem: et eo. titu. §. instrumentum. versi. item qd non est. et versi. item pro tabellio. in fi. et per glo. et Barto. in. l. ij. §. idem labeo in quarta oppo. de aqua plu. arcen. et in proemio ffor. et per Bal. in. l. contractus. de fide instrumen. Item non probat illa assertio que persone partium id asseruerint ex vna erūt Mattheus et monachi sancti Benedicti ex altera parte erant plures accusati: item erant monachi sancti Petri qui pro eorum interesse assumpserāt defensionē accusatorum: et dicta scriptura notarij verificatur si monachi sancti Petri id asseruerint vel si aliqui ex dictis accusatis id asseruissent et non alij: nam tunc verū esset partes illud asseruisse: licet non omnes asseruerint: et tamen non preiudicaretur alijs nō asserentibus: quia res inter alios acta et c. per iura vulgaria ex quo apparet q illa scriptura non concludit q Angelus petri id asseruerit: quia potuerūt alij asserere et non ipse. et ideo potest dici in quolibet alio ex quinqz inquisitis dato q appareret per illā scripturā q aliqui ex eis illud asseruerint: tū satis est si non appareret de quib9. l. duo sunt titij. de testa. tu. et l. si fuerit. de reb. dub. Et probatio dubia nō releuat. c. in presentia. de proba. l. certum. de confes. l. nō hoc. C. vnde legi. Itē forte qlibet pars id asseruit in absentia alterius partis. ad hoc enim vt confessio releuet requiritur q fiat in presentia partis. l. certum. §. si quis absente. de confes. et. l. fi. de interroga. acti. ex quibus deducitur qd depositiones repetite non haberent prodesse ad victoriam etiam si instantia non esset finita.

Laus deo.

Summarium super consilio. cxx.

Restitutioni bona iacentia an possint a filio granato illa restituere hypothecari p dote vxoris sue vt in casu dotis restituēde videatur mulier preferri substituto. per totum.

Dotis

1 Dotis restituende causa omnia mariti bona tacite sunt hypotecata.
2 Hypotecam generalem et specialem habens simul potest creditor prosequi specialem si vult vt preferatur ceteris habêtibus tantum generalem in speciali.
3 Alienari an possunt res quas quis tenet sub conditione.nu. seq. per totum.
4 Conditio casualis retrotrahitur.
5 Dotis causa restituẽde mulier habet priuilegiũ prelationis respectu creditorum etiam anteriorum.fallit in dote confessata.
9 Dos confessata ⁊ nõ numerata repetitur a marito lapso tempore exceptionis dotis caute ⁊ non numerate.
7 Legitime loco succedunt alienata vsq; ad cõcurrentẽ portionem.
8 Hypotece ius dicitur resolutum iure tamen actoris resoluto.
6 Alienatio grauato filio permittitur vsq; ad legitimam vel trebel. que debentur absq; onere.nu.7.

¶ Consilium.cxx.

In nomine domini nostri

1 Jesu christi. ¶ † In hac consultatione videtur prima facie dicendum qđ dicta domina vxor dicti Christophori possit petere dicta bona que remanserunt in bonis dicti Christophori nõ alienata. Nam pro dote restituẽda sunt obligata a lege tacite omnia mariti.l. vnica.§. et vt plenius. 2 C.de rei vxor.acti. † et arbitror quod expresse in contractu dotali obligauerit dictus Christophorus omnia bona prout fieri solet in singulis instrumẽtis: ⁊ creditor habens generalem hypotecam potest quãcunq; rem sibi obligatam persequi.l. creditoris arbitrio.ff.de distrac.pigno.⁊.l.ij.C. de pigno.argu. sumpto a speciali. et notat ibi Barto. Et prefertur ceteris creditoribus.l. assiduis. C.qui potio .in pig.hab. Cum itaq; dicta bona essent dicti Christophori tempore dicti contractus dotalis in consequentiam videtur quod dicta bona sint obligata pro dicta dote dicte mulieri. 3 et per consequens possit illa petere hypotecaria actione. ¶ † Tamen non obstantibus contrarium puto de iure respondendum. Nam aduertendum est qđ dicta bona hereditaria erant subiecta restitutioni post mortẽ dicti Christophori casu quo decesserit sine liberis que conditio euenit ⁊ res subiecta restitutioni nequit alienari: neq; hypotecari vel pignorari. Adeo q̄ si legatum vel fideicõmissum est purum ab initio non valuit alienatio; vel hypoteca vel pignus.l.fina.§.sed quia nostra.et si legatum vel fideicõmissum est conditione pendente alienatio pignus vel hypoteca tenet. Sed conditione existente et purificata alienatio pignus vel hypoteca irritatur vt ex retro adeo qđ est perinde ac si ab initio fuissent nulla: vt eadem.l.fina.§.si autem sub conditione: et per hoc videtur quod dicta bona non sint hypotecata amplius pro dicta dote 4 ex quo purificata fuit conditio fideicõmissi. † Item conditio casualis retrotrahitur.l. qui potio.⁊.l.qui balneum.ff. qui potiores in pigno.habe. adeo q̄ si hypotecata est res sub cõditione casuali et pendente conditione est res eadem alteri hypotecata pure si postea cõditio eueniat prefertur in hypoteca ille cui fuit sub conditione casuali hypoteca licet postea eueniat conditio vt dictis 5 iuribus. † Nec obstat qđ mulier in dote habet priuileginm prelationis quia prefertur ceteris creditoribus etiam anterioribus.l. assiduis.C. qui potiores in pigno.habe. quia respondetur qđ illa lex procedit in dote data et sic vere numerata non in dote confessata prout vult glossella notabilis in dicta.l.assiduis. et licet Bar. in dicta.l.in assiduis.⁊ in.l.si ita stipulatus.§.grisogonus.de verb. obliga.dicat illam glo.procedere si sumus intra tempora concessa ad opponendum exceptionem non numerate pecunie al's secus per.l.si.et auť. ibi positam.C. de non numera.pecunia ſm eum qđ videtur destruere illam glos.d.l.assiduis.quam non ob.dicto Bar. sequuntur Bal.Ange.et Jmo. in.l.j.ff.solu.matri. nisi creditores anteriores peterent similiter creditum confessatum. et idem vult Ange.in dicto.§.grisogonus.idem videtur velle Bald. licet multum clare in dicta.l.in assiduis.⁊ in rubrica.C.de priuileg.dotis.et 6 idem vult Ponta.in.v.l.j.ff.solu.matri. † Nec glo.per quã se fundat Barto. videtur vrgere quia aut loquimur quo ad hoc vtrum possit repeti dos confessata et repeti potest ac si probaretur data postq̄ sunt elapsa tempora ad opponendum exceptionem nõ nu. dotis. et ita procedat dicta glo.d.l.fi.de dote nu. non nu.aut quo ad hoc vt preferatur creditoribus anterioribus et non loquatur illa glos.sed glos.dicta.l.assiduis.prout hec responsio sumi potest ex dictis Bald.in dicta.l.assiduis. licet iste articulus in alijs terminis sit dubius et indigeret latiori discussione: tamen in terminis nostris redditur clarus per alia.s̄.deducta ⁊ etiam per id quod habetur in auť.sed iam necesse.C.de dona.propter nup.vbi est tex.q̄ augmentum dotis factum constante matrimonio in rebus mobilibus presumitur factum in preiudicium creditorum et sic in fraudem ⁊ est presumptio iuris ⁊ de iure ita q̄ non admittitur probatio in contrarium prout ibi docto.cõmuniter omnes concordant. et per glo.in corpore.d.auť.videlicet in titu. de equali.do.§. aliud collatione.vij.super verbo priuilegium nisi per cõfessionem aduersarij vt not.per glo. singularem in corpore. in dicto.§. aliud super verbo. si autem scribat et idem a paritate rationis volunt Cyñ. Barto.Saly.ibi quod et cõmuniter tenetur magis enim de facili potest fieri fraus cõfitendo se recepisse pecuniam in dotem quam faciendo argumentum dotis in rebus mobilibus vt patet ad sensum: est ergo maior ratio ergo idem ius. autentica multomagis. C.de sacrosan.eccle.⁊.l.illud.ad legem aquil.cum concordan. Et licet ille tex.d.auť.sed iam necesse et in corpore loqui videatur in creditoribus anterioribus prout et ibi declarant docto. tamen procedit etiam quo ad creditores futuros prout ibi dicit glo.fi. cum qua glo.simpliciter transit ibi Cynus ⁊ etiam Bald. videtur cum ea transire. tamen Barto.et Salyce. eam intelligunt procedere si concurrunt etiam inditia que satis videntur cõcurrere in casu nostro ex quo alienauit postea maiorem partem bonorum suorum. argu. eorum que habentur in.l.omnes.§. lucius.ff. que in fraud. 7 credi. † Preterea creditum istud istius fideicõmissi habuit originem retro cuius respectu ipse substitutus videtur censendus creditor anterior: quia conditio retrotrahitur vt dictum est et poterat de eius preiudicio tempore confessionis cogitari: et sic fieri in eius fraudem prout in preiudicium aliorum creditorum anteriorum cum aduersum eum indigeret priuilegio quod expresse tollitur per.d.auť.cessante. Et ideo videtur quod dicta confessio non preiudicet dicto substituto per dictam rationem et rationem primo loco.s̄.adductam: et ideo quia si dicta confessio non fuisset facta ad dictum substitutum spectarent dicta bona non alienata: quia alienata computarentur in legitima.argu.l.marcellus.§. res que.ff. ad trebellia. que licet loquatur in trebellianica tamen ratio que ibi assignant maxime per Barto. militat pariter in legitima ⁊ facit auť.res que.C.communia de lega.vbi permittitur alienatio vsq; ad legitimam que licet loquatur in causis priuilegiatis tamen non consistit priuilegium vsq; ad concurrentem quantitatem legitime: et si computatur in legitimam heredis remanet residuum apud substitutum et in residuo resoluitur ius heredis 8 qui hypothecauit † et resoluto iure auctoris resoluitur ius hy- 9 potece.l.lex vectigali.ff.de pigno.⁊.l.grege.§. statu.eo.titu. † Cõcludo itaq; ex iam dictis quod dicta vxor non habet hypotecam in istis bonis non alienatis saltem pro duabus tertij: nam in illis non valuit hypoteca per.d.l.fina.§. si autem sub conditione communia de lega.in tertia autem parte est magis dubium: quia in illa reijcitur omne grauamen ab ipso initio.l. quoniam in prioribus.C.de inofficioso testamen. et propterea non censetur relicta: et idcirco potuit alienari dicto.§. res que.et.d.auten. res que.⁊.l. filium quẽ habentem.C. familie hercisců. Et fortius potuit illam tertiam partem pro sua legitima sibi competentem hypotecare et hoc clarum: videtur ideo quod quãlibet rem haberet vxor pro illa rata hypotecatam cui nõ videtur preiudicatum per illam alienationem: tamen salua meliori sententia puto q̄ si bona alienata ascendunt ad quantitatem legitime maxime si etiam ad quantitatem dotis: si dos illa fuisset vltra legitimam dicta mulier non habeat regressum ad dicta bona nõ alienata attenta presumptione fraudis et attento quod est resolutum ius hypotecantis per supradicta.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cxxj.

1 ☞ Clausula sub quacunq; forma verborum ⁊ contractuum quid comprehendat.
2 Alienatio an censetur ex obligatione vbi est prohibita alienatio cum clausula de qua.nu.1.⁊.7.⁊ per totum.
Ratio generalis quandoq; ampliat regulat ⁊ restringit.
3 Juramentum minoris an validet contractum alias inualidum et quando tollat remedium resti.in integ.nu.seq.⁊.10.ac per totum.
4 Restitutionis in integrum remedium an tollat iuramentũ minoris seu maiorem annis.xxv.asserentis.
Nullitas que descendit a iure cõmuni an tollatur iuramento minoris.nu.seq.
5 Legatus statuere non potest contra ius cõmune.
6 Constitutiones iurium correctiue sunt pro posse restringende.
7 Rubrica generalis restringitur verbis nigri specialibus.nu.seq.
8 Pluralitas dominorum numero est constituta.
Argumentum a contrario sensu valet etiam ad probandam coniecturam voluntatis disponentis.
9 Constitutio vel argumentum que de vno disponit in alio negat.

¶ Consilium.cxxj.

In nomine dñi nostri Jesu

1 christi. ¶ † Videtur in hac consultatione prima facie dicendum q̄ dictus contractus non valuerit ea ratione quia contractus minorũ nõ valent sine solẽnitatibus in dicta cõstitutione cõtentis cum cõstitutiones prouinciales sint vt intellexi in viridi obseruãtia. Et forte prout creditur fuerunt a summo põtifice confirmate ⁊ verba dicte cõstitutionis videntur multum lata que videntur comprehendere omnem speciem contractus per illa

verba sub quacūq; forma verborū ⁊ contractuū que verba nullam formā verborum contractuū excipere videntur. c. solite. de maio. ⁊ obe. cañ. si romanorū. xix. dist. l. iulianus. de leg. iij. preterea sub verbo vēditionis cōprehenditur omnis cōtractus. l. statu liber a ceteris. §. quintus. ff. de statu liber.

2 † Preterea ⁊ tertio est generaliter prohibita alienatio quarūcūq; rerum: sed ex obligatione causatur alienatio quia pro obseruātia obligationis cogetur soluere. ⁊ cōsequenter a se abdicare pecuniā vel bona sua idcirco videtur sub illa prohibitione alienationū cōprehendi iste casus quia qui vult cōsequens videtur velle suū antecedens. l. illud. de acqui. heredi. et. l. ij. ff. de iurisdi. om. iudi. cum si. iuuat etiā ꝑmissa generalis ratio que premittitur in prin. cōstitutionis ibi vt minorum facilitati modis omnibus cōueniētibus ⁊ expediētibus succurratur que generalis ratio militat in hoc cōtractu ꝓut in alijs ⁊ maxime quia dicit modis omnibus et sic loquitur per vniuersalē omnibus cuius natura est nihil excludere. l. iulianus. de leg. iij. ⁊. c. solite. circa si. de maio. ⁊ obe. item subditur ne in eorū cōtractibus ⁊ negotijs leuiter dānificari valeant siue ledi: que etiā ratio militare videtur in hoc cōtractu prout in alijs ⁊ ratio generalis ampliat regulat ⁊ restringit dicta. l. illud. ad. l. aqui. l. ꝙ dictū. de pac. cum multis si.

3 † Conferunt etiā generalia verba rubrice que forma sit seruāda in alienationibus ⁊ cōtractibus minorū ⁊ per hec videtur tolli fundamētū iuramenti de obseruādo cōtractū. ⁊ ꝙ habetur in aut. sacramēta pube. C. si aduer. ven. ⁊ in. c. cum cōtingat. de iureiurā. in generali ratione sui. ⁊. c. q̄uis. de pact. in. vj.

4 † Nec videtur obstare iuramentū quo iurauit se maiorē. xxv. annis. quia licet dictū iuramētū tollat remedium restitutionis iuxta tñ distinctionem quā facit tex. in. l. si alterius. C. si minor se maio. dixerit: tamē nō videtur ꝙ tollat nullitatem que descēdit a iure cōmuni prout videtur velle gl. in. d. l. si alterius sup verbo sacramēti. ⁊ firmat ibi Pau. de cast. ꝙ ⁊ videtur disputando determinare Nico. de mat. quem refert Jo. and. in addi. specu. in ti. de sentētia. §. vt aūt. ⁊ in ti. de resti. in integ. §. ij. in scda parte specu. ꝙ ⁊ videtur velle Cy. in. d. l. si alterius. dicēs in vltima oppo. ꝙ aut. sacramēta. C. si aduer. ven. non corrigit. d. l. si alterius qm̄. d. aut. sacramēta pube. loqtur in iuramēto de futuro. d. aut. l. si alterius loqtur in iuramēto de ꝑterito ⁊ sic vult ꝙ iuramentū de preterito quo minor iurat se maiorē nō validet cōtractū prout validat iuramētū de futuro. s. quo minor iurat se seruaturū cōtractū. et per cōsequēs neutrū iuramentū videtur iuuare dictū contractū probata minori etate nō istud quo iurauit se maiorē ꝓpter ꝓxime dicta nec illud de obseruādo cōtractū propter cōstitutionē prouincialem pōderatā: vt. s̄.

5 ¶ † Tamē his nō obstātibus cōtrariū arbitror de iure rñdendū ante omnia premitto ꝙ legatus non pōt statuere aliqd cōtra ius cōmune. ar. l. formā. C. de offi. ꝑfec. illiri. inferior em̄ non pōt tollere legē superioris. c. cum inferior. de maio. et obe. nota. glo. cōiter singularis. in. c. si. de hereticis. li. vj. et glossella quedā. in cle. sepe. in prin. de ver. sig. quas glo. doc. cōiter sequūtur in dictis iuribus. sup hoc tamē nō facio magnū fundamentū: quia forte est in viridi obseruātia ꝓpter cōfirmationē factā forte a superiori nō in forma cōmuni: sed presupposita cōstitutionis firmitate idem cōcludendum duxi. s. ꝙ dictus cōtractus obligationis dicti Petribenedicti valeat et teneat etiā si probaretur ꝙ fuerit minor tēpore cōtractus nam cōstat ꝙ de iure cōmuni iste cōtractus teneret per. d. aut. sacramēta pube. ⁊ in. c. cum cōtingat. de iureiu. in ratione sui. ⁊. c. q̄uis. de pac. lib. vj. simul. in generali ratione sui. Itē cōstat qd̄ iuriū correctio summopere euitāda vt omnes clamāt ad hoc. l. precipimus. de appel. C. ⁊. l. ius singulare. ⁊. l. ꝙ vero cōtra. ff. de. ll. ⁊. c. cum dilectus. extra. de cōsue. cum si.

6 † Ita ꝙ cōstitutiones iuriū correctiue sunt pro posse restringende. l. si preses. ⁊. l. interpretatione. de penis. ⁊. c. statutū. in prin. de elec. lib. vj. cum cōcor. itaq; attēto ꝙ dicta cōstitutio est correctiua. d. aut. sacramēta puberū. ⁊ cōtra generalem rationē. d. c. cum cōtingat. ⁊. d. c. q̄uis. ⁊ imponat penā cōtrahenti cum minore nō seruāti dictas solēnitates multas quas requirit dicta cōstitutio: ideo dicta cōstitutio est plurimū restringēda vt minus corrigit ius cōmune et pene moliātur vt decet per predicta. Est ergo aduertendū ad verba dispositiua dicte cōstitutionis ⁊ illa sunt pōderanda ⁊ nō extēdenda cōstitutio vltra quā verba sonent que verba si diligēter animaduertūtur nō cōprehendunt nisi donationes venditiones remissiones cessiones ⁊ quietationes in casu isto nulla est donatio nulla venditio non cessio non remissio nec quietatio. nihil em̄ cessit: quia nullū ius nullāq; actionem habebat que ad rem illā sup qua cōtraxit ꝑtineret nec quicq̄ remisit vel quietauit vt de se cōstat. neq; vēdidit: deficit em̄ preciū ⁊ res vēdenda vt planū est. nec donauit: quia Petrusfranciscus per sequatur cōsequi suū ⁊ causa deducta non tendit in donationē: sed in quādā cautelā ⁊ securitatē sui crediti: quia forte dictus Petrusfranciscus instabat pro retrahendo suo credito ⁊ vt sileret verisimiliter fuit deuētū ad dictū cōtractū forte dolose animo postea recusandi cōtractū seruare prout hodie fit qr vt dicitur dictus Petrusbenedictus ꝓfitetur se nolle seruare pretēdens se nō teneri vigore dicte cōstitutionis: nō fuit ergo donatio nec causa donationis ꝓsumitur. l. cum de indebito. de ꝓba. ⁊. l. si cum aurū. de solu.

7 † Nec fuit alienatio: quia ex illo cōtractu nō abdicauit a se aliquod dominiū et sic nihil fecit alienū: sed solum se obligauit ad omne id et totum ad qd̄ obligatus erat dictus Petrusfranciscus propter hoc nihil alienauit vt est notissimū. ⁊ licet pro obseruatione dicte obligationis posset sequi alienatio rei sue: tamē non necessario erat sequenda alienatio: nam poterat seruari soluendo de bonis dicte societatis pertinentibus ad dictū Perfranciscum ratione societatis contracte cum Augustino prout satis est verisimile ꝙ factum fuisset si dictus Augustinus non arripuisset fugam ⁊ fefellisset. item ipse se obligabat pro debito Augustini poterat contingere liberatio cōpellendo iuris remedijs dictū Augustinū vt satisfaceret. item poterat liberari acceptilatione ⁊ alijs vijs absq; eo qd̄ quicq̄ suarum rerū alienasset: itaq; ista obligatio nō est necessarium antecedens alienationis rerū minoris: ideo cum nō sit alienatio nec promissio de alienando nec necessarium antecedens alienationis infertur ꝙ non venit appellatione alienationis ex quibus deducitur ꝙ dicta verba dispositiua dicte cōstitutionis non cōprehendunt casum nostrum. Nec obstant illa verba sequentia quarūcūq; rerum actionū et iuriū: quia reguntur ⁊ determinātur a verbis precedentibus donationes venditiones alienationes cessiones ⁊c. ⁊ sic cōprehendit donationes quarūcūq; rerum ⁊c. venditiones quarūcūq; rerū ⁊c. et pariter prout referūtur ad sequētia verba accusatiui casus similiter alia verba sequētia videlicet sub quacūq; forma verborū ⁊ contractuū. s. fiant alienationes cessiones remissiones et quietationes a dictis enim verbis accusatiui casus regūtur dicta verba sequētia et determinātur al's rectum sensum nō haberent vt recte intuenti euidēter apparet itaq; dicta verba sequētia vniuersalia nihil bene obstare.

7 † Nec etiam generalitas rubrice que forma sit seruanda in alienationibus ⁊ cōtractibus minorū: quia pōt respōderi pluribus modis. vno modo ꝙ loquatur generaliter de forma que sit seruanda in alienationibus ⁊ contractibus. i. copulatiue in alienationes que ex cōtractibus descēdūt: ita ꝙ sit alienatio ⁊ cōtractus. omnes em̄ species contractuū qui exprimūtur postea in cōstitutione sunt species alienationis: nam venditio tendit in alienationem ⁊ cessio alienat actionē quam cedit ⁊ sic de alijs secundo ꝙ dicta generalis locutio restringatur per specialia verba nigri: nam precedētia declarantur per sequentia. l. si seruus pluriū. §. fi. de leg. j. ⁊. l. heres palam. §. sed si notā. ff. de testa. maxime cum illa verba nigri sint verba disposita ⁊ verba rubri sunt de se nihil importātia nisi per relationem ad verba dispositiua ⁊ ad illa habēt necessariā relationem: ideo decet ꝙ ab illis determinētur ⁊ moderentur.

8 † Insuper verba indefinita pluralis numeri satis habent si verificātur in duobus. l. inter illam. in fi. de verbo. signi. ⁊ in regula pluralis locutio in. vj. et in. l. vbi numerus. ff. de testi. idē indefinita de rigore nō equipollet vniuersali: sed ex humanitate: vt est tex. in. l. seruitus. ff. de serui. vrba. predi. ⁊ Bal. ⁊ Rapha. ibi ⁊ Petrus de bellapertica ⁊ Bar. ⁊ Imo. in. l. si pluribus. de lega. ij. Sed in casu nostro nō videtur humanitas ꝙ per istam cōstitutionē corrigatur in quolibet cōtractu ius cōmune: item in quolibet cōtractu irrogetur pena cōtrahenti cum minore humanitas ⁊ benignitas est ꝙ pene restringantur nō amplientur dicta regula in penis. in. vj. ⁊. d. l. si preses. ⁊. l. interpretatione. de penis. item tūc indefinita equipollet vniuersali quādo est eadē ratio ⁊ cōditio omniū contentorū sub vniuersali al's secus vt no. glo. in. c. vt circa. de elec. lib. vj. ⁊ in. d. l. si pluribus. et concordant docto. in dictis iuribus: sed species cōtractuū que sunt nigro cōstitutionis expresse omnes directo tendūt in alienationes: ideo alie species cōtractus non sunt eiusdem conditionis que directo ⁊ principaliter nō tendunt in alienationē rerū minoris nec videtur eadem cōditio ex mente cōstitutionis que a contrario sensu secus vult in alijs speciebus contractuū. s. ꝙ in alijs nō requiratur tanta solēnitas ꝙ argumentum a cōtrario sensu est fortissimū in iure. l. j. §. huius rei fortissimum et argumentū est. de offi. eius cui man. est iurisdi. ⁊ prebet coniecturam voluntatis disponentis. l. apud antiquos. C. de furtis.

9 † Cōcurrit ad idem argumentū constitutio que de vno vel aliquibus dicit in alijs negat: et si aliqua precipit alia prohibet. l. si quis ex argentarijs. §. prohibet. ff. de eden. l. cum pretor. in princi. ff. de iudi. ideo in cōtractibus non expressis denegat constitutio requirit dictas solēnitates ⁊ maxime ad euitandū tantam iuriū correctionem et moderandam constitutionem correctiuam ⁊ penalem per iura vulgaria ⁊. s̄. adducta. Et per hec respondetur etiam ad rationē que videtur assignari in principio constitutionis maxime quia illa est multum generalis que loquitur in contractibus ⁊ negotijs. Si enim extenderetur dictum generaliter ad casus in quibus posset adaptari dicta ratio militaret in testamentis et in alijs vltimis volūtatibus in iudicijs ⁊ in alijs actibus que omnia sunt negatiua otij ⁊ veniunt sub verbo negotijs: tamē esset absonum ⁊ penitus alienum a ratione ⁊ mente cōstitutionis: ideo standum est verbis dispositiuis videmus al's ne fiant fraudes requiritur in donatione insinuatio. l. data. C. de dona. et tamen verbis legis dispositiuis statur que eam requirit in donationibus excedentibus summam. ccc. aureorum. l. sancimus. in princi. eo. titu. vel hodie. ccccc. aureos. l. si quis pro redemptione in. §. fi. eo. titu.

Item

Item ratio.l.cum hij.in prin.ff.de transac.s.q pro modico psenti de facili remitteretur magnum quid de futuro est generalis ad alimenta et ad alia et tamē quia cōstitutio ppter dictam rationē inhibebat transactionē in alimentis nō trahitur ad alias trāsactiones similiter possem dicere circa dispositionē.l.de his.ff.eo.titu. iūcta glo.licet ratio nō sit ibi expressa:tamē quādo vnica ratio assignari potest habetur pro expressa. dicit Bal.in.l. q̄uis simpliciter.C.de fideicōmis.et in.l.maximū vitiū.C.de libe.prete. Iste enim rationes adeo generales nō decet q extēdant dicta specialia maxime correctiua iuriū et penalia fundātur em̄ tunc iura potius in auctoritate quā in illa ratione nimis generali nec ratio tūc videtur disponere de lege itaq succedūt aurea verba Baldi in.c.j.§.si decedenti qui feu.dare possunt dicētis q qn̄ ratio disponit de lege attenditur ratio non dictū quādo vero lex disponit de ratione attenditur dictū nō ratio s̄m eum intelligo rationē tunc disponere de lege qn̄ ratio ad id astringebat vt in terminis.l.q dictum.de pactis.l.scire oportet.§.sufficit.de excus.tuto. q nō cōtingebat in casu huius cōstitutionis. Nec obstant illa verba modis omnibus: quia restringūtur per verba sequētia cōuenientibus et expediētibus:nō enim visum fuit modus conueniens et expediens puidere generaliter.sed solū in casibus qui sequūtur in cōstitutione.s. sup donationibus venditionibus alienationibus &c.† Ex his itaq videtur cōcludendū qd dicta cōstitutio nō trahitur ad hūc casum et per cōsequēs remanet ius cōmune q nō mutatur quare ergo stare phibetur.l.sancimus. C.de testa.et sunt sublata que in hac parte adducta fuerūt in cōtrarium.Sumus ergo in terminis iuris cōmunis quo iure res est clarissima.s.q dictus cōtractus est firmatus iuramēto dato q al's nō valeret ppter iuramentū de obseruādo contractū:quia casus in.d. aut.sacramenta pube.et faciunt.d.c. cum cōtingat.et.d.c.q̄uis. nec debet dictus Petrusbenedictus absolui a iuramēto per tex.in.d. aut.sacramenta pube.in verbo inuiolabiliter &c.put videtur velle Bar.in.l.si quis pro eo.ff.de fideius.quia quarto suo membro.s.qn̄ contractus reprobatur odio creditoris recipientis iuramentum: licet non firmet contractum: tamen obligat iurantem et in quinto mēbro.s.quādo fauore iurantis vitiatur contractus simpliciter dicit q iuramentum firmat contractū et de absolutione nihil dicit et doct.vbiq cōmuniter omnes in his transeunt cum dictis Bar.ita qd videntur idem velle prout et hoc pōderat Imo.in.d.c. cum contingat.vbi ipse et Panor.col.xxv. dicunt idem velle Archi. in terminis.d.c.q̄uis.et.d.c.cum cōtingat ponderantem verbū omnino positum in.d.c.q̄uis.et idem.s.q nō possit iurans absolui in terminis.d.c.q̄uis.et.d.c.cum contingat.et.d.aut.sacramenta puberum. tenent do.Anto.Imo.et Panor.in.d.c.cum cōtingat. et insuper si forte vel imperitia iudicis ecclesiastici vel ex gratia absolutio cōcederetur vide Ang.in consilio suo q incipit domina Catherina de quo late dixi. in aut. sacramenta pube. in verbo inuiolabiliter.in vij.charta vt etiam in.viij. Itaq in casu nostro licet iuramentum relaxaretur per absolutionē a iuramento remaneret cōtractus validus siue al's de se validus siue iuramēto validatus restitutio autē in integrum clare est sublata per aliud iuramentū de preterito corporaliter prestitum per.d.l.si alterius.in fi.q iuramentū non obligat: quia nō tendit ad obligandum aut enim iurauit verū et tunc non cadit absolutio.quia nō est ligamen aut iurauit falsum:et tūc iam incidit in periurium nec ligatur amplius iuramento qd est de preterito non respiciens quicq in futurum: sed est absoluendus a reatu periurij:ita q elusoria esset absolutio a iuramento predicto quo iurauit se esse maiorem.xxv. annis et est aduertendū qd iuramentum huiusmodi corporaliter prestitū per minorē tollit omne remediū prout dicit tex.in.d.l. si alterius.in fi. ibi nullum tibi sup esse auxilium et sic loquitur per vniuersalem nullū cuius natura est nihil excludere cañ.si romanorum.xix.distin.et sic dicta vniuersalia verba videntur includere etiam auxiliū nullitatis causate ratione minoris etatis et glo.ibi.s̄.in cōtrarium adducta loquitur in iuramento verbotenus nō corporaliter prestito vt patet ex principio ipsius glosse et ex relatione ad tex.sup quo est posita: et ita possunt intelligi Rapha.et Pau.ibi qui eam sequūtur.et Ioā.and.velle de iure cano.et transit ita q auctoritas Ioan.and. nihil est et questio Nico.de mat.nō loquitur in iuramento corporaliter prestito in locis.s̄.in contrariū allegatis nō reperio q quicq firmet in iuramento corporaliter prestito:quinimmo nec in simplici iuramēto: nam licet primo referat Nic.de mat. qui illud innuit tamē refert postea Iaco.de.belui.contrariū velle. Nec dictum Cy.s̄. in contrariū relatum obstat quia aut. sacramenta puberū. de qua opponit non cōtrariatur fini dicte.l.si alterius.immo cōcordat cum fine qui loquitur de iuramento corporaliter pstito cum vterq tex.denegat auxilium licet.d.aut.nō loquatur de iuramento corporaliter prestito: sed generaliter: sed cōtrariatur precedenti respōso.d.l.si alterius. qd concedit restitutionem. item vbi iuramentum est verbotenus prestitum et sic negatur q Dy.sentiat id quod in cōtrarium dicebatur:quicquid autē sit in isto iuramento quo iurauit se maiorem xxv.annis satis est q de iure cōmuni valet iste contractus etiam si non iurasset se maiorem per supradicta. Laus deo.

Summarium super consilio.cxxij.

1 Instantia iudiciorū an et qn̄ transeunt de vno iudice ad aliū.
2 Hypotecaria actione an possit agi cōtra tertiū detentorē.nu.seq.
3 Hypotecaria actio vt creditori cōpetat oportet q debitor hypotecas habuerit et rei hypotecate dominium seu quasi.
4 Testis de auditu non probat nec si deponat per sensum corporis absq redditione cause sue sciētie etiā si super ea nō interrogetur.
5 Probatio dubia non releuat.
Possidere non possunt plures insolidum eandem rem.
6 Testis qui deponit q possedit vsq quo bona fuerunt possessa per titium nō probat initiū possessionis. Idem non probat cōtinuatā possessionem si dicat q possedit a.xl.annis citra.
7 Clausula appellatione remota quomodo intelligatur.

Consilium.cxxij.

Repetito diuino numine.

1 † Egregie discussa presens cōsultatio per excellē. legū doct. dñm Hieronymū de bedullis de fulgineo fratrē hono.et quidē placet eius cōclusio.s.q pars originaliter conuenta et que appellauit foueat iustitiā.et licet dñs consultor plura deducat media: ego de subscriptione regitus aliqua reassumam non omnia nolens omnia repilogare ne forte longius euadā volens etiā nonnulla de nouo adducere:et quidē primo assumo q ex forma indultorū sedis apostolice prima et scd'a causa pertineat ad officiales macerate et sic abdicat cognitionē ab alijs iudicibus licet formā indultorū non viderim. et sic videtur q acta gesta corā primo iudice nō tenuerint:et dñs potestas qui non succedit in locū illius iudicis nō succedit in eadē instantia:seu in eisdem actis nec iste est de modis transferēdi instantiā de vna persona in aliam quos ponunt Bar.et doct.in.l.j.in prin.ff.ad trebel.itaq licet corā primo iudice posset dici fuisse productā qualemqualē petitionem cum in puncto dicatur q procurator Putij produxerit petitionē cum instrumēto publico petito exequi et petijt poni in tenutam et corporalem possessionē &c.et iudex tenutā decreuit s̄m formā cōstitutionum et primo ad instantiā eiusdem pronūciauit deueniēdum ad bona per dictos tertios possessores detēta pro dicta executione fienda nisi legitima exceptio obstet et ppterea cōmisit citationē de dictis tertijs possessoribus ad dicendū et cōtradicendū quicquid volunt et possunt et causam quare dicta executio fieri nō debeat in et de dictis bonis pro mēsura debiti principalis &c.† 2 Mihi psuadeo q ista via et forma procedendi sit fundata in constitutionibus procedendi via executiua cōtra tertios possessores qm̄ iste non est modus agendi hypotecaria de iure cōtra tertios possessores:tum quia nō agitur via executiua: tum quia nō fit immissio sed petitur cōdemnari detentorē ad restituendū rem hypotecatā: vt in specu. de pig.§.j.versi.ceterū.et habetur in.§.quasi seruiana.insti.de acti. nec petitur immitti pro mēsura debiti.sed pignus insolidū retinetur pro vno nūmo.l.si rem.§.omnis.de pigno.act.et pōt vna res ex pluribus hypotecatis eligi hypotecariū creditorem.l. creditoris arbitrio.ff.de distrac.pigno.ita qd vt pcipio viget aliqua specialis cōstitutio tradēs dictā formā vie executiue sup hypotecaria cōtra tertios possessores que forma corā potestate macerate minime est seruata nec corā eo precessit aliqualis petitio: itaq ex hoc capite puto qd acta ruant quia acta gesta corā iudice generali curie non fuerūt gesta corā potestate macerate nec de instātia que corā eo emanauit prout et.s̄.dictū est et successiue neq coram iudice delegato subrogato in causa pendente coram potestate que causa carebat fundamento: ita q nihil super ea edificari poterat.j.q.j. cum Paulus nec iudex causarum ciuiliū et criminaliū curie generalis marchie habebat facultatē cōmittendi seu remittendi ad potestatem macerate causam in eo statu in quo erat nisi forte intelligeretur q ex quo acta coram eo gesta erant inefficacia causa erat ab initio inchoanda et in eo statu remittebat vt.s.si erat reinchoanda inchoaretur si ex eisdē actis erat prosequenda: tunc ex eisdem actis prosequeretur et tunc recte et caute fecisset et licet acta valuissent: tamen non propterea illa acta transiuissent in iudiciū corā potestate ex sua iurisditione procedente.cōstat enim iudiciū ex tribus personis scz iudice actore et reo.c.forus. de verb.signi.et.l. in tribus.ff.de iudi.vna persona earū mutata mutatur iudiciū.arg.l.mutari.ff.de procura.prout dicit Iaco.de are.in.l.pponebatur.ff.de iudi.intelligens illam legē quādo sunt plures iudices et vnus mutatur secus si vnus solus et licet Bald. ibi illud dictū moderet tamen se fundat quia est eadem iurisditio iudicis subrogati et iudicis remoti morte vel aliter.et ideo apud subrogatū durat eadem instantia prout dicit Bal.ibi et probatur in.l.si iudex.eo.titu.et sic loquitur in subrogato in eadem iurisditione prout et in subrogato loquitur tex.d.l. si iudex.et Bal.in tota.d.l. proponebatur prout et loquitur ille tex. probans per similia exempla que ponuntur in illo tex.puta in populo qui semper est idem licet mutētur homines et in naui particulariter refecta que semper est eadē et propterea sepe allegatur.d.l. proponebatur q durat idem officiū apud successorē qd erat apud predecessorē et tex.ibi loquitur quando vnus subrogatur in locum

mortui vel remoti facit tex. ille ibi quorū in locū aliȷ̈ subiecti sunt. Itaq quādo vnus nō subrogatur in locū alterius nec habet idem officium nec eandē iurisditionem: sed officiū ⁊ cōsequenter iurisditionem separatā procedat dictū Jaco. de are. et Cy. cessat eñ tunc ratio Bal. ⁊ illius tex. vnde ille tex. a cōtrario et a ratione cessante ꝓbat dictū Jaco. de are. in his terminis prout sunt termini nostri cum cōstet aliud esse officiū potestatis: aliud officiū generalis iudicis curie marchie. Si aliud officiū alia iurisdictio iuxta ea que habentur in. l. j. ff. de iurisdi. om. iudi. ⁊ hec animaduerti ponderanda cōtra validitatē processus vltra dicta per dñm consulentē que non

3 repeto. ¶ † Circa autē merita cause etiā instandū duxi: ita ꝙ dato sine preiudicio veritatis ꝙ ꝓcessus teneret. An rei iuste succubuerint ⁊ sic an partes iudicis esse debeant in cōfirmando sententiam latam cōtra reos an vero in pronunciando male iudicatum ⁊ bene appellatum ⁊ profecto fundamentū actoris est in hypoteca quam pretendit habere in bonis de q̄bus agitur ita ꝙ sibi necesse est fundare ⁊ plene probare suam intentionem. l. actor qđ asseuerat. C. de proba. quia reus obtinet non solū ex iure suo: sed etiam ex defectu iuris nō probati per actorē. l. fi. C. de rei vēdi. ⁊ c. cum ecclesia sutri. in fi. de causa pos. ⁊ proprie. cum multis simi. Sed ad hoc vt competat hypoteca creditori oportet ꝙ debitor hypotecās habuerit dominium rei hypotecate. l. j. in prin. ⁊ l. ⁊ que nōdū. §. qđ dicitur. ⁊ l. si titio. ff. de pigno. ⁊ l. ante omnia. de ꝓba. ⁊ l. res aliena. ff. de pig. acti. ⁊ ibi Bar. et doc. vel quasi dominiū. l. si ab eo. ff. de pigno. ideo non potest actor nitens ex hypoteca obtinere nisi probet rem pro qua agit fuerit debitoris qui hypotecā cōcessit per iura preallegata. Et maxime si fuit hypoteca generalis quia hypotecauit oīa bona sua prout solet fieri: nam ex vi verborum cōuentionis oportet deduci ⁊ probari ꝙ forent sua ⁊ sua dicūtur que possunt vēdicari. l. quintus. ij. §. argēto. ⁊ §. cui legatū. ff. de auro et arg. leg. vēdicatio autē presupponit dominiū. l. in rem. actio. de rei vendi. ⁊ l. j. C. de alie. iud. mut. causa fac. Sed pro parte dicti Putiȷ̈ nō est probatū dominium vel quasi dominiū merito defecit in salutari suo: itaq deberet succūbere ꝙ non sit probatū quasi dominiū constat de plano: quia quasi dominiū causatur ex bonefidei possessione cum titulo habito a nō dño. §. alie insti. de acti. l. j. ⁊ l. eum qui. ⁊ l. traditionem. ⁊ l. quecūq. ⁊ quasi per totū. ff. de publici. Sed nullus titulus dicti Perantoniȷ̈ probatur merito deficit probatio quasi dominiȷ̈. Probatio autē dominiȷ̈ similiter non probatur. Nulla enim causa probatur causatiua dominiȷ̈: nisi quia conatur ꝓbare possessionē dicti Perantoniȷ̈ ⁊ possessio non sufficit vt in iuribus. s. adductis nisi sit talis ex qua deducatur dominiū vtile vel directum. Constat autem ꝙ directū non causatur ex possessione. l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acqui. pos. Utile autē causatur ex longi tēporis possessione titulata cum bona fide autē. nisi tricēnale. C. de bo. mater. et. l. si quis emptionis. in prin. ⁊ ista cessat quia vt dictū est nō deducitur titulus dicti Perantoniȷ̈ et si dicatur fuit possessa primo per patrē postea per ipsum Perantoniū vt eius filiū respondetur qđ dato ꝙ id ꝓbaretur de quo. j. dicā nō opitularetur: quia nō datur titulus pro herede in suo herede. l. nihil. C. pro herede. l. ij. ff. eo. ti. item causatur vtile dominiū ex possessione bone fidei cōtinua longissimi tēporis. s. xxx. vel. xl. anno. d. l. si quis emptionis. §. j.

4 † Est videndū an dicta possessio longissimi temporis saltē. xxx. annorū sit probata: circa qđ reperio attestationes quinq testium quorum Dominicus quartus in ordine testis deponit de auditu: ideo nil releuat. c. tam literis. de testi. cum simi. item nō deponit ꝙ audiuerit eum possidere vel possedisse: sed fuisse ⁊ esse Perantoniȷ̈ ita qđ non deponit de possessione. item Bartholomeus cerapagne secūdus testis in ordine deponit qđ iam sunt anni. xxx. vidit possidere Andreā partē dicti Perantoniȷ̈ ista depositio nil releuat: primo: quia nō possessionē completā. xxx. annorū. nam cōstat ꝙ tempore iudiciȷ̈ inchoati rei cōuenti possidebant ita ꝙ tunc nō possidebat Andreas vel Perantonius et sic deponendo de possessione iam sunt. xxx. anni detracto tempore quo tertiȷ̈ possederunt non sunt cōpleti. xxx. anni prout ⁊ dicit in simili Bar. in. l. celsus. de vsucap. et est planū. item ꝙ Andreas fuerit pater Perantoniȷ̈ est res que nō percipitur sensu: ita ꝙ testis nō probat nisi reddat causam scientie per sensum corporis etiā non interrogatus prout est indubitata theorica Innocen. in. c. causam que. extra. de testi. ⁊ omniū ibi ⁊ Bar. in. l. qui testamēto. §. si. ff de testa. ⁊ Bar. ⁊ Bal. in. l. solam. C. de testibus. idem dicendū est in testibus qui deponūt ꝙ Perant. et eius auctores possederūt: quia possessio auctorū non probatur hoc est ꝙ illi quos testis vidit possidere fuerint auctores Perantoniȷ̈ per rationem proxime dictā idcirco

5 † Jacobus cuzzoni non probat possessionē sufficiētem ad causandā prescriptionē cōpletam. xxx. annorū ⁊ quia non possunt plures insolidū possidere eandem rem. l. iij. §. ecōtrario. ff. de acqui. posses. ideo dictū illius testis esset intelligēdum ordine successiuo primo auctores deinde Perantonius vel si intelligeretur qđ simul possederint non deponeret pro qua rata Perantonius possedisset maxime quia illud plurale auctores posset verificari in decem ⁊ pluribus prout in duobus ita ꝙ dicta ꝓbatio esset ambigua pro qua parte ⁊ probatio ambigua nō releuat. l. duo sunt titiȷ̈. de testa. tu. ⁊ c. in presentia. de proba. l. certū. de cōfes. hinc dicunt doc. maxime Imo. in. l. inter stipulantem. §. si stichum. de ver. obli. ꝙ dictū testis ambiguū interpretatur contra producentē seu contra eum pro quo deponit.

6 † Item ex alio nihil releuat dictum dicti Jacobi quinti testis quia deponit ꝙ possedit vsq quo fuerunt dicta bona possessa per Angelutium claudiȷ̈ nec apparet quando incepit possidere dictus ser Angelutius claudiȷ̈ forte eñ possedit per. xv. vel. xx. annos vel plures: ideo etiā hoc respectu non cōcludit ad possessionē. xxx. annorū dicti Perantoniȷ̈ et suorū auctorū: item ex alio nō probat dictus Jacobus qr deponit a. xl. annis citra sine ⁊ que verba verificātur etiam si heri possedisset per notata per Jo. and. ⁊ doc. in. c. licet causam. de ꝓba. ⁊ per Bar. in. l. celsus. de vsuc. similiter non ꝓbat pars venātiȷ̈: quia dicit a tali tempore citra per dicta. s. proxime: item deponit a tempore quo fuit depredatus mons milonis nec deponit quo tempore fuit depredatus mons miloris. item deponit ꝙ fuerūt tente ⁊ possesse per Perantoniū post mortē sui patris nec deponit qñ decesserit eius pater: item deponit ꝙ Perantonius possedit vsq ad tēpus quo possederūt Perantonius ⁊ Baptista: ⁊ licet postea subdat ꝙ dicti Perantonius ⁊ Baptista possederūt a tribus annis citra nō ꝓpterea artat ꝙ prius nō possederint. item ꝙ possederint a tribus annis citra est vnicus testis ⁊ dictū vnius nihil releuat. l. iurisiurandi. C. de testibus. ⁊ l. vbi numerus. ff. eo. ti. restat Bartholomeus Dñici primus in ordine qui deponit ꝙ Perantonius fiordespine cōputato suo tempore possedit dicta bona per annos. xl. cōtinue pacifice ⁊ quiete vsq quo fuerūt ablate per Angelutiū claudiȷ̈ iste testis si deponit cōputato tēpore suo et suorū auctorū prout mihi persuadeo ꝙ dicat: quia al's illa verba cōputato tēpore suo essent superfluo ⁊ inepte posita tūc nihil releuaret per ea què supradicta fuerūt cōtra depositionē Bartholomei secūdi testis ⁊ depositionē Jacobi cuzzoni vltimi testis et hoc ꝑsuadetur: qr Bartholomeus cerapagne deponit ꝙ iam sunt. xxx. anni ⁊ a dicto tēpore citra vidit possidere Andreā partē dicti Perantoniȷ̈ vsq quoq peruenerunt ad manus Angelutiȷ̈ claudiȷ̈: ita ꝙ iste testis deponit ꝙ tunc temporis dictus Perantonius nō possidebat saltē insolidū: item nō apparet ꝙ dictus Perantonius fiordespine sit idē cum Perantonio Andre licet forte sit vnus ⁊ idem tñ satis est ꝙ dicta identitas non cōstat iudici ⁊ dictū testis non cōcludit: ꝑterea est vnicus testis quia aliȷ̈ nō probant: vt. s. deductū est. Restat itaq qđ nulla prescriptio hypotecātis est legitime ꝓbata. ⁊ per cōsequens nō est probata apotheca agētis: ideo etiā circa merita cause venit actor

7 succūbendus. † Et ex his ⁊ aliȷ̈s deductis per dñm consulentē concludo partem cōuentā fouere iustitiā addo vnū circa id qđ dicitur de clausula appellatione remota ꝙ ponderandū est qđ dicta clausula est posita in medio capituli tractātis de executione facienda super eo qđ index decreuerit: ideo illud solū capitulū determinat iuxta. l. iiȷ̈. §. si filius. ff. de libe. ⁊ posthu. Et pōt dupliciter intelligi vno modo qđ appellatio remoueatur si interponeretur ab actu executiuo ⁊ ꝓpter ea posita sit dicta clausula in medio capituli loquentis de executione ⁊ pro hac interꝑtatione facit qr dicta clausula est contra ius: ideo restringenda per iura vulgaria alio modo potest intelligi ꝙ licet sit appellatū tamē nō impediatur executio prout al's tangit Bar. in. l. ij. de appel. reci. in. j. q. ff. de appel. reci. ⁊ licet illud in illis terminis sit dubiū satis est ꝙ potest lex disponere ꝙ licet sit rite interposita appellatio ⁊ valeat tñ nō suspēdit executionem prout cōtingit in illis terminis ꝼm dictā opinionē prout etiā cōtingit in casu cle. j. de re iud. ⁊ in appellationibus a sentētiȷ̈s interlocutoriȷ̈s. c. non solū. de appel. lib. vj. ⁊ sic siue vno: siue altero modo intelligatur nō vitiat dicta clausula appellationē. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxxiij.

1 ☞ Dotata ꝙ statuto simpliciter disponēte non succedat interpretari solet ꝙ non succedat in dotantis bonis.
Interpretatio ea esse debet vt euitetur absurdus intellectus.

2 Dotata filia statuto exclusa ab hereditate patris matris vel fratris dūmodo ab eis dotata fuerit vel alio eorum non restringitur ad dotantis successionem sed sufficit ꝙ ab vno dotetur vt excludatur a singulorū successione propter virtutem disiunctiue vel alio.

3 Uerba nō debēt esse posita aut ꝓlata absq virtute aliqd operādi.

4 Cuiuslibet est dictio vniuersalis neminem excludens.

5 Progenies est nomen equiuocū ⁊ ponitur pro descendentibus.

6 Dotata statuto exclusa masculis stantibus intelligitur statutum si masculi succedunt.
Statutum feminarum exclusiuū a successione an dicatur equū.

7 Legitima potest statuto minui non autem in totum tolli.
Statutum prohibens simpliciter feminas succedere ab intestato an videatur in totum tollere legitimam.

¶ Consilium. ccxxiij.

In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ † Licet breue sit thema cōsultationis tamen plures dubietates imminēt vna an statutum militet in casu nostro. scđa an statutū possit tollere vel diminuere legitimā. tertia an

tertia an persona exclusa a successione ab intestato impediatur petere supplementũ legitime que omnia si vellem fimbrias extẽdere prolixior essem quã pondus cause exigat et quidem circa primum articulũ: licet quando statutũ simpliciter dicit ꝙ dotata non succedit soleat interpretari quod nõ succedat in bonis dotantis prout voluit Bal. in. l. j. C. de suis ⁊ legitimis. ⁊ Pau. de cast. ibi ⁊ cõmuniter tenetur: ⁊ maxime hoc dicendũ videtur quia absurdũ resultaret: nam vt si verba sonare videntur intelligeretur resultare ꝙ filia excluderetur ab hereditate patris propter personã que non attinet de cuius hereditate agitur nec aliquo iure admittitur ad eius successionẽ nec videtur posse excogitari ratio quare propter illam personã que nihil attinet et non est successura excludatur filia vel neptis a successione parentũ; ideo videntur euitandi huiusmodi praui intellectus ⁊ euitanda videtur interpretatio per quã incidimus in absurdum. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excu. tuto. ⁊ l. nam absurdum. ff. de bo. liberto. cum similibus. ideo interpretemur hoc statuto quod femina dotata excludatur a successione dotantis si superest masculus descendens ex persona dotante. Et sic licet statuta alternatiue nominet plures personas dotãtes ⁊ illas easdem personas alternatiue repetat in exclusione ab hereditate earũdem et sic videatur sufficere qđ casus cõtingat in altera eorum persona iuxta regulã in alternatiuis in. vj. cum concor. tamen intelligatur singula singulis referendo ita qđ sufficiat alteram ex dictis personis dotasse: nec requiratur qđ omnes dotauerint vt excludatur a successione eius. s. que dotauit: ita qđ illa conditio si fuerit dotata ab auo referatur ad illam partem dispositionis dum excludit ab hereditate aui ⁊ illa pars conditionis si fuerit a patre dotata referatur ad illam partem dispositionis ibi hereditatem patris et ad illam partem de progenie ipsius patris ⁊ sic de singulis: ⁊ ita seruetur natura alternatiue posite in cõditione et alternatiue posite in dispositione dicti statuti. s. vt dixi referẽdo singulas partes prime alternatiue ad singulas partes alterius alternatiue et tunc cessabit absurditas seu iniquitas. ꝫ. ponderata ⁊ ẜm istum intellectum cessat in casu nostro dispositio dicti statuti: ideo standum est iuri 2 cõmuni quod filie excludãt filios patruorum. ¶ † His tamen non obstantibus contrariũ arbitror de iure respondendũ: videlicet qđ dicte filie dotate excludantur ab hereditate patris propter germanum patris et si patruũ filiarum lucarelli de cuius hereditate agitur seu propter filios patrui prodefuncti: nam verba dicti statuti sunt clara que non patiuntur dictum intellectum. ꝫ. datũ adeo qđ non videtur locus dicte interpretationi iuxta. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. iij. facit illud vulgare in certis non certis locus est coniecture. l. continuus. §. cum ita. de verbo. obli. dictum enim statutum excludit feminam ab hereditate aui patris matris fratris sororis patrui aut auunculi dũmodo fuerit dotata ab aliquo ipsorum que verba sine cauillatione intellecta euidenter sonant ꝙ sufficiat esse dotatã ab aliquo ex predictis ad hoc vt excludatur a successione: siue agatur de hereditate vnius siue de hereditate alte-3 rius ex eis. † Et in simplicibus terminis statuti excludentis feminam dotatam a patre matre patruo vel auo ⁊c. qđ femina dotata ab vno ex predictis excludatur etiam a successione aliorum in terminis consuluit Bal. in quodam suo consilio incipiente de iure cõmuni nullum est dubium. ⁊ idem etiam consuluit Pe. de ancha. in suo consilio incipiente pro veritate premittendum est ꝙ Philippus ⁊c. vbi concludit qđ statutum excludens feminas a successione patris aui vel proaui dotatas a patre auo vel proauo verificatur in successione patris existẽte filia dotata ab auo paterno: vnde fortius idem concludendũ est in terminis nostri statuti quod statutũ non loquitur ita simpliciter: sed subiungit illa verba vel alicuius eorũ que non debent esse posita sine virtute aliquid operandi. ar. c. si papa. de priuileg. lib. vj. ⁊ l. si quando. in prin. ff. de leg. j. ideo dicta verba censeantur adiecta vt expressius denotetur ꝙ dotata ab altero ex predictis non succedit alicui eorũ ⁊ maxime attentis verbis que in eodem statuto immediate subdũtur ibi dũmodo fuerit dotata ab aliquo ipsarum que verba euidenter sonant qđ dotata 4 ab aliquo ipsoꝝ nõ admittatur ad hereditatẽ alicuius eorũ. † Hec etiam interpretatio coadiuuatur ex generalibus verbis sequentibus ibi aliqua ratione vel causa quia nõ fuerit ab eo dotata cui velit succedere siue ex alia causa ꝙ etiã coadiuuatur ex verbis sequentibus ibi dum dicit possit tamen eis ⁊ cuilibet ipsorũ ex testamẽto succedere et non aliter ponderata natura vniuersalis cuilibet que est neminẽ excludere iuxta. c. solite. de maio. ⁊ obediẽ. ⁊ dicti canonis si romanorũ ⁊ sic dicta verba permittunt mulieres dotatas ab altero ex predictis succedere supradictis nominatis. s. auo patri matri ⁊c. ⁊ cuilibet ipsorũ ex testamẽto ⁊ sic permittit ex testamento succedere dotanti non autem non dotanti: vnde cum statutum subdat ⁊ non aliter sequitur ꝙ statutũ importat ꝙ nõ aliter succedat dotanti vel non dotanti nisi succedat ex testamento. ⁊ per cõsequens omnia verba statuti tendũt ad hoc ꝙ dotata ab vno excludatur ab hereditate etiã alterius non dotãtis et sic patet ꝙ verba alternatiua statuti non interpretantur qđ referuntur singula singulis et ex quo ipsi statuentes intellexerunt illa verba alternatiua simpliciter vt iacent dum loquuntur de psonis dotantibus ⁊ dum 5 loquuntur de personis quibus succeditur. † Ita ⁊ intelligẽda sunt verba similia dum loquuntur de superexistentia masculi de progenie patris vel matris fratris vel sororis auunculi vel patrui vt ad veritatem dicte alternatiue sufficiat alteram partem verificari regula in alternatiuis in. vj. quod ⁊ demonstratur aperte aut illa verba de progenie refertur ad descendentes patris matris fratris ⁊c. et tũc frustra per statutum excluderetur dotata ab hereditate fratris vel sororis vel patrui vel auunculi si superesset aliquis descendens ex eo de cuius hereditate agitur: nam excluditur de iure cõmuni. d. aut. in successione et non solum a masculo: sed a filia femina vt ibi ⁊ non solum soror dotata: sed etiam non dotata vt est notissimum ⁊ sic frustra ⁊ derisorie statuentes id disposuissent ꝙ non est dicendũ et tollerentur plura argumenta a contrario sensu que sunt fortissima in iure. l. j. §. huius rei fortissimum est argumentũ. de offi. eius cui man. est iurisditio. aut intelligimus de progenie masculina etiam non descendentium. verbum enim progenies est equiuocum ponitur enim pro descẽdentibus ex ethymologia vocabuli quasi post geniti prout dicit papias prout pronepos quasi post nepos: et ita capit Bald. in. l. fina. C. de dotis promis. iiij. col. dicens qđ verbum progenies comprehendit omnẽ descendentem et Ange. in aut. de triente et semi. §. neq; illo similiter pro descendentibus: sed non ita large prout Bald. quandoq; pro quolibet cõsanguineo agnato vel cognato: vt est tex. in rubro ⁊ nigro. xxxv. q. vj. cañ. j. ⁊ ij. vulgus autem plerunq; assumit pro agnatis prout in simili in verbo familia gens domus in. l. pronunciatio. de verb. signifi. et generi. in. l. j. de iure immuni. et tunc similiter habemus intentum: quia isti qui supersunt sunt masculi propinqui ⁊ agnati ipsi patri ⁊ sic in omnẽ casum isti filij patrui habent intentum ⁊ sumendo progeniem pro propinquis prout sumitur in. d. cañ. j. ⁊. d. cañ. ij. vel pro agnatis posset restringi ad agnatos vel propinquos defuncti de cuius hereditate agitur ⁊ nõ resultaret absurdũ quod ille qui esset extraneus defuncto de cuius hereditate agitur excluderet filiam dotatã que interpretatio non cadit si capimus proge-6 niem pro descendentibus per supradicta. † Potest etiam euitari dicta absurditas quia huiusmodi statuta excludentia feminas ita demũ procedunt si masculi succedunt. argu. l. j. §. filium. de bonorũ posses. contra tabu. ⁊ ibi hoc no. Barto. ⁊ Ange. ad idem quod per Barto. in. l. j. §. si pater in potestate. ff. de coniun. cum eman. lib. sit ergo prima conclusio qđ istud statutum excludit ab hereditate patris dictas filias dotatas a patre nec aduersatur. l. maximum vitium. C. de libe. preteri. quia illa. l. non loquitur in simplici successione ab intestato: sed in successione contra testamentum eo casu in quo ab intestato nulla fiebat inter masculum et feminam differentia ita reperio consulendo respondisse Saly. fretus auctoritate diuina que masculos prefert in successione feminis vt numeri. c. xxxvij. ⁊ c. fina. dicens in supradicto eius consilio esse potius fauorabilia quam odiosa huiusmodi statuta quod tangit etiam Bal. in. l. cunctos populos. C. de summa trini. et Ange. etiam reperio consuluisse huiusmodi statuta non esse iniqua fretus simili auctoritate veteris testamenti ⁊ dato quod aliquo respectu possint dici iniqua et ita saluetur Iustinianus in. d. l. maximum vitium in ratione sui: tamen alio respectu potest dici equum prout al's contingit qđ vnum dicitur iustum cuius contrarium censetur iustius vt probatur in. l. exigendi. C. de procura. non enim potest absolute dici accusator nature qui se cõformet cum natura naturãte prout est ipse deus vt per glo. in. l. respiciendum. ff. si cer. petatur. Et al's dicimus aliquid esse rationabile eoipso qđ legis vel statuti lator putat esse rationabile vt per Bal. allegantem Federi. de scali. in. l. j. §. si initium. ff. de postulan. ⁊ sufficit qđ statutum habeat aliquod motiuum: licet ex toto non sit equum dicit Bal. in. l. lege. xij. tabularum. C. de legi. heredi. in casu aũt nostro satis potest dici equum 7 et rationabile ex quo fuit statutum in fauorem masculorũ. † Imminet discutiendus alius articulus an statutum posset tollere vel minuere legitimam et profecto aliquale dubium est an possit in totum tolli legitima filiorum nihilo eis concesso et cõmunis opi. videatur esse quod possit: tamen omnes fatentur quod saltem potest legitima: nam Richar. malumb. disputando tenuit quod non possit in totum tolli prout refert Cy. in. l. sancimus. C. de nup. et Bal. in. l. j. C. de summa trinita. ⁊ in. l. j. §. ius autem naturale. ff. de iustitia ⁊ iure. et Alberi. de rosa. in. l. quando in prioribus. ⁊ Saly. in dicta. l. sancimus. Sed qđ in totum possit tolli legitima per statutum concludunt Dy. et Ioã. and. in regula indultum lib. vj. vbi disputant hanc questionẽ. ⁊ Ioã. and. in additio. specu. in titu. de succes. ab intest. Oldra. in consilio. lxxiij. Ange. in consi. ciiij. ⁊ cõsi. cv. Ray. Iaco. de belui. in. §. si quis autem. in aut. de heredi. et fal. Bal. in aut. hoc amplius. C. de fideicom. q. xxxviij. Imo. in. l. titio centum. §. titio genero. de conditio. et demonstra. Ponta. in. l. sequens gradus. ad sylle. et hec est cõmunis opinio facit quia incogniti de iure ciuili non habent legitimam videmus in deportatis iuxta ea que habentur in. l. j. C. de heredibus instituen. iuncto. §. media. insti. de capi. diminu. tamen quãuis sit dubium an possit in

totum tolli: tamẽ omnes fatẽtur ꝙ posset minui vt tenent omnes in dictis iuribus ⁊ volunt Bar. ⁊ doct. in. d. §. titio genero. ꝙ si statutum excludit filiam dotatã a successione ab intesta. nõ debeatur alia legitima: sed dote ipsa habeat esse tacita contenta et Ange. in supradicto cõsi. cv. circa fi. quia dos succedit loco legitime vt voluerunt Guil. de cu. ⁊ Bal. in. l. j. de iusti. ⁊ iure. ⁊ Cy. in. d. l. sancimus. et Bal. in. l. j. ff. so. matri. ⁊ Saly. in. d. auẽ. nouissima. nam quando statutũ simpliciter prohibet feminas succedere ab intestato censetur tollere legitimã. ẽm docto. saltem quando statutũ loquitur de dotata vel ꝙ dotetur quasi illa dos sit loco legitime ita sumitur ex dictis Bar. Jmo. ⁊ aliorum. in. d. §. titio genero. ⁊ hoc voluit Bal. in suo eleganti cõsi. quod incipit antiquũ statutum ⁊ est aduertendum ꝙ statutum non solum dicit ꝙ dotata nõ succedat: sed etiam quod sit cõtenta dote. ⁊ tunc Bal. in. l. fi. C. de dotis promi. vult ꝙ licet al's possit dotata petere suppleri congruam dotẽ: tamẽ secus si statutum dicit ꝙ sit cõtenta dote ⁊ insuper mihi dicitur ꝙ dicte filie fuerunt cõgrue dotate ẽm morem patrie ita ꝙ non potest censeri in congrue dotata prout pluries consului non insisto vlterius vt nimiam prolixitatem euitem. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxxiiij.

☞ Renũciatio cum iuramẽto totius iuris rei paterne ⁊ materne a filia patri facta tẽpore cõstitutionis sue dotis an possit rescindi filia petente propter lesionẽ quia res materne erãt longe maioris quãtitatis ꝙ̃ dos sibi a patre cõstituta: allegando etiã se renũciasse metu ⁊ paterna reuerentia. per totum.

1 Juramentum an tollat remedium. l. ij. C. de rescind. vendi. etiam si interuenerit in contractu lesio enormis. per totum.

2 Juramenti vires an tollat quilibet metus vel paterna reuerẽtia. Metus an inducatur paterna reuerentia. nu. seq.

3 Probatio non requiritur exacta in his que fiunt secrete ⁊ animo cõsistũt quimmo indicijs verificãtur ratione difficultatis. nu. seq.

4 Argumẽtum a cõmuniter accidentibus validum est in iure etiam materia probationis.

Pupillus patre vel matre cõuolante ad nuptias secundas apud eos non debet educari.

5 Donationis cõtract' qñ possit de dolo ⁊ fraude suspicari. nu. seq.

6 Decretum iudicis non tollit doli presumptionem.

¶ Consilium. cxxiiij.

1 In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ † Multũ diffuse ⁊ egregie discussa est presens consultatio per famosissimũ vtriusqꝫ iuris doc. dominũ Bartholomeũ sozzi. vti patrem honoran. ⁊ quidem sepe consului ꝙ iuramentum minoris non validet contractum vbi est immensa lesio: quia presumatur dolus intelligens de excessiua satis vltra dimidiam iusti precij: nam est maximũ dubium vtrum iuramentum tollat remediũ. l. ij. C. de rescind. vendi. de quo per glo. ⁊ doct. ibi. ⁊ in. c. cum causam. ⁊ in. c. cum dilecti. extra. de emp. ⁊ vendi. et videtur satis cõmunis opi. qõ tollat et de hac enormi lesione loquitur Jmo. in. d. c. cum cõtingat latissime prosequendo hunc arti. adducendo auctoritates ⁊ rationes hinc non figens bene pedes tamen eidem videtur inherere ꝙ in muliere minore vel rustico iuramẽto non iuuet vbi viget talis enormis lesio in maiore masculo et non rustico secus que decisio cõfert ad casum nostrum cum simus in minore: tamẽ in lesione multum excessiua vltra dimidiam iusti precij puta in duplo vel triplo arbitror magis cõmunem opi. esse quod iuramentũ non iuuet effectualiter ⁊ hoc casu satis plane procedat decisio domini cõsulentis ⁊ auctoritates per eum recensite. ⁊ idem determinat Pe. de ancha. in repeti. c. canonum. de consti. q. xj. col. lxxvj. dicens se ita senis consuluisse ⁊ firmant do. Anto. ⁊ Panor. in. d. c. cum contingat. licet inter se variare videantur circa absolu-

2 tionem a iuramẽto an. s. requiratur. † Et alio anno in causa in qua eram aduocatus fuit hic hoc idem consultũ per preceptores ⁊ dominos meos dñm Joannem petrutij ⁊ dominum Benedictum de benedictis qui fuerunt integerrimi consulentes et sua tempestate pre ceteris in reddendis veridicis consilijs floruerunt tamen mihi imminet scrupulus quia predicta videntur loqui in contractibus onerosis ⁊ correspectiuis ita loquũtur. d. Anto. Jmo. ⁊ Panor. et Pet. de ancha. in. d. c. canonum. ita etiam occurrebat in casu quo consuluerunt preceptores mei ⁊ in casibus in quibus consului. Et in his cadit deceptio vltra dimidiã iusti precij parum vel multum vltra excessiua: ita ꝙ si tunc temporis fuisset constituta dos que prius vel postea fuit filie concessa p̃dicta correspectiuatio fieri posset et animaduerti hmõi lesio et ex lesione extorqueri lesio re ipsa immodica ⁊ exinde presumptio doli ex proposito: nõ autẽ videtur ita contingere vbi est simplex donatio vbi non cadit aliqua correspectiuatio: nec etiã videtur deduci cõcludenter iustus metus reuerentialis. Nam prout probat dominus consulens sola reuerentia paterna vel superioris nõ facit presumi iustum metũ etiam reuerẽtialem nec quilibet metus sufficere videtur ad infringendũ vires iuramenti: vt. d. auẽ. sacramenta puberum. ⁊ in corpore ibi iustum

3 metum a contrario sensu: † licet autem hec me reddiderint satis perplexum nihilominus rem diligenter cõtemplans ⁊ animaduertens magnam equitatem quam habet dicta Alexandra animum et sententiam applicui in sententiam domini consulentis. Dolus enim quia cõsistit in mente que nõ videtur est difficilis ad probandum: ideo nõ exacte probationes requiruntur vt per glo. notabilem in. §. alie insti. de act. Jdeo ex indicijs probatur. l. dolum. C. de

4 dolo. † Similiter et metus illatus per patrem filie vna cum patre habitante ne ratione metus vitietur actus quasi semper infertur in domo et secrete ne ceteris innotescat et faciliter deueniri possit ad rescissionem contractus: ideo arguendo a cõmuniter accidentibus quod est validum in iure vt dicit glo. in. l. j. C. de arbi. etiam in materia probationis vt per glo. ⁊ Bald. in. l. neqꝫ natales. C. de proba. per glo. ⁊ doct. in. l. non hoc. C. vnde legi. ideo etiam ratione difficultatis in probãdo pariter admittantur probationes minus integre per ea que habentur in. l. consensu. C. de repudi. in. l. videamus. §. plane. de in lit. iur. in. l. at qui natura. §. me absente. de nego. gest. in. c. licet ex quadam. de test. ⁊. c. causam matrimonij. de proba. cum multis similibus. Jtem animaduerto qõ etiam in donatione plerũqꝫ inest lesio donanti hinc est qõ minori conceditur restitutio. C. si aduersus dona. per totum. et donans censetur iactare et supine agere. l. cum de indebito. de proba. ideo habens plenam administrationem non donat. l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact. l. si filius. ff. dona. Donatio itaqꝫ saltem magna non subsistente vrgenti causa non caret lesione: ideo donatio tam excessiua in puella tenere etatis nubili non nupta non apparente causa donationis non caret suspitione doli vel metus. Concurrente etiam quod ipsa puella conquesta fuit ⁊ ante donationem ⁊ postea quod pater cogebat ⁊ deinde qõ coacta fecerat ⁊ qõ dicebat ꝙ pater dicebat quod al's non traderet eam nuptui que dubietas nõ parum flectere solet puellas nubiles ex quibus verbis deprehendebatur qõ non sponte facere intendebat dictam donationem: dato quod singula non prodessent tamen simul iuncta sufficiant ad probandum dolum vel metum. arg. eorum que habentur in. l. excusantur. in prin. de excu. tuto. cum concordan. adductis ibi per glo. et ista esse videtur intentio domini consulentis. Animaduerto etiam qõ dicta puella potuit ignorare dotem maternã fuisse tante quantitatis prout ei ignorantia presumitur. l. verius. de proba. ⁊. l. qui in alterius. de regn. iur. cum similibus. item probabiliter forte ignorabat ꝙ dos erat sibi constituta in monte ⁊ non poterat ea priuari a patre que si fuissent eidem intimata forte non deuenisset ad dictam donationem attento qõ cum dicta dote iam cõstituta ⁊ iuribus suis que habebat in bonis maternis poterat honorifice nubere itaqꝫ potuit interuenire dolus in his ita quod in hoc nõ fuerat sciens ⁊ volẽs: item potuit deueniri ad dictã donationẽ vt filie daret dotem quã dedit ⁊ traderet nuptui ꝙ facere debebat. l. qui liberos. ff. de ritu nup. quo casu turpiter recepisset. l. iiij. §. fi. ⁊. l. fi. ff. de condi. ob tur. causam ⁊ licet hec non pateant tamen attenta qualitate facti ⁊ qualitatibus personarum videtur eliciẽda presumptio doli et metus vel alterius eorum per iura ⁊ auctoritates adductas per dominum cõsulentem ⁊ ea que premisi et coadiuuat suspitionem quia iam scdo nupserat ⁊ ius suspicatur de binubis. l. lex que tutores. §. lex enim. C. de admi. tuto. ⁊. l. j. cum sua glo. C. vbi pupi. educ. debet ⁊ quod habetur in auẽ. matri ⁊ auie. C. quãdo. mul. tut. offi. fun. potest ⁊ licet dicta iura loquantur in matre tamen similis suspitio licet non tanta militat in patre qui sepe subducitur a nouerca in detrimentum priuigni vt docet experientia rerum magistra. c. quã sit. in prin. de elec. lib. vj. ⁊. c. statutum. eo. titu. in prin. et suadent etiam postea gesta quia tradidit eam postea nuptui cum sola dote que citra donationem fuerat sua et videtur satis parua attento eo quod habuit mater. Et forte licet dicatur qõ sit. ccccel. ducatorum tamen forte non est tante estimationis vt mihi persuadeo attenta tenuitate precij quo emit: non tamẽ in hoc me fundo quia non innotuit quales sint denarij montis senarum ex postea gestis animus in prius gestis solet deprehendi cañ. cum per bellicam. xxxiiij. q. ij. cum glo. ibi ⁊ in. xliiij. dist. multis. et in. c. scribam. de presump. ita qõ multa confluunt in iuuando dictam puellam ⁊

5 deducendam iniquitatẽ paternam. ¶ † Nec obst. qõ donatio non habet ad quid correspectiuetur: quia nõ propterea sequitur quod non possit ad id deduci per dolum vel metum quinimmo magis suspicatur de fraudibus in donationibus quam in alijs contractibus onerosis: vt. l. data quidem. C. de dona. et. l. donatio. eo. titu. Et licet ex probabili causa donare sic ascribatur liberalitati que est virtus. c. j. de dona. iuxta illud domini Beatius est dare quam accipere. c. cum marthe. de mini. ⁊. xvj. q. j. predicator tamen sine vrgenti causa immoderate donare ascribitur prodigalitati que est vitium. arg. d. l. cum de indebito. et alijs iuribus preallegatis. Et ita iudicanda est ista immensa donatio nec obstat id quod dicunt Joan. and. et Domi. in. d. c. quãuis. de pactis. in. vj. quia respondet. d. cõsulens. item licet dicant qõ dispositio. d. c. quãuis militat profecto illud. c. loquitur in iuramento nõ videtur nec dolo prestito et sic absqꝫ vitio recipiẽtis prestitũ iuramentũ validaret meram donationem: ita procedit dictum Joan. and. ⁊ Dominici relatum ad tex.

ad tex. ibi vtrū autem ⁊ quãdo censeatur inesse dolus non dicunt. Item ad id qđ poterat deduci ꝙ interuentus amici ⁊ forte consanguinei videbatur ꝙ faceret cessare ꝑsumptio. doli vel metus vltra responsiones dñi consulentis addo responsionem ex dictis Imo. in. l. si quis cum aliter. de verbo. obli. vbi ꝙ licet decretum iudicis soleat facere cessare presumptionem doli. l. j. cum sua glo. de predi. cur. lib. x. ⁊ per Bal. in. d. l. si quis cum aliter. de verbo. obli. tamen procedit quia facit cessare presumptionem enormis lesionis ⁊ successiue in consequentiã presumptionem doli. 6 † Tamen vbi cõstat de enormi lesione decretũ iudicis non tollit presumptionem doli ſm eum multominus interuentus alterius cum leges multũ confidunt de iudice per iura vulgaria: animaduerte etiam qđ dominus meus in. d. aut. sacramenta pube. põderat qđ tex. ibi dicit sponte: ideo nõ requiritur metus qui cadat in cõstantem virũ: ideo subdit ꝙ si iudex cogit iurare non habet locum. d. aut. licet ille metus nõ fuit iustus. l. interpositus. C. de transac. allegat notata per Bal. in c. j. §. iniuria. de pace iuramento fir. in vsi. feu. dicentem qđ notarius nõ debet scribere qđ sponte cõfessus fuit si quoquo modo aliqua precesserũt tormenta: licet ex interuallo ſm eundem. d. meum pro quo in. d. aut. sacramenta ponderaui tex. in. d. c. cum cõtingat dum dicit sine vi vel dolo spõte prestita. item tex. in. l. si quis maior ibi nullo cogente imperio ⁊ respondidi ad tex. ibi iustum metum licet fatear non transeat sine scrupulo hoc dictum sed non refert. Et ideo ex his omnibus cõcludo vna cum domino consulente qđ dictus contractus non sit efficax in effectu ⁊ dicta Alexãdra possit repetere dictam dotem maternã saltem habita absolutione a iuramento animaduertendũ etiam est ꝙ forte dicta Alexãdra non venit ad bona fratris vt heres fratris. ar. aut. hec res. C. de secũ. nup. itaq; videndũ est: an donet vt heres fratris iura que habet in eius hereditate forte nõ venirent in donatione: nõ autem in hoc facio fundamentũ maxime quia nõ vidi verba instrumenti. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxxv.

☞ Hereditas matris non adita an ad patrem qui ad secundas transiuit nuptias transmittatur patre concurrente cum fratribus consanguineis tantũ tamen decedentibus.

1 Successione ab intestato hodie primo vocãtur liberi sublata differentia sexus ⁊ patrie potestatis.

2 Succedunt parentes cum fratribus defuncti filij eodem mortuo absq; liberis.

3 Pater vel mater transiens ad nuptias secũdas stantibus filijs primi thori an priuetur hereditate illorum. nu. 7.

4 Hereditas matris non adita quãdo transmissa etiam in ascendentem videatur.

5 Adire potest pater hereditatem filio delatam eo etiam inuito. Restitutionis in integrum ius trãsmittit minor decedẽs in suum heredem etiam maiorem.

6 Hereditas matris nõ adita trãsmittitur iure suitatis in quoscũq;.

8 Mater si succedere vult filio pupillo debet petere tutorẽ illi dari infra annum vbi non vult esse tutrix.

Inuentariũ non faciens an priuetur iure hereditatis. nu. seq.

9 Mater que non petijt tutorẽ filio pupillo ea ad secũdas nuptias transeunte succedit ei maiore facto decedente.

¶ Consilium. cxxv.

In nomine dñi nostri Jesu

1 christi. ¶ † Constat ꝙ matris nomine mariotte hereditas delata fuit Bernardino filio olim ex senatuscõsulto orficiano hodie per nouam constitutionẽ Iustiniani: vt in aut. in successione. C. de suis ⁊ legitimis. ⁊ in corpore. de heredi. ab intest. 2 veni. in prin. † item hereditas dicti Bernardini delata postea fuit Dominico patri exclusis fratribus consanguineis tantũ. per aut. defuncto. C. ad tertul. ⁊ in corpore. de heredi. ab intest. §. cõsequẽs. et ideo si filius successit matri Dominicus successit filio in cõsequẽtiam Dominicus successit dicte matri et sic hereditas Mariotte prime vxoris peruenit ad Dominicũ quondam eius virum: quia heres heredis prime persone defuncte est heres. l. fi. C. de heredi. insti. ⁊ l. in annalibus. C. de lega. ⁊ l. heredis appellatio. de verbo. 3 signi. † et licet dictus Dominicus transiuerit ad secũda vota: non ꝓpterea priuatur bonis maternis deuolutis ad eum ex successione facta dicto Bernardino ex quo nullus remansit filius ex dicto primo matrimonio post mortẽ dicti Bernardini ꝑut expressum in. l. femine. in fi. C. de secũdis nuptijs. iura eñ omnia que puniunt secũdo nubentes non ratione festinantie sunt inducta in fauorem filiorũ: ideo cessantibus filijs cessant pene. c. cum cessante. de appel. cum concor. Alie autẽ pene que sunt a iure ciuili imposite ratione festinantie secũdarũ nuptiarũ non fauore filiorũ sunt de iure canonico propter dictũ apostoli sublate. c. penul. ⁊ c. fi. de secũdis nup. ꝑut volũt doct. ibi. ⁊ in. l. j. C. de secũ. nup. ⁊ hactenus res est clara. 4 ¶ † Sed instari potest: quia forte dictus Bernardinus nõ adiuit hereditatẽ sue matris ⁊ hereditas matris non adita nõ transmittitur. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. tollen. etiã in ascendentẽ. l. cum pro numero. C. ad orficia. prout tenent ibi Cy. per illã legem quod ⁊ tenent ibi Bald. Ange. Saly. ⁊ Pau. de cast. ⁊ idem tenet Bar. in. l. vnica. C. de his qui ante apertas tabu. per tex. in. l. ij. §. si quis ex liberis. ff. ad tertul. idem tenuit idem Bar. in quodã consilio incipiente dubiũ est cum hereditas dicens ꝙ doc. ita tenent ⁊ semper sibi hoc placuit: et ita legendo ⁊ pluries consulendo tenui: sed duplici via potest tueri dictus Dominicus. si enim ipse in vita filij possedit bona materna si erãt bona in quibus caderet possessio possidendo bona hereditaria censetur adire per ea que habentur in. l. pro herede. ⁊ in. l. gerit. de acqui. heredi. ⁊ in. l. j. C. de repub. et absti. hereditate. et notat ad propositũ Saly. in. l. cum antiquioribus. C. de iure deliberã. cum pater possit adire hereditatẽ delatam eo filio inuito. l. fi. in prin. C. de bonisq; libe. ⁊ pariter eo ignorãte. l. qui potest. ff. de regu. iur. prout hoc tenent glo. que incipit immo videtur in. l. j. C. qui admi. ⁊ ibi Cy. Bar. ⁊ Ang. quod ⁊ tenent cõmuniter omnes prout dicit ibi Pau. de cast. idem tenens. Si autẽ dos consistebat in quantitate ⁊ non erant alia bona in hereditate matris tunc si filius vixit vltra annũ: ita ꝙ pater non poterat retinere dotem nisi adita hereditate per se vel filiũ: ideo tunc censetur habuisse animũ adeundi ne aľs incidat in morã si asserit se esse animo non soluisse prout late disputando concludit Bar. in disputatione sua que incipit debitor in diem. ⁊ in. l. gerit. de acqui. heredi. et in. l. recusari. eo. ti. quem sequitur Imo. in. d. l. gerit. ⁊ in. d. l. recusari. ⁊ Pau. de cast. in. d. l. gerit. et maxime si retinuit per decẽnium quo casu cõcordat cum Bartolo Baldus in. l. nõ hoc. C. vnde legi. et satis aperte videtur presupponere Bar. in cõsi. incipiẽte quidã habuit vxorem in ordine. xxxviij. ſm ordinem perusinũ non informis ⁊ licet Bar. loquatur in filio infante pro quo pater potest adire. l. si infanti. in prin. quasi sentiat secus esse in maiore infante ⁊ id firmet Ponta. in. d. l. gerit. eo quia pro maiore infante pater solus non potest adire: tamen dicta ratio militat quando pretenderet se adiuisse pro filia. Sed si pretẽdit se adiuisse nomine suo ⁊ sic pro se ex quo potest solus adire: vt. s. deductũ est eadẽ est ratio in maiore infante quo est infante: ideo videtur ꝙ sit idem ius. l. illud. ad legẽ 5 aqui. cum cõcor. quia tamẽ Bal. ⁊ nõnulli alij tenent cõtra. † Potest deduci alia via: quia minor qui decedit hereditate non adita: licet nõ transmittat hereditatẽ non aditam: tamẽ transmittit ius petendi restitutionẽ in integ. aduersus hereditatem non aditam. arg. l. pãtonius. de acqui. posses. ⁊ l. qui duos. de rebus dub. prout voluerunt Jaco. Oldra. per dicta iura. idem Jaco. butri. d. l. pantonius. ⁊ in. l. j. de resti. mili. idem Bar. in. l. vẽtre. de acqui. heredi. et in. d. l. qui duos. ⁊ in. d. l. pantonius. vbi idẽ tenet Imo. referens idem tenuisse Franci. de rampo. idem firmat Raph. in. d. l. si infanti. ⁊ in. d. l. j. de resti. mili. quod ⁊ tenuit Joã. and. in. c. in presentia. de proba. ⁊ hanc partem tanꝙ cõmunẽ tenet Pau. de cast. in. d. l. si infanti quã in maiore infante firmat Ange. in. d. l. si infanti. et in. l. cum antiquioribus. eo. titu. ⁊ voluit Ponta. in. d. l. pantonius. qđ secus volunt in infante: sed dictus Dominicus erat adultus: ideo nõ curandũ si qui secus tenent in infante ⁊ hec circa primũ quesitũ 6 dicta sufficiant. ¶ † Deueniendo autẽ ad scđm quesitũ est aduertendum ꝙ hereditas Dominici delata fuit ad filios qui supererãt ex scđo matrimonio tempore sue mortis per. d. aut. in successione. et hereditas patris nõ agnita transmittitur in quoscũq; iure suitatis. l. apud hostes. C. de suis et legi. l. si fratris. C. de iure deliberã. l. ventre. de acqui. heredi. cum simi. ideo licet forte dicti filij forte nõ acceptauerint hereditatẽ patris: tamẽ illam transmiserũt in eorũ heredes: hereditas autem primi fuit delata matri ⁊ sorori vtrinq; cõiuncti per. d. aut. defuncto. Deinde hereditas Frãcisce alterius 7 filie fuit delata matri exclusis alijs vlterioribus. † Nec sibi obstat transitus ad scđa vota ex quo non superest aliquis filius ex primo matrimonio per. d. l. femine. §. fi. ⁊ dicta. s. circa secundas nuptias Dominici succedẽtis Bernardino cui delata fuerat hereditas ma8 terna. † Nec etiã sibi obstat id quod sibi impingitur secũdo loco. s. ꝙ non assumpsit legitime tutelam. j. annũ: prout debebat. Debet enim mater confestim saltem intra annũ a tempore mortis petere tutorem dari si ipsa non vult esse tutrix. l. ij. §. si mater. §§. seq. ff. ad tertul. ⁊ l. ij. §. sunt autem. ff. qui petant tu. ⁊ insti. ad tertul. §. fina. Et si ipsi acceptant debent intra annum facere inuentariũ ⁊ administrare. d. §. si mater. versi. si pater. ibi nec legitimã tutelam administrat: prout dicit Bar. in. d. l. ij. §. sunt autem per illum tex. Et ꝙ mater debeat curare non solũ ꝙ detur tutor: sed etiam ꝙ compellatur ꝙ administret: prout volũt glo. Bal. Ang. ⁊ Saly. in. l. matris pietas. C. qui petant tut. ⁊ Saly. in. l. sciant. C. de legi. heredi. ⁊ qui non conficit inuentarium non potest legitime administrare. l. fi. §. illo proculdubio. C. arb. tut. ⁊ l. tutor qui repertoriũ. et que ibi per Bar. ff. de admini. tuto. ⁊ licet posset instari qđ fuit impedita forte 9 facto eius vel eorũ qui sperabant successionẽ. † Tamen non oportet super hoc instare: qm̃ dicta Francisca decessit pubes et mater propter negligentiã in non petendo tutorem pupillo solum punitur si ille decessit impubes vt est casus in terminis in. l. matres. C. ad tertul. ⁊ d. l. sciant. de legi. heredi. ⁊ l. omnem. C. ad tertul. Et est ratio quia in eo in quo deliquit decet ꝙ puniatur: prout dicit glo. in. d. l. sciant. et vbi casus legis non est disputandum. l. illam. versi.

de modo.C.de colla.⁊.l.ancille.C.de furtis. ideo cum dicta Francisca decesserit pubes nō est hesitādū quominus mater eidē successerit etiā si fuit negligēs in faciēdo inuentariū vel administrādo: ita ꝙ attētis iam dictis oīa videntur deuoluta ad matrē. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cxxvj.

1 ☞ Graduatus cum duriori ingressu scꝫ ꝙ ad tres annos nō debeat participare iurauitq; seruare ea que sunt in collegio seruāda an illa cōditio tanq̄ impossibilis reijciatur.nu.seq. per totū consi.
2 Iuramentū relatum ad incognita presupponit scientiā in genere.
3 Conditio impossibilis vitiat actum.
4 Media ex precedentibus ⁊ sequentibus declarantur.
5 Antecedenti priuatus priuatur etiam cōsequenti.
6 Statutū ꝙ non sit aliqs de collegio nisi ponatur ad partitū ⁊ per maiorē partē obtineatur non trahitur ad doctoris collegiati filiū. Collegiati filius dꝫ facilius ⁊ fauorabilius in collegio aggregari. Argumentum valet de similibus ad similia nedū iure ciuili immo et municipali.
7 Statuta ambitiosa non valent ⁊ ambitiosum dicitur contra antiquam cōsuetudinē vt collegiū doctorū qd̄ nō pōt aliquid statuere contra antiquā formam consuetā vel magis grauare doctorādos.
8 Modus quis dicatur ⁊ differt a conditione nec modus impossibilis vel turpis vitiat dispositionē etiam inter viuos sed vitiatur.
9 Incōtinenti factum quid dicatur vt inesse videatur. Iurans seruare seruāda quō intelligatur si in collegio aggregetur cum hoc ꝙ nō participabit cū collegiatis per tres annos.nu.seq.
10 Specialiter vna via exclusus non repellitur alia via.
11 In collegialibus actibꝰ an due partes esse debeāt vt valeat actus.

¶ Consilium.cxxvj.

In nomine dn̄i nostri Iesu

1 christi. ¶ † In presenti consultatione videtur prima facie dicendum ꝙ dictus magister Franciscus nō debeat participare vocē fabas nec pecunias ad tres annos: nam ipse non videtur ꝙ sit de collegio nisi quia obtentus fuit in collegio ꝙ esset de collegio medicine: ideo oportet ꝙ pro suo fundamento alleget illud ordinamentū seu illa admissio ⁊ partitus qui fuit aliter obtētus in collegio: ⁊ in illo se fundet nec fuit aliter obtētus: ideo cum statutū sit ꝙ nullus sit de collegio nisi prius ponatur ad partitū et obtineatur ad bussolā ⁊ fabas albas ⁊ nigras per maiorē partem ⁊ non aliter videtur qd̄ nō sit obtentus nisi cum dicta cōditione seu qualitate: nec videtur ꝙ dicta admissio qualificata possit scindi et diuidi cum sit vnica admissio qualificata ⁊ vnicus partitus qualificatus per ea que habētur in.l.aurelio.§.idē quesijt. de liber.leg.et in.l.neminē.ff.de leg.j.et in.l.etiam.§.ex causa.de mino.⁊ per Dy. in.l.de rebus.ff.rerum amo. et per docto.in.c. cum venerabilis.de excep. Et maxime quia ipse magister Franciscus iurauit accipere locum ſm formā sue admissionis. Item iurauit inuiolabiliter seruare facta et fienda per collegium. Et dictum iuramentū prestitit ad delationem prioris et sic videtur acceptasse dictā admissionem factam per collegium sub illa forma sub qua facta fuit. Et ideo videtur ꝙ nequeat venire ne incidat in periuriū ⁊ quia ꝙ semel pla-
2 cuit ⁊c.regula ꝙ semel placuit in.vj. cum cōcordan. † Et licet forte ignorauerit illam formā ꝙ tamen non videtur verisimile cum fuerit nota patri qui verisimiliter eidem notificauit nisi forte pater fuisset astrictus ad non reuelandum filio: tamen censetur habuisse scientiam in genere ex quo iuramentū retulit ad ea que ignorauit et illa sufficit.ar.l.qui iure militari.de testa.mili.⁊ in.l.tres fratres. ff.de pactis.⁊ in.l.cum aquiliana.⁊ ibi per Ange. Rapha.⁊ Pau. de cast.ff.de transac.⁊ in.l.sub pretextu specierum.C.eo.titu.et per Bar.⁊ doct.ibi.⁊ in.l.qui rome.§.duo fratres. de verbo.obli. facit etiam quia si nō fuisset propositus cum illa qualitate ⁊ sub illa forma forte non fuisset obtentū per maiorem partem: prout obtineri
3 necesse est ex forma statuti. † Item facit quia conditio turpis vel impossibilis vitiat actū.l.impossibilis. de verb.obliga.⁊.l.si plagij. et.l.generaliter.de verb.obli.⁊.c.fi.extra.de condi.appo.arg. sum-
4 pto a speciali quatenus ibi secus deciditur fauore mr̄imonij. † Ex his videtur concludendū ꝙ dictus magister Franciscus teneatur seruare dictam formā traditam in dicto partito et admissione. Et propterea intra tres annos non videtur qd̄ possit dare vocem vel fabas reddere in collegio nec participare pecunias. Licet enim de pecunijs nihil dicatur: tamen videtur tacite cōprehendi: quia id deprehenditur fuisse de mente: quia vna cum limitatione vocis et fabe cōiungitur receptio pecuniarum in precedenti partito etiam in sequenti capitulo cōnexo ⁊ ex precedentibus et seq̄ntibus me-
5 dia declarantur ⁊ interpretantur.l.heredes palam.§.sed si notam. de testa.⁊.l.si seruus pluriū.§.fi. de lega.j. † Preterea in capitulo sequenti cōtinetur ꝙ alius postea recipiendus non possit participare vocem fabas vel pecunias ante dictum magistrū Frācis͂cum: ex quo deprehenditur ꝙ ipse magister Franciscus nō habebat statim participare pecunias. Si enim statim haberet ius percipiendi pecunias nō potuisset alius postea recipiendus ipsum preuenire: ⁊ sic frustra fuisset apposita illa clausula dūmodo alius recipiēdus non participaret pecunias ante dictum magistrum Franciscum: preterea videtur qd̄ ratione vocis reddite percipiatur pecunia: et sic priuato necessario antecedenti priuatur cōsequenti cum ad cōsequens sit necessarium antecedens.l.illud.de acqui.heredi.l. si duo patroni.§.iulianus.l.duobus.§.exceptio.§ colonus.⁊.§§. sequen-
6 tibus.ff.de iureiur. ¶ † His tamen non ob.cōtrarium arbitror de iure respondendum saltem qd̄ dictus magister Franciscus debeat participare pecuniam que prestatur in examine venientiū ad gradum doctoratus in medicina: nam premitto ꝙ ciuis doctoratus ⁊ cōductus per sapientes studij ad legendū debent ex forma statuti volentes describi in collegio proponi et mitti ad partitum inter collegiatos: quia ita exp̄sse disponitur in statuto: ideo dictus magister Franciscus: debebat simpliciter et absolute absq; illo onere seu illa qualitate proponi in collegio et tantofortius: quia erat filius collegiati. Nam filius collegiati debet facilius ⁊ fauorabilius aggregari in collegio.argu.l.nemini.§.filios.⁊.l.petitionē.§.filijs. C.de aduo.diuer.iudiciorū. Et facit etiam statutū ciuitatis disponens ꝙ filio collegiati in aliqua arte nō potest denegari ingressus sub pena: ⁊ licet statutū non loquatur de collegio artium vel medicine: tamen ⁊ de iure cōmuni et de iure municipali proceditur de similibus ad similia.l.non possunt.ff.de legi.⁊.l.de quibus.in fi.eo. titu.⁊.l.inter ceteras.de rescriptis. Ideo cum videatur casus similis videtur dictū statutum trahendū ad istud collegium: nō enim videtur minor ratio in filio doctoris artis medicine ꝙ in filio alterius artificis immo maior quia doctor meretur maiorem fauorem ratione doctrine ⁊ dignitatis. Item quia ciuis cōductus ad legendum debet ex forma statuti poni ad partitū ⁊ non potest sibi denegari ꝙ non contingit in alijs collegijs aliarū artium. Et ideo non esset absonum trahere illud statutū generale populi saltē circūscripta pena ad istud collegiū. Et statutum collegij limitari per dictū generale statutū cum statutū dicti collegij non faciat mentionem de filijs doctoris collegiati. Et indefinita locutio non equipollet vniuersali de rigore verborū: sed ex humanitate.l. si seruitus.ff.de seruitu.vrba.prediorum: prout notant ibi Bal.⁊ Rapha.fulgo.et Petrus de bellapertica Bar.⁊ Imo. in.l.si pluribus.de leg.ij. Et tunc equipollet vniuersali quādo est eadem ratio ⁊ cōditio omniū cōprehensorū sub vniuersali prout vult Dy.in rub.de regu.iur.in vj.⁊ glo.⁊ doc.in.c.vt circa.de elec.lib.vj.⁊ glo. Bar.et doc.in.d.l.si pluribus.⁊ Ange.in.d.l.si seruitus. dicens ꝙ tunc censetur eadem conditio et eadem ratio omniū contentorū sub vniuersali qn̄ non potest ratio diuersitatis reddi quare magis continetur vnus quā alter. Sed in casu nostro pōt reddi ratio diuersitatis inter filiū doctoris collegiati stāte dispositione iuris cōmunis per.d.l. nemini. §.filijs.⁊.d.l.petitionē.§. filios. ⁊ dispositione predicta iuris municipalis: ideo dictum statutū ꝙ nō sit aliquis de collegio nisi ponatur ad partitū ⁊ obtineatur per maiorē partem indefinite loquens non trahatur ad filiū doctoris collegiati. Sed debeat simpliciter
7 recipi: prout alij et preferri alijs super numerarijs. † Accedat etiā quod statuta ⁊ gesta ambitiosa collegij sunt inefficacia.s. nulla vel saltem rescindenda.l.ambitiosa.ff.de decre.ab ord.faci.et ibi Bar. ⁊ per Bal. in aut.habita.in prin.col.iij.C. ne filius pro patre.dicēs qd̄ collegium doctorū non potest aliquid statuere contra formam antiquitus cōsuetam vel magis grauare doctorandos: quia talia statuta sunt ambitiosa adducit.d.l.ambitiosa. Bar.etiam in.l.fi. ff.de colle.illic.post mediū versi.quero. super quibus dicit ꝙ collegia nequeūt facere statuta per quam alijs preiudicetur istud quod actum fuit est preiudicatiuū a dicto magistro Frācis. ⁊ alijs postea aggregandis collegio: quia nō possunt participare vocem vel fabā vel pecuniam ante magistrum Franciscū. Item est contra formam antiquitus consuetā: quia in alijs est consuetum ꝙ statim qd̄ sunt admissi ⁊ descripti in collegio vocem ⁊ fabas reddūt in collegio et pecunias recipiūt: prout ceteri. Et istam moderationē admissionis deprehenditur ex ambitione fuisse factam vt pauciores sint in participando: ⁊ quia sancitum erat ꝙ essent octo numerarij et alij super numerarij per indirectū fieret fraus dicte cōstitutioni disponenti ꝙ sint octo numerarij: ⁊ sic fit fraus cōstitutioni cōtra legem et.l.fraus ⁊ legi.ff.de.ll.⁊.l. nō dubiū.C.eo.titu. facit ad predicta.c. cum omnes.⁊ que ibi habentur extra.de cōsti.vbi canonici fecerūt constitutionē per quam onerantur recipiendi in posterum plusq̄
8 recepti qui statuerūt que cōstitutio reprobatur ibi a pōtifice. † Ex quibus inclino in hanc sententiā ꝙ dictus magister Frācis͂cus vel non astringatur dicto oneri vel ipsum onus per superiorē debeat remoueri: attēto etiam ꝙ prout percipio doctores collegiati pro admissione in collegio recipere solent quantitatē pecunie taxatā. Et a dicto magistro Francisco tantūdem receperunt quantum si simpliciter et absolute fuisset admissus sine aliqua reseruatione: ideo dicta reseruatio videtur iniqua etiam hoc respectu: quia non debebat artari vt integre solueret si non integre recipiebatur. Et est aduertendum ꝙ dicta admissio non fuit conditionalis: sed fuit modalis attentis his que habentur maxime per Bar.in.l.quibus diebus.§.termilius.de condi.⁊ demon. quia modus est moderatio quedam dispositioni adiecta eum qui honoratur aggrauans in

tempus

tempus dispositionis perfecte ꝓut diffinit Bart.ibi que diffinitio
adaptatur ad hunc casum vt recte intuenti plane patet:nã admis-
sio in collegio est perfecta:quia inesse producta non suspensa: ꝓut
suspenditur per conditionem ad cuius differentiam sunt in diffini
tione apposita illa verba in tempus dispositionis perfecte:ꝓut et
declarat ipse Bar.ibidem modus autem impossibilis vl' turpis nõ
vitiat dispositionem etiã inter viuos:sed vitiatur vt no. Bal.in.l.
cum donationis.C.de transac.per tex.⁊ glo.ibi.quod saltem proce
dat si turpitudo non respicit delictum ⁊ saltim si turpitudo versat
solum ex parte eius in cuius fauorem modus adijcitur ⁊ non eius
quem modus aggrauat:prout contingit in casu nostro in quo mo
dus ex ambitione fuit adiectus in fauorem legentium ⁊ in graua-
men magistri Francisci admissi ⁊ similiter in terminis.d.l.cum do-
natiõis ⁊ sue glos.licet conditio impossibilis vel turpis vitiet actũ
l.non solum.de acti.⁊ ob.⁊.l.impossibilis.de ver.ob. ⁊ in conditiõe
loquitur text.in.c.fi.de condi.⁊ demon.ideo non mirum si illud ibi
statuitur in fauorem matrimonij ⁊ in cõtrarium est ius commune.

9 †Nec obstat casui nostro in quo est modus non ꝯditio.Coadiuuã
tur premissa:quia ille modus adiectus admissioni ipsius magistri
Francisci habet annexum modum.s.quod alij non possint interim
participare:sed istud nõ potuit disponi per ipsos collegiatos per
dicta.s.per Bar.⁊ Bal.in locis.s.allegatis.ergo suadet ratio ꝙ il-
la moderatio adiecta magistro Francisco rejciatur.Et per hoc po
test euitari quod in contrarium dicebatur quod nõ potest pro par-
te acceptari ⁊ pro parte impugnari:q̃ in modo inhonesto videtur
hoc tolerabile per.s.dicta. ⁊ prout in vltimis voluntatibus ꝯtin-
git in conditione impossibile ad id autem quod in contrarium di-
xi de scientia in genere dici possit quod non procedat in dolo cela-
tis per ea que habentur in.l.tres fratres.de pactis. vnde si malitio
se ⁊ data opera celauerunt formam admissionis:prout videtur de-
prehendi si noluerunt sibi postulãti illas intimare: immo dederũt
iuramentũ omnibus collegiatis quod nullus reuelaret non videre
tur ad eam trahendam promissio.Item mihi presupponitur ꝙ di
ctus magister Francisc. declarauerat prius dum agebat de solutio
ne pecunie pro admissione ad collegium quod non erat sue inten-
tionis acceptare cõditiones sue admissionis nisi illas prius sciret.
Item licet ipse tempore quo fuit acceptatus in collegio actualr:
licet prius simpliciter iurauerit recipere locum secundum formam
sue admissionis ⁊ non venire cõtra sub pena ⁊ postea fuit collegia-
tis facta solutio ⁊ refutatio ⁊ assignatus locus eodem tempore suc
cessiuo continuato tempore ⁊ dictus magister Franciscus statim
declarauit quod acceptabat conditiones sue admissionis inquan-
tum de iure tenebatur ⁊ non aliter:⁊ ea que incontinenti exprimũ
tur censentur inesse.l.lecta.versi.dicebam si cer.pe.⁊.l.iurisgentium
§.quinimmo.ff.de pac.incontinenti autem censetur actum si eodẽ
die loco ⁊ presentibus prout dicit Bal.in altera repetitiõe.l.petẽs
C.de pac.ad hoc.l.continuus.in prin.de verb.obli.⁊ quod per bal.
in.l.j.C.de bo.libe.nec cẽsentur extranei actus solutio ⁊ refutatio
ratione solutionis facte cum non fierent nisi ratione admissionis
in collegium.arg.l.duos reos.§.fi.de duobus reis.ideo attento qđ
prius ostenderat mentem suam que non presumitur mutata.l.cuꝫ
qui mutatam.de proba.⁊ attẽto ꝙ parum post anteq̃ recederet de
loco declarauit intentionem suam:attento etiam quod verba erãt
equiuoca iuramenti:quia iurauit accipere locum secundũm formã
sue admissionis : q̃ poterant referri ad locum : vꝫ si in admissione
erat circa locũ data aliqua forma puta ꝙ deberet habere priorẽ vel
posteriorem locum:ita videntur sonare verba : ⁊ potuit magister
Franciscus intelligere de tali forma postea incontinenti ad caute-
lam voluit se declarare consulit tamen sibijpsi ⁊ sue conscientie qđ
gestauit in animo dum iurauit quid sensit in foro enim consciẽtie
creditur suo dicto.c.significasti ante medium de homi.cañ.q̃ presu

10 latus.in.q.iiij.†Quicquid autem sit circa dictam moderationẽ:an
teneat necne:animaduertendum duxi quod nihil de pecunijs per-
cipiendis in examine in quo non mittit̃ faba nec datur vox:sꝫ red-
dũtur litere.A.⁊.R.itaq̃ verba moderationis non comprehẽdũt
literas vel pecuniam ⁊ a verbis non est recedẽdum.l.non aliter de
le.iij.l.j.§.si is q̃ nauĩ de exerci.Et maxĩe q̃ hoc erat magis põde-
rãdũ q̃ est act⁹ maioris põderis ⁊ maioris ĩteresse:ita ꝙ ṗncipal̃r
erant exprimẽda si intendebant comprehendi:nam ea que notabi
liter fiunt si specialiter non exprimantur censentur neglecta.l.item
apud labeonem.§.hoc edictum.ff.de iniur. Et prout expressit de
fabis:ita expressisset de literis que erant pluris extimanda ⁊ simili
ter de pecunijs.Et qui de aliquibus negat de alijs videtur affirma
re ⁊ econtra.c.nonne de presumpt.⁊.l.cum pretor. de iudi.⁊.l.si qs
ex argentarijs.§.prohibet de eden.Et est imputandum ipsis colle
giatis quare legem apertius nõ induxerunt si volebant omnia cõ-
prehendi.argu.l.veteribus.ff.de pactis.itaq̃ verba si dubia essent
forent interpretanda contra illos qui ex eis volunt niti:ar.l.quic-
quid astringende.de verborũ obliga.⁊.l.labeo.⁊.l.si in emptione.ff.
de contrahen.empt.Maxime quia magister Franciscus habet re-
gulam pro se: quia collegiati numerarij reddunt literas ⁊ recipiũt
pecunias in examine:ita quod ipse habet intentionem suam fun-
datam in regula pro qua presumitur vt no.Bar.in.l.quotiens.ff.si
quis cautio.Qui igitur in limitatione ⁊ exceptione debet conclu-
denter probare per ibi dicta ⁊ per ea que habentur in rubrica de re
gu.iur.in.vj.⁊ per glos.⁊ doc.in cle. si.de rescriptis.⁊ facit.l.in exce-
ptionibus.de excep.⁊ quod no.Jo.an.in.c.j.de homi.lib.vj.⁊ post
eum Bald.in.l.si quis non dicam rapere.C.de epis.⁊ cle. Et maxi-
me q̃ priuare collegiatũ his que ad collegiatos ꝑtineret ⁊ quodã-
modo suo stipendio videt̃ quid odiosum ⁊ irrationabile: ideo plu
rimum restringendum:prout alias dicebat Bald.in.l.cuicunq̃.C.
de seruis fugi. quod priuare auum maternum ꝓpter patruum est
odiosum odio irrationabili: ideo plurimum restringendum : licet
fuerit ṗncipaliter inductum in fauorem patrui:⁊ sic plura concur-
runt quod dicta moderatio admissionis nõ trahatur ad approba-
tionem vel reprobationem que fit in examine:nec ad pecunias que
tunc recipiuntur pro quo facit quia ille actus non fit collegialiter
sed singuli de collegio vt singuli prebent testimonium.quod demõ
stratur quia prior qui est caput collegij nõ recipit neq̃ videt vota.

11 †Item si non interueniret prior neq̃ senior de collegio oĩmodo
actus fieret non ita alij actus q̃ collegialiter gerunt̃. Itẽ lꝫ nõ ĩter
uenirẽt due partes collegiatoꝝ examẽ expediret̃ ꝓut audio quod
qñq̃ contingit tp̃e pestis ita qñq̃ occurrit in nostro collegio : ⁊ tñ
in actibus collagialibus debent interuenire due partes alius act⁹
non valet.l.nulli.ff.quod cuiusq̃ vni.no. ⁊.l.nominationum. ff.de
decur.Ex quibus deprehenditur quod licet soli doctores collegij
numerarij interesse debeant tamen non intersunt vt collegium in
reddendis votis:ideo non mirandum si de illo actu non collegiali
se non intromiserunt. Nõ obstat quod in precedenti admissione sit
mentio de pecunijs ⁊ in sequenti capitulo:q̃ respõdetur quod im
mo pñt induci:quia vbi voluerunt comprehendi expresserunt : ita
expressissent in casu isto si voluissent non dixerunt ideo ⁊c.c.ad au-
dientiam extra de decimis ⁊.l.si seruum.§.non dixit pretor de acq.
hered.Nec obstat quod in vltimo capitulo dicitur quod alius non
participet pecunias ante magistrum Franciscum : quia responde-
tur duobus modis.vno modo ꝙ intelligatur ꝙ alius eligẽdus nõ
participet vocem fabas vel pecunias ante dictum magistrum Frã-
ciscum hoc est anteq̃ dictus magister Franciscus dicta tria partici
pet:ita quod non sufficit quod magister Franciscus alterũ partici
pet vt alius admittendus alterum participet.secundo responderi
potest quod intelligatur de pecunijs que participantur ratione fa
barum vel vocum que prestantur collegialiter:prout sunt forte il-
le pecunie que soluuntur pro admissione in collegio cuius partit⁹
mittitur ad bussolam ⁊ fabas ⁊ non pro isto partito qui non mitti
tur collegialiter ad literas.A.⁊.R.

Laus deo.

¶Summarium super consilio.cxxvij.

1 Dos dr̃ mulieris patrimonium.
2 Debitum confunditur creditore succedente debitori.
3 Legitima an sit de corpore hereditatis sumenda ita quod sit tertia pars ere alieno non prius deducto.ꝑ totum.
4 Enunciatiua ỽba geminata tñ disponunt.
5 Bonorum appellatione non venit es alienum.
Compensandi animo quando videatur facta institutio vel lega-tum.nume.seq.
6 Doctor rubescit sine lege loqui.

¶Consilium.cxxvij.

In nomine dñi nostri Je-
su christi.

1 ¶†Quamuis casum reputem clarum pro
more autem seruando aliquid(licet leue) adducã ad
reddendum rem dubiam ⁊ quidem dos censetur pa-
trimonium mulieris etiam viuo marito.l.iij.§.vtrum.ff.de minor.
multofortius post mortem quo tempore est locus restitutioni.l.ij.
in prin.cum similibus.ff.solu.ma.Et licet maritus ex forma statuti
lucretur tertiam partem dotis:tamen in compensationem dicti lu
cri habet residuum hereditatis a legitima supra:nam ex quo videt̃
debitum necessarium videtur maritus ab vxore honoratus animo
compensandi:arg.l.si cum dotem.§.si pater.ff.soluto matrimonio
⁊.l.huiusmodi.§.cum pater de leg.j.⁊ auc.preterea.C. vñ vir ⁊ vxor
pro hoc firmat Jac.de are.in.d.§.si pater.⁊ Bar.in.d.§.cum pater
⁊ in.d.auc.preterea.⁊ Bald.in.l.quoniam nouella.C.de inoffi.tes.
⁊ in.l.quoniam in prioribus.eodem titu.quod ⁊ tenent Richar.⁊
Bar.de Saly.Pau.de cast.⁊ Ponta.in.d.auc.preterea.⁊ Imo.in
d.§.pr̃.⁊.d.§.cũ pr̃.⁊ in.c.officij extra de test.⁊ est cõmunis opi.ꝓut
dicunt Bald.Saly.⁊ Pau.de ca.in.d.auc.preterea.⁊ propterea vi
detur quod de dicta tertia parte quam alias maritus lucratur non
sit habenda consideratio ⁊ maritus eam non detrahat:sed sit con-

2 tentus alijs duabus partibus sibi relictis.†Preterea quando cre-
ditor succedit confunditur creditum.l.debitori.C.de pac.l.vrãni⁹.
de fideiusso.cum similibus.⁊ ideo non videtur amplius de eo habẽ

3 da consideratio.¶†Tamen his non obstantibus puto in contra
rium esse apertam iustitiam:nam premittẽdum est quod legitima
matris est tertia pars eius quod ipsa mater consequeretur ab inte-

stato non facto scilicet testamento.l.parentibus.⁊.l.nuper.C.de in offic.test. Sed ab intestato dicta mater non fuisset consequuta nisi duas partes dicte dotis succedendo insolidum ipsi filie: qꝛ tertiam habuisset maritus ergo legitima est tertia duorum partium dicte dotis. Adeo quod si habuit in dotem nonaginta due partes sunt dc.de sexcentis habebit legitimam hoc est tertiam partem ⁊ sic ducenta. Item legitima est quota bonorum non quota hereditatis.l.cum queritur.C.de inoffic.te.⁊ no.glos.in.l.cum a matre.C.de rei vēdi. Ideo deducitur es alienum.l.subsignatum.§.bona.ff.de verborum signi.⁊ in proprijs terminis est tex.in.l.papinian⁹.§.quarta autem deducto ere alieno ⁊c.ff.de inoffi.testamento: ideo debet deduci es istud alienum quod non erat in bonis vxoris: ⁊ attendūtur bona que sunt testatricis tempore sue mortis.d.l.cum queritur. Sed in bonis testatricis non erat dicta tertia pars dotis: nec vnꝙ fuit: qꝛ constante matrimonio ⁊ sic in vita testatricis erat tota dos mariti.l.doce ancillam.C.de rei ven.⁊.l.de his.⁊.l.ex pecunia.C.de iure do.soluto autem matrimonio per mortem vxoris maritus cōsequutus fuit dictam tertiam partem ⁊ non exiuit de bonis suis et nunꝙ fuit in hereditate vel bonis vxoris. Et lꝫ Imol.in.d.§.si pr̃.dicat quod per dictum statutum paratur solum exceptio ⁊ ponderat quod loqnitur per verba futuri temporis iuxta ea que habētur in.l.in criminali.C.de iurisdi.om.iud.in.l.iubemus.§.sane.C.de sacrosan.eccle.⁊ per glo.magnam in.l.si quis in tantam.C.vnde vi ꝑ cañ.in.c.si diligenti de foro compe. Tamen legendo non placuit: nec placet quia dicta iura loquuntur in penis que sunt odiose ⁊ restringende regula in penis in.vj.c.statutum.de elec.eo.lib.⁊.l.si ꝑ̃fes.⁊.l.interpretatione de penis nos non sumus in penis: sed in fauorabilib⁹: quia est inductum in fauorem mariti nō in odium vxoris quod tertia pars dotis remaneat apud virum: non enim est cā quare vxor ꝑ̃decedens sine liberis sit legi exosa ⁊ penam mereatur: ideo censenda est dispositio fauorabilis non odiosa ⁊ penalis fauores autem sunt ampliandi non restringendi prout odiosa ⁊ penalis.c.odia restringi fauores conuenit ampliari de reg.iur.in.vj.⁊ ꝑ glo.in.l.cum quidam.ff.de libe.⁊ posthu.

4 † Item ponderādum est quod dos constāte matrimonio erat mariti vt.s̃.deductum est: ita ꝗꝫ faciliter debet impediri amissio ⁊ ortus obligationis ⁊ actionis quam si fuisset orta actio illa extingui cum facilius impediātur cōtrahenda quam tollantur iam cōtracta.l.patre furioso iuncta gl. cui concord.in ea adductis.ff.de his qui sunt sui vel ali.iur.⁊.c.ad apostolicam de regulari. Preterea dicit̃ in litera quod tertia pars dotis remaneat ⁊ remanere debeat apud maritum ⁊ inuiolabiliter sit mariti ⁊ sic geminatio verborum debet attendi.argumē.l.balista.ff.ad treb.⁊ per Bal.in verbis cassetur ⁊ irritetur in pace constantie qui dicit quod geminatio bonorum futuri temporis operatur quod pena irrogetur ipso iure fortius in casu isto in quo nō agimus de pena: sed de fauore vt dictum est: ⁊ alias dicit Pau.de cast.in.l.ex hac scriptura.de dona.quod verba enunciatiua geminata disponunt: licet alias non disponerent. Facit quod per Bar. in.l.cum scimus.de agri.⁊ cen.lib.xj.⁊ per Panor.in.c.si cautio de fide instrumentorum.⁊ quod per Angel.in.l.stichum.§.stipulatio de ver.ob.⁊ in.l.ij.ff.de iur̃ cod.⁊ alias per Bald.⁊ Zab.post eum in c.fi.de offi.deleg.⁊ multa similia possem inducere quod geminatio ꝟborum ⁊ geminatio actuum plurimum operatur que breuitatis causa omitto: ⁊ qꝛ non expedit: nā dato quod in hereditate actionis mulieris remaneret actio ad integrā dotē ⁊ marito ꝯpeteret exceptio vel ꝙ actio nō cōpetat ꝑ.l.nihil interest actionē qs nō hēat an ꝑ exceptionē infirmet̃ de reg.iu.⁊ isuꝑ si actio ꝯpeteret ⁊ merito exceptio legitima competeret in illa actione inefficaci: prout in ceteris bonis: itaꝗꝫ mater si peteret tertiam partem totius dotis cōsequetur tertiam duarū partium: ⁊ a residuo ⁊ sic a tertia parte alterius partis repelleretur exceptione.⁊ sic esset idem effectus. Remanet ergo conclusio quod legitima matris est effectualiter tertia ꝑs duarum tertiarum decem integre dotis. Et sic si dos est quantitatis nouem duo peti possunt pro legitima: non obstantibus adductis in contrarium.

5 † Non.n.obst. quod censeatur institutio facta animo compēsandi: quia istud negari potest in casu isto ex quo totum id quod relinquere potuit reliquit eum vniuersaliter instituēdo: qualitas itaꝗꝫ facti suadet qđ potius ex nimio amore instituit quam animo compensandi: nec hoc casu loquuntur iura que in cōtrarium circa compensationem inducuntur. Item licet alias indubio censeatur relictum animo compensandi: tamen secus si relictū refertur ad bona testatoris: vt quia dixit quod legabat tantū puta centum de bonis testatoris: quia bona intelliguntur deducto ere alieno.d.§.bona.prout hanc limitationē tradit Bart.in.d.§.cum pater.⁊ in.l.liberti liberteꝗꝫ.C.de operis liber.⁊ facit quod in simili dixit idem Bar.in.l.iurisiurandi.§.si liberi.ff.de oper.lib. Et qđ alias dixit Bal.in.l.j.C.de his que pene no.dicens quod heres nō conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hereditarias ad legatum factum de bonis testatoris. Sed institutio vniuersalis solet communiter fieri per hec verba in omnibus autem alijs bonis suis ita puto quod sit facta in nostris terminis: licet testamentum non viderim. Et si ita facta est restat quod cēsetur non relictum animo compensandi secūdum dictam theoricam Bart. Non curaui videre testamētū: quia alia media sunt magis plana. Itē institutio ista non consistit in quantitate sed in quodam vniuersali iur̃.l.hereditas de reg.iur.⁊.l.nihil aliud.de verbo.signi. Et tunc non admittitur compensatio etiam in huiusmodi terminis quando debitum ⁊ relictum consistunt in quantitate prout loquuntur.d.§.si pater.et d.§.cum pater.prout volunt Oldra.Bart.⁊ Bal.⁊ Ange.⁊ Pau.de ca.in.d.§.cum pater.per.l.si pater pro filia.ff.de colla.dotis. qđ ⁊ tenuit Bald.in.l.filia legatorum.C.de leg.⁊ in.l.si vxor.C.de bonis auc.iud.pos.⁊ in.l.quoniam in prioribus.in vltima col.C.de inoffi.te.⁊ Saly.in.l.nēsenius.ff.de neg.gest.ꝙ ⁊ cōiter tenet̃: sed in casu nostro non sunt hincinde quantitates merito cesset ꝯpēsatio.

6 † Dato autem sine preiudicio veritatis quod censeret̃ relictū aio compēsandi nihil refert: quia ꝓpterea auget̃ legitīa non.n.hoc iure cautum reperitur ⁊ turpe est sine lege loqui.§.consideremus.in auc.de triente ⁊ semi.⁊.l.illam.C.de col. Nec ratio aliqua id suadet: nam compensatio non auget bona testatricis: ⁊ per cōsequens nō auget legitimam que est pars bonorum testatoris: ⁊ sic nullatenus obstat dicto hr̃di instituto. Et pari rōne nō obstat confusio que fit per existentiam heredis habetur insuper loco solutionis.d.l.vranius.de fideius.nec solutione debiti hereditarij auget̃ legitima: ⁊ ꝓbatur in simili in.l.ī imponēda.C.ad.l.fal. Laus deo.

Summarium super consilio.cxxviij.

1 Conueniri quod quis nequeat vltra quam facere possit non trāsit in heredes vniuersales vel successores ꝑticulares.
2 Accessorium debet sequi naturam sui principalis.
3 Verba sunt interpretāda secundum naturam actus super quo interponuntur.
4 Renunciatio gñalis ad que trahatur.
5 Priuilegium ne quis conueniatur vltra quā facere possit an ꝑtit socio.per totum.
Socius non seruans ꝓmissa an censeatur in dolo.
6 Consignare verbum quid importet.nu.4.
7 Renuncians omni alij iuris bñficio an videatur renunciare beneficio ne quis conueniatur vltra ꝙ facere possit.nu.seq.
8 Ditari quilibet ꝑ̃sumitur non autem depauperari.
9 Alimenta debentur secundum vires patrimonij ⁊ alere non tenet̃ vbi non suppetunt facultates.

Consilium.cxxviij.

In nomine dñi nostri iesu christi.

1 † Circa hanc consultationem videtur ꝑ̃ma facie dicendum quod dictus Petrus defensor possit obijcere exceptionem ꝑ̃dictam ne exigatur vltra quā facere possit dictā enim exceptionem habet socius.l.verum.in pn.ff.pro socio. Et licet ista exceptio non transeat in successores etiam vniuersales vt.d.l.verum.in fi.princ.⁊ ar.l.quia personale.ff.soluto matri. Et forti⁹ nec transeat in singulares successores plura.n.trāseunt in successores vniuersales quam in successores singulares patet quia actiones actiue ⁊ passiue transeunt in successores vniuersales.l.j.C.si cer.pe.⁊.l.pro hereditarijs.⁊ ꝑ totum.C.de heredi.acti.⁊ tamē secus in successorem singularem.l.j.§.si heres.ff.ad trebel.et l.fi.ff.de contrahen.emp.facit etiam.l.etiam si in rem.ff.de iureiur. ponderata natura dictionis etiam que est vt in casu sit magis dubium: prout dicunt Salyc.⁊ Pau.de cast.in.l.cum antiquioribus.C.de iure deli. Tñ necessarius defensor potest qui exceptionem personalem habet illam opponere pro eo quem defendit.l.idemꝗꝫ.§.generaliter.ff.mandati.⁊ Bar.ibi.⁊ in.d.l.verū.in prin.⁊.l.sed si lege.§.item si rem distraxerit.de peti.here.⁊.l.ꝓcurator ad exibendū ff.iud.solu.in casu aūt nostro venditor est necessarius defensor emptoris.l.j.C.de pericu.⁊ commo.rei ven.⁊.l.venditor.ff.de iudi.vbi etiam de materia per doc.⁊ ideo videtur quod venditor defendēs

2 dictos emptores conuentos possit vti dicta exceptione. † Qđ maxime videtur dicendum in conuentis hypothecaria que tanquam accessoria videtur quod debeat assumere naturam principalis ar.c.accessorium.de reg.iur.in.vj.⁊.l.cum principalis.⁊.l.nihil dolo.§.cum principalis.ff.eo.ti. Licet hoc solum non sufficeret per.d.l.ve-

3 rum.in prin.ver.videndum. † Et licet ꝓmiserit consignare ad integrum quicquid ad eius manus ex ipsa societate vel eius occasione peruenerit. Tamen videtur quod intelligatur ꝭm naturam actus scꝫ si facere poterit: nam verba interpretantur secundum naturam actus super quo interponuntur.l.si vno.l.ff.loca.⁊.l.si stipulatus.

4 de vsur.⁊.l.fi.ff.qui satis.cog.cum si. † Preterea vr̃ ꝙ ꝟbū ꝯsignare ꝟificet̃ assignauit: vt qꝛ dixit ergo habui sic ⁊ sic.nec vr̃ obstare gñalis renūciatio: qꝛ nō vr̃ trahēda ad ea bñficia ꝗbus nō renūciasset verisił̃r in spem.argu.l.obligatione generali.ff.de pig.regula in generali in.vj.cum si. Sed non videtur quod quis in spē velit astringi ad soluendum id quod soluere non possit vel quod velit egere: merito dicta generalis renunciatio non trahatur ad hoc beneficiū. Preterea beneficia expressa quibus renunciatur omnia respiciunt obligationem ⁊ actionem: ideo generalis clausula sequens intelligatur de similibus beneficijs per que afficitur obligatio seu actio vel qꝛ

vel quia non competit vel eliditur exceptione: qr dictio alij est nota similitudinis.l.ij.cum sua glo.C.de seruis fugi.z no.doc.in.c.sedes de rescriptis.sed istud beneficiũ non afficit actionem nec actioni aduersatur sed executioni.l.nensenius.§.fi.ff.de re iudicata.z.l.si filius.in princi.ff.quod cum eo.ideo dicta clausula generalis apposita mediante dictione alij nõ trahat ad hoc beneficiũ. ¶ 5 † His tamen non obstantibus contrarium arbitror de iure verius: nam licet socio regulariter competat beneficium ne conueniatur vltra quam facere possit. Tamẽ fallit quando fuit in dolo: nam tunc cessat dictum beneficium vt videtur expressum in.l.sed hoc ita.in fine ff.de re iud.etiam in hoc instrumento societatis est promissum qd dolus cessabit ibi omni penitus dolo z fraude remotis que clausula videtur quod referri debet ad omnia precedentia sunt.n.ablatiui absoluti qui in fine positi omnia precedentia determinant: vt in c.secũdo requiris.z.c.inquisitioni.extra de appel.lz etiam vbi non esset expressa promissio doli.idem dicendum videretur per text.in l.etiam.§.lz.ff.soluto matrimo. Et maxime videtur hoc dicendum in contractu societatis que habet instar fraternitatis vt.d.l.verũ.in princ.z propterea socio cõceditur hoc beneficium vt ibi declarat tex.z fraternitati aduersatur plurimum dolus. Et dictus ɔtractus in suppremo requirit bonam fidẽ p.l.in ppositã.z.ll.sequentib᷒.ff.pro socio.z quod habetur in.l.si non fuerint.§.ita coiri.eodẽ.titu. Dolus autem est nolle obseruare ꝙ promisit.l.dolus.ff.mandati.z.l.j.§.est aũt apud.ff.depositi.graue.n.est fidẽ frangere.l.j.in ꝓncip.ff.de constitu.pecu.z consumere rem alienam censetur esse in dolo.l.nensenius.§.fundum.ff.solu.mat.z prut est in dolo qui rẽ in totum alienam consumit in suos vsus: ita pari rõne qui consumit rem pro parte alienam censetur esse in dolo: qr idem iur est de toto quo ad totum quod de parte quo ad partẽ.l.que de tota.de rei vẽ.l.qui scit de vsur.c.pastoralis.§.si quis cum totũ.de rescriptis.maxime in casu nostro in quo ꝓmisit socius bona societatis diligẽter custodire z saluare: si autem cõsumpsit non saluauit nec diligenter custodiuit: ideo venit scienter contra cõuenta ergo dolose se gessit scientia autez presumitur in facto proprio.l.ꝙꝙ.ff.ad velle.z.c.ab excõicato de rescriptis.z similiter poti᷒ presumitur dolus ꝙ ignorantia iuris.l.sed z si lege.§.scire.ff.de pet.here.z ibi Bart.z Ang. facit.l.quemadmodum.C.de agri.z cẽ.z regula qui cõtra iura mercatur in.vj. Et ideo tanꝙ dolosus non videtur ꝙ habeat beneficiũ ne exigatur vltra quam facere possit. Cum ex dicta societate apparet vt mihi dicitur ꝙ fuit superlucratum z ipse erat administrator z introitus ad eum pertinebant. 6 † Secundo ex alio videtur dicendum quod dictus Petrus non habeat dictum beneficium ne cõueniatur vltra ꝙ facere possit: ex eo qr promisit quicquid peruenerit ad eius manus ad integrum consignare que verba significant ꝙ sine aliqua diminutiõe sed non ad integrum consignaret si fieret aliqua detractio vel diminutio vt patet ad sensum z probatur per id quod habetur in.l.decem.in fi.cum sua glo.ff.de fideicõ.lib.z in corpore de hered.z fal.§.hinc autem dicimus per que iura dicũt Bal. z Raph.fulg.in autẽ.sed cum testator ad.l.fal.quod si testõr mãdauit solui integra legata censetur ꝓhibita falcidia. Et eo casu idem vult ibi Pau.de ca.cum verba referantur ad solutionem seu executionem: secus si ad dispositionem vt qr dixit testator lego totum z integrum talem fundum quo casu dicit ipse Paul.de cast.procedit opi.contraria volens quod dicta verba integraliter vel tota et integra vel similia non tollant falcidiam secũdum eum: in casu aũt nostro verba ad integrum consignare concernit actum executiuuz ideo dictam theoricam censeatur remotum beneficium per qd impediretur integra executio prout impeditur per dictum beneficiũ ne exigatur vltra quam facere possit vt de se manifestum est: z tanto fortius hoc casu per dicta verba debet hoc induci in casu isto: qr non est sancitum ꝙ non possit nisi expressim hoc beneficium ꝓhiberi per tex.in aut.de heredi.z falc.§.siue expressim.vnde sumitur auten.sed cum testator.C.eodem titulo. Itaqꝫ si censetur in casu illo prohibitum beneficium per quod inducebatur diminutio ꝙto fortius in casu nostro vbi nõ requiritur quod expressim prohibeatur z ꝙuis in illis terminis quidam velint quod verbum integraliter non tollat falcidiam dato quod procederet quando non esset idez dicendum in casu isto: qr illa opi.fundatur ea rõne qr debet illo casu fieri expressa prohibitio. Iuuatur z tertio quia promisit dictus Petrus omnia z singula rata habere z attendere z obseruare et in nullo contrafacere vel venire de iure vel de facto profecto de facto posset venire multis modis de iure nõ poterat colorate venire mediãte bñficio isto: iõ cẽseat ꝓmisisse hoc bñficio nõ vti z ꝓmissio ꝑdicta maxime est seruanda: qr iurata.arg.c.cum contingit.de iureiu.z.c.ꝙuis.de pac.in.vj.in eorum generali rõne z est ponderanda illa vniuersalis loquutio in nullo contrafacere zc. Satis autem contrafacit in aliquo si non consignat integraliter quicquid ad ei᷒ manus peruenit ponderãda etiam sunt illa geminata vniuersalia verba omnia z singula de quibus per glos.in.c.vt circa de elect.lib.vj. Conferunt etiam illa verba aliqua ratione vel causa. Nec censetur consignare: licet forte notificet quicqd ad eius manus peruenit: qr consignatio presupponit actualem exhibitionem z translationem dominij vel possessionis.l.acceptam.C.de vsur.l.ob signationẽ.C.de sol.in.d.§.hinc nobis.z.ff.de assigna.lib.in rubro z nigro.z per Bar.in.l.si constante in prin.in quarta principali parte repetitionis.ff.solu.matri. 7 † Confirmantur predicta: qr renunciauit generaliter omni beneficio specificando aliqua in specie aliqua beneficia: z postea subdendo clausulam generalem per verba vniuersalia z oĩ alij.ll.z iuris zc.beneficio: nam qui omne dicit nihil excludit.c.solite.de maio.z obe.z.l.iulianus.de leg.iij.z cañ.si romanorũ.xix.dist. Et maxime qr beneficia quibus renunciatur sunt maiora hoc beneficio: tum quia realia hoc personale: tum qr procederet plenius in totũ hoc vtplurimum in parte z quandoqꝫ in nihilo. Item illa de iure communi hoc iure spãli z ea que iure cõi conceduntur iure specialili.l.eius militis.§.militia missi.de mili.testa.z quod habetur in.l.fi.C.de pact.cõuentuũ.etiam qr illa obuiant principio hoc est obligationi z actioni: z consequenter exactioni istud solum aduersatur executioni. Itez illa perpetua hoc non perpetuum: tum qr non transit in successores.d.l.verum.§.patri autem.l.maritum in id in fi.ff.solu.ma.tum qr cessat si peruenerit ad pinguiorem fortunam: z de hoc hz prestare cautionem.d.l.verum.§.idemqꝫ facere. Et ad paria saltem vel minora saltem trahitur hmõi clausula arg.c.sedes.z que ibi habentur extra de rescriptis.z in cle.nõ põt de procu. Et sic alia similitudo non exigitur: naz z inter paria z minora põt cadere aliqua dissimilitudo: z tñ non consideratur. Quinimmo regulariter in ɔctib᷒ veniunt etiam maiora expressis sub huius clausula quidem alij vel simili: prout tenuerũt Inno.Hosti.z Compo.in.d.c.sedes.put ibi refert Jo.an.cum eis transiens quod tenẽt cõiter oẽs moderni. est enim in.d.c.sedes speciale odio litium abutentium rescriptis: put volunt ibi Hosti.Compo.z Joã.an.z cõiter est illa constitutio ius nouum: ita ꝙ secus erat prius prout dicunt ibi Flo.z Panor.põderantes verba illius litere: z respõdent doc.ibi maxime.d.Anto.Flo.z Imo. Sed non pertinet ad presentem discussionem: qr sum᷒ in minori expressis. Et quod est fortius ibi loquũtur in verbis quidam alij vel quedam alia seu quasdam alias res: z tamẽ gl.ibi dicit qd de propria vi verborum comprehenduntur maiora expressis: z vult ibi Inno.in verbo maiores.z Jo.an.in.c.Rodulphus.e.tit. z sentit gl.in verbo grauiora in cle.non potest de procur.ẽm Flor. in.d.c.sedes qui idem vult z est de mente aliorũ. Et verbum alij nõ semp denotat casus similes dicit ibi glos.z loquuntur predicti doc. in clausula prolata per verba indefinita quanto fortius vbi proferẽ per verba vniuersalia: prout in casu nostro contingit omni alij auxilio zc. 8 † Nec obstat ꝙ non veniunt ea que verisimiliter nõ disposuisset in specie per.d.l.obligatione generali cum si. Quia respõdetur negando quod huic beneficio non renunciasset ex quo renunciauit maioribus: z maxime qr presumiẽ quis ditari non depauperari.l.si defunctus.C.arbi.tu.z aduersa fortuna non cõsideratur.l. inter stipulantem.§.sacraz.de verbo.obli.lz loquatur de alia aduersitate. Preterea Bar.in.l.si pluribus post medium.de leg.ij.videẽ velle ꝙ dicta iura nõ militẽt in vniuersali: sed in indefinita: z sic dicta renunciatio trahitur ad hoc beneficium: z constat ꝙ põt quis renunciare suo beneficio.l.penul.C.de pac.l.si quis in conscribẽdo. C.de epi.z cle.et per hoc in effectu est rñsum ad adducta in ɔrium. 9 † Remanet ergo conclusio ꝙ dictus petrus non gaudet hoc casu dicto beneficio ne exigatur vltra quam facere possit pro quo etiaz est animaduertendum ꝙ vtplurimum solent esse statuta disponentia sup instrorum executione: z ꝙ non possit aduersus executionẽ obijci aliqua exceptio nisi talis z talis: nam si esset in loco etiam ex hoc capite non iuuaret dictum beneficium: z p hoc patet ꝙ est superfluum instare sup secundo quesito scz an habeaẽ ɔsideratio vxoris z filiorum: qr si sibi non competit deficit fundamẽtum z vbi deficit fundamentum omnia ruunt.j.q.j.cum paulus. Si tñ sibi competeret non reperio doc.tagentes hanc questionem z putarem satis eẽ non reperiri iure cautum ꝙ habeatur consideratio filiorum z vxoris in hoc beneficio personali. Et maxime qr liberi non sunt alendi nisi ꝓ mõ facultatum.l.si quis a liberis.§.deniqꝫ.z.§.si quis ex his itaqꝫ si facultates non suppetũt non tenetur eos alere z omnis charitas incipit a seipso.l.si preses.C.de serui.z aqua. Et istud debituz est extraordinariũ: qr officio iudicis z que officio iudicis expediuntur extraordinaria sunt.l.cum filius.ff.si cer.pe.z.l.si cui.ff.de cõdi.z demon.z per glo.in.l.j.C.qui admi.sed de debitis que iure ordinario petuntur: z ex quibus per indirectum posset ipse cogi mendicare non habetur consideratio vt sepe allegata.l.verum.§.ideqꝫ fortius non videẽ habenda consideratio huius debiti extraordinarij per quod ipse priuilegiatus non ita cogitur mendicare. Non insisto amplius: tum quia non expedit: tum quia tempus instat.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cxxix.

1 Donatio an inducatur ex his verbis io voglio que che troilo mio genero z camilla ma figla sien patroni z segnori de la roba mia z de Jacoba ma mogliere.p totum.

2 Dñs vel segnori significat qui hz aliquam superioritatem.

3 Uerba dubia sunt interp̃tanda scdm qualitatem ꝑsonarum.

4 Specialitates plures an possint ad actus efficaciam concurrere. nume.seq.
Donatio quibus coniecturis non presumatur.nu.seq.
5 Uoluntas quid sit.
6 Presumptio iuris specialis.
7 Uerba iocose prolata nõ disponũt, vt si quis dicat oĩa mea sũt tua sunt aut volo q̄ de meis ad libitum facias.
8 Qualitas verbo adiecta dʒ intelligi scd̃m tempus verbi.
9 Uolo vbum quid importet ꝛ qñ videatur disponere.nu.i.

Consilium.cxxix.

1 In nomine dñi nostri Jesu christi. † Uisis verbis dicti instrumẽti videtur dicendum q̄ dictus troilus possit consequi saltẽ medietatem bonorum saporosi ꝛ incole cum vba instri pariter adaptentur ad Camillam ꝑut ad troiluʒ. Cum enim dictꝰ saporosus ad interrogationem Ludouici dixerit quod volebat q̄ dictus troilus ꝛ dicta camilla essent patroni ꝛ dñi suoꝝ bonorũ dicendo voglio che sieno patroni e signori dela robba mia videt̃ qd̃ vellet in eos transferre dñium. vbum.n. illud signori nil aliud videtur disponere nisi q̄ sint dñi: nam vbum dñs est literale vulgare signori. ꝛ dominus bonoꝝ est ille qui habet dñium bonoꝝ.l.sequit̃.§.quod aũt.de vsuc.ꝛ.l.j.de condi.fur.l.dñs testõ.ff.de cõdi.inde.et l.ij.§.j.ff.si serui.ven.cum multis si.nec a verbis in dubio recedi dʒ l.j.§.si is qui nauẽ.ff.de exerci.ꝛ.l.non aliter.de leg.iij.ꝛ lʒ vbuʒ volo non semper disponat per no.per glo.ꝛ doc.in.l.in ementis.C.de contrahen.emp.ꝛ in.l.serui electione.de lega.j.ꝛ Bal.in.l.cunctos populos.C.de sum.tri.Tñ qñ ꝓfertur ad interrogationem alterꝰ disponit: vt per Bar.in.d.l.serui electione.ꝛ Bald.in.d.l.cunctos populos.sed dicti saporosus ꝛ Jacoba ꝓtulerunt illa verba ad interrogationem Ludouici patris dicti Julij: ideo ꝑmeditate cẽseãt̃ ꝓlata dicta verba animo disponẽdi. Et maxĩe vnr̃ p̃dicta ꝓcedere stante virtute iuramenti p̃stiti super p̃dictis obseruandis ꝑ camillam ꝛ Jacobam per ea que habentur in.c.cum cõtingat. de iureiu. ꝛ.c.q̃uis.de pac.in.vj.ꝛ in auť.sacramenta puberũ.C.si aduer.ven. ꝛ per Bar.in.l.si quis pro eo.de fideiuſ.

2 † Tñ his non ob.3ʒiam partem arbitror de iure veriorem: nam premitto q̄ large loquẽdo dñi ꝛ vulgari sermone signori dicuntur etiam illi qui habẽt aliquã supioritatem: ꝑut vxor in rem mariti.l.j.ff.rerum amo. dñs in vasallum si de feudo fuerit ꝯtro.inter dñm ꝛ vasa.in rubro ꝛ nigro superior in subditum dñs appellatur paterfami.cẽsetur dñs familia. l.ꝓnunciatio ꝑpe medium versi.seu.§.pater autem ibi dñium dñs. ff.de verb.sig.filij in vita patris in bo.paternis.l.in suis.ff.de lib.et posthu.item tutor in bonis pupilli censetur dñs quodãmodo bonorũ pupilli: ꝛ de hmõi dñatione intelligatur dictum instr̃m in dictis vbis io voglio che troilo e camilla sia patrone ꝛ signore de me e dela robba mia ꝛ de Jacoba qui mia moglera ꝛc. Quod demõstratur ex pluribus.ꝑmo qꝛ illa vba patroni e signore determinant sequentia verba de me. Item vba de la robba mia ꝛ vba de Jacoba mia mogliera: iõ debẽt illa ꝑiter determinare.l.fi.C.de sen.ꝛ iterlo. ꝛ.l.iam hoc iure.de vulg.ꝛ pu.cum concor.sed non pñt determinare illa verba de me e de Jacoma respectu dñij: qꝛ impossibile est qd̃ habeatur dñium in personis liberis: qꝛ sunt incompatibilia. l.j.ff. de his qui sunt sui vel ali.iu.ꝛ insti.eo.ti.§.videamus.nec volẽs posset quis in se dñium cõstituere.l.nec si volens. C.de lib. cã.ꝛ facit.l. liber homo.ff.ad.l.aqui.videntur ergo intelligẽda illa verba q̄ volebat q̄ dicti Troilus ꝛ Camilla possent disponere de personis et de rebus inuolentes nõ in inuitos: prout solent facere filij de personis parentum ꝛ eorum bonis. Et maxime qꝛ loquitur de filia ꝛ de futuro genero qui gener loco filij habetur.arg.l.qꝛ parentis. ff.sol.

3 mat.ꝛ.ff.fami.hercis.l.si filia.§.si filius in fi. † Uerba enim interpretantur s̃m qualitatem personarum.l.plenum.§.equitij.ff.de vsu et habi.l.pater seuerinam in prin.ꝛ.§.conditionũ verba. ff. de condi.

4 ꝛ demon.cum si. † Juuantur premissa: qꝛ non est verisimile q̄ dictꝰ saporosus voluisset donare oĩa bona sua genero ꝛ filie constituta ꝑ matrimonio condecenti dote in spẽ.argu.l.cum de indebito.de ꝑba.ꝛ.l.si filius.ff.de dona.ꝛ.l.contra iuť.§.fi.de pac.vbicũq̄ alia coniectura cadere potest cessat in dubio causa donationis.l.si cũ aurũ. de solu. Confirmantur premissa qꝛ non apparet de cõsensu vel presentia troili nuda voluntas dñi non abdicat dñium.l.si quis vi.§. differentia.ff.de acquiren.poss. Neq̄ oritur obligatio ex consensu

5 vnius: sed duoꝝ.l.j.ff.de pac.iuncto tex.insti.de oblig.titulo gñali. † Uoluntas enim vnius dicitur votum seu pollicitatio quo quis non obligatur nisi ciuitati.vt.ff.de pollici.per totum. Et ciuitati non obligatur nisi fiat ob honorem vel similem cãm.l.j.§.non semp ff.de pollici.in casu isto non fit ciuitati neq̄ subest causa merito ꝛc. Quinimmo forte non est pollicitatio seu votum: qꝛ nihil pollicet̃ cuiq̄ sed ostendit eius voluntatem sup quo: tñ vltimo non me fun do: ꝛ si dicatur troilus ꝛ camilla erãt ibi cum immediate fuerint cõtracta inter eos sponsalia de p̃nti rñdetur q̄ non apparet ꝓpterea q̄ fuerint p̃ntes saltem ita q̄ verisĩr potuerint intelligere que dicebant̃: nam lʒ immediate fuerint ꝯcta sponsalia: tñ fuerunt vocati a dicto saporoso. Ex quo suadetur q̄ nõ erant ꝓpinqui: ꝛ si dicatur erat presens pr̃ troili: ꝛ pater põt pacisci filio ꝛ eidem stipulanti.l. qõcũq̄.§.si qs ita.de verb.ob.ꝛ no.in.l.dñs seruo.ꝛ in.l.qd̃ dꝛ.ij.eo. ti.rñdetur q̄ doc.variant circa hoc.s.q̄ quo ad actionem possit stipulari in vita vel pacisci: tamen presupposito quod possit queritur vtilis actio non directa.d.l.non solum.§.si quis ita stipulatus. ꝛ est spãle contra regulam.l.stipulatio ista.§.alteri.ꝛ.ti.ꝛ.§.alteri.ꝛ §.si quis alij instit.de inuti.stipu.aliud speciale q̄ in dubio p̃sumat̃

6 consensus contra regulaʒ is qui tacet. † Omnis enim presumptio est iuris specialis vt probatur in.l.j.C.de dotis ꝓmis.tertia specialitas q̄ ex pacto nudo competat actio contra.l.iurisgẽtium.§. sed cum nulla.§.igitur nuda.ꝛ.§.quinimmo.ff.de pac.ꝛ.l.legẽ. C.eo.ti tu.quarta specialitas quod presumatur cã donationis. Non enim exprimitur ex qua cã ꝓmitti ꝛ ꝓmissio sine cã est inefficax.l.j.§.circa.de excep.doli. Et nedum quatuor sʒ nec due spãlitates possunt concurrere ad efficaciam actus vt est expressum in.l.j.C.de rei vxor. acti.ꝛ per hanc rõnem dicit Ray.de for.in.d.§. sed cum nulla q̄ lʒ ex pacto nudo donationis oriatur actio. Tamẽ procedit qñ est expressa causa donationis secus si non est expressa lʒ p̃sumatur.ꝛ ideʒ tenent ibi Bal.ꝛ Ang.idem vult Bal. in.l.si pacto quo penam.C. de pac.ꝛ Bar.in.l.si tibi decem milia.ff.de pactis.idem ibi Ang.ꝛ Pau.de ca.idem Jmo.in.l.in edibus.§.ex rebus.ff.de dona.idem

7 Ang.in.l.ij.§.circa.ff.de excep.doli. † Quod saltẽ videtur dicendũ in casu isto: qꝛ videntur verba potius dicta animo blandiendi ostẽsiua affectiõis ꝛ dilectionis ꝛ blandiendi causa ꝓlata q̄ animo obligandi: ideo non disponant.arg.l.fi.ff.de testa. ꝛ.l.lucius.ff.de mili. testa. Et quotidie dꝛ volo q̄ disponas de me ꝛ meis bonis: ꝑut de tuis quicquid habeo est tuum vel ad tui seruitium volo disponas de bonis meis ꝑut de tuis: ꝛ similia verba: ꝛ tamen nõ artant: ꝑut consuetudo interpretatur que est optima iuris interpres.l.cuʒ de interpretatione.de legibus.ꝛ.c.cum dilectus.de consue.ꝛ est vulgare prouerbium q̄ verba generalia non obligant.ad hoc inducitur glos.in.l.j.C.ex quibꝰ causis do.col.conue.ꝛ.l.diuus.ff.de mil.test. ꝛ.§.j.instit.eodeʒ. Jdem.Cor.in cõsi.149.nu.7.in.ij.volu. Coadiuuant verba precedẽtia voglio troilo per me: ꝛ tñ non disponunt illa verba: ꝛ ideo ꝑut verba illa prima nemineʒ obligant: ita nec verba proxime sequentia: qꝛ ex precedentibus sequentia declarantur l.si seruus plurium.§.fi.de leg.j.l.habentes palam.§.sed siue notaʒ

8 ff.de testa.ꝛ maxime cum sint verba reciproca ꝛ correspectiua. † Concurrit etiam ad iuuandum dictam sententiam q̄ verba sonant qd̃ volebat q̄ troilus esset patronus ꝛ dñs bonorum suorum dicendo signore de la robba mia illa qualitas dela robba mia ꝓprie loquendo debet concurrere tempore quo illi troilus ꝛ camilla sint domini qꝛ qualitas adiecta verbo debet intelligi s̃m tempus verbi.l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxa.l.ij.§.fi.ff.quod iussu cum concord. Ex quibus puto intrepide cõcludendum q̄ dictꝰ troilus nequeat aliquid petere vel cõsequi de dictis bonis saporosi: de dimidia aũt non est dubium: qꝛ pariter verba illa diriguntur ad camillam ꝑut ad troilum.arg.l.si mihi ꝛ titio in prin.de verbo.obliga.ꝛ.l.reos.§. cum in tabulis.de duobus reis. Que oĩa militant etiã in bonis Jacobe in quibus vltra iam dicta militat aliud mediũ: qꝛ ipsa solũ dixit quod dicebat id quod dixerat saporosus eius maritus. saporosus autem nihil dixerat de bonis ipsꝰ Jacobe: merito nec ipa ars sequeretur quod ꝑut saporosus ꝓmittebat ꝑ dote camille Ludouico.cccc.flo.que ita ꝛ ipsa ꝓmittebat dare.cccc.alios florenos qd̃

ti libri. Jtem verbum potest est extensiuum: ita quod trahitur ad
futurum tempus.l.si ita quis.in princip.de legatis.j.⁊ ibi Barto.
Bald.⁊ Jmol.⁊ Bar.in.l.si ita de auro.⁊ argen.lega.⁊ in.l.qui ro-
me.§.duo fratres.de verbo.obligatio. Bald.in.l.eam quam.xvij.
col.C.de fideicom. Adeo ꝙ si testator dixit si non valet iure testa-
menti valeat eo modo quo valere potest trahitur ad inualiditatē
de futuro contingentem vt arguendo dicit ibi Barto.⁊ prout re-
fert ibi Jmola.hoc decidit ibi Bal.qui tamen aliud vult propter
precedentem conditionem factam per verba de presenti si nō va-
let ⁊c.bal.tamen in mea lectura dicit si non valeat qꝺ verbum pōt
respicere futurū. Jmo.vero subdit ꝙ si testator dicat si nō pōt vale
re iure testamēti valeat omni meliori modo quo valere pōt tūc di-
cta verba trahūtur ad futurum. Et sic oēs trahunt illam gloss.ad
terminos nostros: sic ad hmōi clausulam codicillarē quando v̄ba
conditionis nō repugnant: sed in casu nostro verba conditionis
non repugnant: qꝛ nō est apposita aliqua cōditio ⁊ v̄ba alia sunt
apta ad futurum: prout est infinitiuū valere precedēs verbū pōt et
infinitiua valere ⁊ tenere que sequuntur que infinitiua sui natura
trahuntur etiam ad futurum tempus.vt supra plenissime dictum
est. Jdeo institutio vniuersalis facta de Jannoctio vitiata per na
tiuitatem posthumi sustentatur in vi fideicommissi propter dictā
clausulam codicillarem que habet vim repetitionis ab intestato p̄
viam fideicommissi: ꝑut habetur in.d.aut̄.ex causa.⁊ in.d.l.j.de iu
re codi.⁊.l.fi.C.eo.ti.⁊ in.l.eam quam.C.de fideicō.arg.l.generał'r.
§.ex testamēto.ff.de fideicom.lib.⁊.l.conficiuntur.in prin.⁊.l.ab in
testato.de iure codi. Et licet alias sit dubium an valeant relicta fa
cta in testamento rupto natiuitate posthumi ignoranter facta in
quo Barto.in pluribus locis concludit quod non: ⁊ docto.variāt
quidam sic quidam contra vt latius prosequor in.d.auten.ex cau
sa in verbo preteritionis in tertia questione: vbi post multa cōclu-
do quod vbi est clausula codicillaris habens tractum in futurum:
procedat opi.quod conseruentur que in his terminis videtur ma
gis communis: ꝑut ⁊ tenebat preceptor ⁊ dominus meus.d. Jo.
de monte sperello qui al's sequitur opi. Bar. Jn casu autē nostro
puto eam intrepide tenendam saltem in preiudiciuꝫ patritij.bar.
enim ⁊ sequaces principaliter mouentur in verisimili mente testa
toris: quia si cogitasset se habiturum filiuꝫ non fecisset tot legata:
et maxime vniuersale relictum totius hereditatis. Et Barto.lo-
quitur in eo qui non cogitabat vnq̄ꝫ se habiturum filios.⁊ Bal.in
l.filio preterito.de iniu.testa.loquitur in eo qui non habebat neqꝫ
sperabat habere filios: ⁊ ita etiam loquitur in.l.titi⁹.de lib.⁊ post-
hu.subdens: vt quia habebat vxorem sterilem que qualitas nō pre
supponitur in casu nostro: ⁊ dictam distinctionem an simpliciter
ignorauerit a nūero nō speraret.vnq̄ꝫ se habiturum filios faciunt
nonnulli Moderni in.d.aut̄.ex causa. Jtem in casu isto est verisi-
mile qꝺ testator noluisset ꝙ patritius pl⁹ haberet q̄ꝫ sibi reliquer-
rit si cogitasset se habuisse plures filios in futurū: imo est verisimile
ꝙ longe minus sibi reliquisset ⁊ voluisset ꝙ minus haberet: ideo
cum docto.limitantes generalitatē aut̄.ex causa se fundent in veri-
simili mente defuncti que cessat hoc casu dicamus quod cesset di-
ctū.ar.l.qꝺ dictū.ff.de pac.⁊.l.adigere.§.quāuis.ff.de iure patro.
[6] Jtē † concurrit ꝙ post natiuitatem posthumi testator superuixit
et potuit mutare testamentū ⁊ nō mutauit. Jta ꝙ est verisimile ꝙ
si voluisset ꝙ aliter distribuerent̄ bona sua ⁊ disposita per eū nō p̄-
cederent sibijpsi consuluisset faciēdo aliā vltimā voluntatē: prout
hoc casu opi. Bar.limitat Pau.de cast.in.l.j.de iure codi.vt qui-
dam referunt ⁊ in consi.lxxxviij.incip.preclarus ⁊ egregius doc.et
in consilio seq.et in consi.lviij.incipien. Bartolus de perusio: vbi

dicit ꝙ opi. Bar. sibi videtur multum equa tamen eã limitat nisi pater superuixisset: ita ꝙ potuisset testamentum mutare: qđ etiã confert ad casum nostrum. Item Bald. in. d. l. titius. ⁊ in. d. l. filio ꝑterito limitat opi. bar. nisi testator habuisset alios filios: nam tũc ꝓut alios filios grauauit: ita ⁊ est verisimile quod grauasset istum filium quem preterijt si de eo cogitasset ẽm eum. Quod etiam confert ad casum nostrum in quo testator habebat filios: et onerauit dictum patritium quem verisimiliter ⁊ fortius onerasset si cogitasset se habiturum filios. Et licet forte non reliquisset fideicommissum vniuersale Jannoctio ab illo posthumo: tamen reliquisset patritio: et sic saltem respectu patritij teneat relictum prout in simili deciditur in. l. pe. ff. de fideicommis. vbi superueniente filio qui ignorabatur sustentatur pro parte eius qui fuerat oneratus: ita ⁊ valeat hoc fideicõmissuꝫ factũ virtute illius prohibitionis ne plus peteret. Item virtute clausule codicillaris iuncta vniuersali institutione Jannoctij. ¶ Ex quibus puto intrepide cõcludenduꝫ qđ dicto patritio non competebat effectuale ius in dictis bonis paternis nisi id quod fuerat sibi relictum in testamento: ⁊ si quid deerat de legitima: et legitima sua erat nona pars totius hereditatis ⁊ ipse consecutus fuit ab ignorantibus testamentum tertiam partem: ita qđ fuerunt enormiter ⁊ enormissime lesi. Nam a se abdicauerunt illas duas partes de tribus partibus quas habuit patritius quasi pro nihilo. Nam diuisio nõ fuit eis multum proficua. ⁊ si habuerunt aliquã partem de illis rebus patritio relictis dederunt eidem recompensam in alijs rebus hereditarijs: ⁊ maxie enormissima fuit lesio si ille res relicte dicto patritio venerunt eideꝫ in partem: prout arbitror ꝙ magna ex parte obuenerunt eidẽ in partem. videlicet domus: ⁊ licet remiserit illas quantitates grani ⁊c. Tamen forte plus consecutus fuit ex illo pluri quod habuit de bonis hereditarijs. Et si non erat tantũdem illud quod deficit ẽ quid minimum respectu eius qđ consecutus fuit de bonis hereditarijs vltra id quod sibi obueniebat: ita quod stantibus predictis negari non potest quin dictus iannoctius ⁊ Petrus maxime iannocti⁹ fuerit enormiter lesus. †7 Itaq₃ restat alia dubitatio vtrum iuramẽtum innouauerit dictam diuisionem ⁊ refutationem: adeo qđ nõ possit rescindi. Circa quam videtur dicendum qđ licet sit magna lesio tamen iuramentum supplet. Licet enim quis fit lesus vltra dimidiam iusti precij: tamen si iurat seruare contractum tollitur remedium. l. ij. C. de rescin. vendi. ⁊. c. cum dilecti. ⁊. c. cũ causam. de emp. et vend. prout volunt glo. Bar. Bald. ⁊ docto. communiter in. d. l. ij. ⁊ glo. ⁊ docto. communiter in. d. c. cum causam. ⁊ gloss. in verbo custodiantur in fin. in autenti. sacramenta pube. si aduer. vendi. et docto. ibi quod videtur procedere non solum in maiore: sed etiam in minore si iurauit non venire contra ratione minoris etatis vel alia ratione prout sentit glo. in. d. verbo custodiantur. ⁊ glo. in. d. l. ij. et ibi Barto. ⁊ docto. ⁊ Ange. ⁊ Saly. ibidem. ⁊ doct. in. d. c. causam. ⁊ Imo. in. d. c. cum contingat col. xxviij. seu. xxix. sed non videtur dubium quod lesio vltra dimidiam iusti precij sit enormis lesio: ideo ex hoc videtur quod dicta renunciatio non vitietur ratione enormis lesionis nec veniat dicta de causa rescindenda. Et insuper potest renunciari exceptioni resultanti ex enormi lesione: vt ingt Barto. in. l. si quis cum aliter. de verbo. obliga. sed dictus Jannoctius renũciauit exceptioni doli mali: vt patet ex serie instrumenti: ideo videtur renunciasse exceptioni que resultat ratione enormis lesionis que est exceptio doli mali. vt. d. l. si quis cum alr. Sed in contrarium concludendum est: quia dictus Jannocti⁹ fuit enormiter enormissime lesus nedum vltra dimidiam iusti precij: sed saltem in duplo ⁊ quando est excessiua lesio tunc est dolus re ipsa. l. si quis cum aliter. de verbo. obliga. ⁊ quando est dolus re ipsa: quia viget enormis lesio: tunc non videtur qđ iuramentum adeo liget quin possit peti absolutio a iuramento ⁊ postea veniri cõtra: ꝓut in simili dicit. d. Anto. in. d. c. cum cõtingat in suo quarto casu ꝑn. 8 Nec †ob. responsioni date supra per Imo. in. d. c. cuꝫ contingat ad d. l. scio. de in integ. resti. l. j. C. si aduer. vendi. pig. que requirit grauem lesionem: vt concedatur restitutio in integ. quia est speciale illo casu: prout sumitur ex dictis doct. ibi ⁊ Bar. ⁊ Bald. in. l. ij. eod. titul. ergo regulariter contra: prout ⁊ ipsi volunt ad hoc. l. j. ff. ad munici. ⁊. l. j. C. de thesau. lib. x. preterea licet magna lesio requirat prout dicit ibi tex. non tamen videtur ꝙ requiratur ꝙ sit tanta lesio ꝙ excedat dimidiã iusti precij seu equipolleat lesioni dimidie iusti precij. Paruum enim ⁊ magnum sumitur arbitrio iudicis scđm subiectam materiam. arg. l. j. ff. de iure delibe. qualitercunq₃ sumat ibi magnam ⁊ paruum non refert nec est vis ad hoc propositũ cuꝫ vt dixi sit ibi speciale. In materia autem nostra potest sumi enormis lesio pro illa que in aliquo excedit dimidiaꝫ iusti precij: quo casu multi tenent ꝙ iuramentum prouideat aduersus dictam lesionem ⁊ est communis opi. glo. ⁊ doct. quam tamen Imo. limitat. vt supra ꝙ non procedat in minore muliere ⁊ rustico: ⁊ in ista enormi lesione procedat opi. eorum qui volunt ꝙ enormis lesio non impedit vires iuramenti. Item potest sumi enormis lesio pro multum plus excessiua: puta q₂ excedit tertiam vel saltem quartaꝫ iusti precij hoc est: quia non datur tm̃ vni quantũ est tertia vel quarta ps iusti precij. prout contingit in casu nostro. Quo casu loquunt̃ bal. in corpore. d. aut. sacramenta pube. hoc est in. c. j. §. sacramenta. de prohi. feud. alie. per Fede. colla. x. Et ita procedat eorum opi. ⁊. d. 9 Anto. ⁊ Panor. ⁊ sequacium ⁊ Vincen. Jo. an. ⁊ aliorum. † Et ita sepius consului. vcꝫ ꝙ vbi cadit tam enormis lesio iuramentuꝫ nõ astringit saltem petita absolutione a iuramento que eo casu debet concedi ad cautelam si non est necessaria ⁊ ita hoc perusie in causa in qua fui aduocatus vidi consultum per clarissimos preceptores meos patres obseruandos dñm Jo. petrutij ⁊ dñm Benedictũ caprã integerrimos ⁊ recti iudicij cõsultores. Nec. d. c. Quis. ⁊ quod ibi dicunt Jo. an. ⁊ Do. scilicet ꝙ procedat etiam vbi nihil est datum in dote: q₂ respondetur primo ꝙ nonnulli tenent cõtra: put ⁊ sunt Richar. ⁊ Bartho. de Saly. in. l. pactum dotali. C. de colla. et videtur de mente Rapha. ful. ibi. ⁊ ꝑfecto hec pars videtur iuuanda ea rõne: q₂ mulieres cupiunt nubere ⁊ nupte forti⁹ mitti ad maritum ⁊ turpe est ⁊ verecũdant̃ illud postulare vel nubere vel nupte ire ad maritum sine deliberatione suo₂ qui plerũq₃ impedirẽt vel procrastinarent si mulieres nõ implerent eo₂ votum ⁊ puelle propter reuerentiam ⁊ ꝓpter hanc cãm ⁊ nonnũq₃ q₂ parũ intelligunt trahuntur ad faciendum quicqd sui postulant que etiam cõtinge9re facile potuerunt in casu isto. † Dato aũt ꝙ dictũ Jo. an. ⁊ Domi. militaret nihilominus nõ obstat: q₂ tunc in effectu est quedam donatio in qua nõ censetur semper lesus qui donat. Nam ingt dominus beatius est dare ꝙ accipere. c. cũ matre. de celebra. missa. et xvj. q. j. predicator ⁊ quãdo quis donat non habet recõpensam scit quid facit non ita decipitur prout qñ dat propter recõpensam nõ cõdignam: q₂ põt credere ꝙ non sit tanta disproportio ⁊ nõ ita de leui trahitur quis ad gratis cõcedendum vel renunciandꝫ prout ad renunciandũ ꝓpter recõpensam in q̃ de facili potest ledi facit. l. 10 si ergo. ff. ad velle. † Nec ob. ꝙ potest renunciari enormi lesiõi put vult bar. in. d. l. si quis cũ aliter de ver. obli. in casu isto non est renũciatum enormi lesioni: ⁊ licet sit renunciatum exceptiõi doli mali: tamen trahitur ad modicã lesionem nõ ad magnã lesionem prout concludit bar. in. d. l. si quis cũ aliter. ⁊ si traheret̃ ad magnã lesionem nõ est verisimile ꝙ traheret̃ ad maxima prout al's dicunt do. Anto. ⁊ moderni in. c. quintauallis. de iureiurãdo ꝙ ꝓmittens cõtra ratione enormis lesionis poterit venire cõtra rõne enormioris lesionis. Ista aũt lesio nedũ est enormior: sed est enormissima merito ⁊c. Et facit qđ not. Bar. in. d. §. idẽ quesijt. ea eñ facilitate q̃ inducitur ad cõtrahendũ inducuntur ad renunciandũ. Cuꝫ itaq₃ dictus iãnoctius foret minor ⁊ ignarus dicti testi: ⁊ dictus petritius forte maior hñs notitiã eiusdẽ testi: ⁊ interuenerit enormis immo enormissima lesio: maxime q₂ parũ intererat dicti iãnoctij habere portionẽ illã tertiã quã habuit pro diuiso vel pro indiuiso: ⁊ illud onus minarũ octo grani: ⁊ barilliũ. x. vini quolibet ãno est tennissimũ respectu duarũ partiũ eorũ que ipse patritius habuit in dicta diuisione: ⁊ maxime q₂ sine illo onere relicta eideꝫ facta forte non ascendebant legitimã: ⁊ sic tertiã partem eius qđ habuit. Ita quod hoc respectu videt̃ posse dici ꝙ lesio excedit in triplo ⁊ quadruplo. Nam in recõpensam dicta₂ duarum partiũ quas dict⁹ patriti⁹ habuit vltra portionẽ sibi debitam in bonis paternis parũ habuit dictus iãnoctius. Et si nõ habuisset nisi triplum eius ꝙ sibi tãgebat fuisset enormissima lesio: ⁊ etiã si aliquid minus ex quo appellatur enormis lesio etiã illa que est in dimidia iusti precij que fuisset etiã si habuisset vnam tertiam partem sue portionis ab intestato contingentis ⁊ duas tertias alterius tertie partis. nã quicqd est vltra dimidiã eius ꝙ sibi obueniebat est vltra dimidiã iusti ꝑcij: ⁊ scđm hoc excederet in triplo dimidiã iusti precij: ⁊ ideo debet omni respectu dici enormissima lesio: ⁊ per cõsequẽs dicta refutatio nõ obstat dicto iãnoctio: ⁊ põt venire cõtra saltem cõcessa absolutione a iuramẽto q̃ cõcedenda est attentis iã dictis. Laus deo.

¶ Summariũ super consilio. cxxxiiij.

☞ Defensio interficiẽtis aggressorẽ quõ probetur. per totum.

1 Delictũ quodlibet presumitur dolo factũ nõ aũt licitum.

2 Defensio q₂ est res que corporis sensu non percipitur an possit testibus probari. nu. seq. ⁊. 5.

3 Defensio est omni iure licita.

4 Aggressus an debeat aufugere; vt si aggressorem occidat dicatur homicidium commisisse. nu. 7.

5 Testis deponens de visu quomodo probat.

Visus est propinqua causa iudicij intellectus.

6 Testis deponens per verbum credit vel videtur quãdo probet.

8 Idemtitas probat̃ duab⁹ demr̃atiõib⁹ ẽt si aliq̃ non verificetur.

9 Actus presumitur tempore licito factus.

Pluralitas factorum quando presumatur.

¶ Consilium. cxxxiiij.

In nomie domini nostri Jesu christi. ¶ † 1 In cã magistri Pauli inquisiti visa inquisitiõe formata cõtra magistrũ paulũ ⁊ cõfessiõe ipsius. s. se vulnerasse dictũ iterfectũ ad sui defensionẽ visis articulis ⁊ attestationib⁹ videt̃ ꝑma facie dicẽdũ ꝙ dict⁹ magister

gister Paulus veniat condemnandus ea ratione: quia homicidium est probatum per confessionem inquisiti: et homicidiũ presumitur dolosum. Non autẽ licitũ. l. j. et l. eum qui asseuerat. C. ad. l. cor. de sica. Ideo videtur q̃ dictus magister paulus nõ debeat esse imunis a pena: attento quod videtur quod potuerit euadere aufugiendo: attẽto quod experientia id docuit: nã postea aufugit et inimici eũ insequentes nihil mali sibi intulerunt in fuga: et experientia est rerũ magistra. c. q̃ sit in prin. de elec. li. vj. et c. statutũ. in prin. eo. ti. et li. †Nec videtur iuuari magister paulus quod nõnulli testes deponũt quod fecit ad sui defensionẽ: quia defensio est res que nõ pcipitur sensu corporis: ideo nõ videtur sup ea credendũ testib⁹ qui hñt deponere de his que pcipiũt per sensum corporis. l. testiũ. C. de testi. l. qui testã. §. fi. ff. de test. cũ si. et p Inno. et doc. in. c. cũ cãm que de testib⁹: et lz dicat testis quia vidi defensio nõ vr merito &c. Itẽ nõnulli testes deponũt per vba credit seu vr: et aliq quod ex coniecturis &c. testes aũt ita deponẽtes videtur quod nõ probent. c. inquisitioni. §. inquisiuisti. de accu. et ibi per doc. et per Specul. in ti. de teste. §. j. ver. item quod deponit de credulitate &c. in. v. q. in. l. testiũ. C. de testi. bar. in. l. quid tñ. §. si arbiter. de ar bi. et in. l. j. in prin. de ven. inspi. Preterea in inquisitiõe dr quod magr paulus de mẽse martij vulnerauit dictum ioãnem: et quod ex illo vulnere mortuus fuit dictus ioãnes: et se astringit inquisitio ad vuln⁹ illatum die dñico palmarum super quo deponũt testes. potuit autẽ esse quod eodẽ mense alio die vulnerauit paulus ioannẽ et ex vulnere alio illato ille ioãnes decesserit: et non pbatur quod illud fuerit illatum ad defensionem: ideo videtur quod probatio nõ concludat: quia dcã testiũ possunt verificari in vno vulnere et inquisitio in alio: put tñ mirũ ex dictis bar. in. l. is qui reus ver. lz pone. et probatio debet necessario cõcludere. c. in presentia. de pba. l. non hoc. C. vnde legi. cũ concor. et licet articulatũ fuerit quod dictus ioãnes decessit ex vulnere de quo testes deponũt et non ex alio vulnere prius vel postea illato per dictum magistrũ paulum: tamẽ dictus articulus nõ videtur probatus per testes. Ex quibus videtur qd dictus magister Paulus veniat condẽnandus. †His tamen non ob. puto in cõtrarium esse claram et apertam iustitiã: ad cuius rei euidentiaz premitto quod defensio est licita omni iure. et p defensione sui aliũ offendere et occidere. l. vt vim. ff. de iusti. et iure. et l. j. C. vñ vi. et c. significasti. de homi. et cañ. ius naturale. l. di. et c. si vero. de sen. excõ. et est indubium. Item secundo pmitto quod bar. in consi. mihi in ordine. lix. incip. vannutius petri vn⁹ de dictis testibus: et idẽ concludit bal. in repe. l. j. C. vnde vi. char. viij. in tenore armor et quod quis expectare nõ teneatur se percuti concludit etiã post glo. bal. ibi col. vj. et idem Bal. in l. j. C. qñ licet. fine iud. vin. Et ex dictis gl. et bal. sumitur quod satis est quod immineret periculũ nec requiritur quod aliter euadere nequeat: quod et apte concludit bar. in. d. cõsi. lix. incip. vannutius Petri concludens quod ad probãdum quẽ occidisse ad sui defensionem non est necesse quod testis cõcludat quod si non occidisset fuisset occisus: sed satz est quod concludat quod si nõ occidisset erat in periculo vite fm eum. Idem vult bald. in. d. l. vt vim de iustitia et iure. idẽ vult Franciscus. de albe. in consi. incipiente cõsilium et responsum quod cõsiliũ possum ostẽdere. ubi dicit quod sufficit quod foret periculum: et subdit notabilr quod si quis excedit modũ in rixa nõ presumitur dolus sed culpa adeo qd si in libello intentatur dolus venit absoluendus fm eum: licet dicat quod nõ censetur excedere modũ qui recuperat in eodẽ gñe armorũ: et quod est forti⁹ voluit Jac. de are. in. d. l. j. §. cũ arietes. ff. si qdrupes pau. feci. dicatur. et Raph. ibi post gl. quod si quo apparẽt rixati vn⁹ vulnerat⁹ et ali⁹ occisus et non apparet quis inchoauerit superstes non tenetur. ar. illius. tex. licet Bal. ibi aliud voluerit ex quo non appareat qs inchoauerit: si tamen appet idẽ tenet ipse bal. s. qd nõ tenetur. †Itẽ premitto quod licet quidã dicant quod si potest aufugere sine periculo et nõ est necesse quod imineat discrimẽ vite. lz satis est qd imineat discrimen seu periculũ personalis iniurie: put dicit bart. in. l. j. C. vnde vi. Ita quod si iminebat piculũ vite vel personalis offense in aufugiẽdo. quia non poterat verisimiliter aufugiendo euadere periculũ oẽs cõcludũt quod nõ tenetur aufugere: et dicit bar. in. d. cõsi. lix. incip. vannutius &c. qd prout fugiens poterat currere ita et insequẽs poterat currere ita quod inter hoies equales ppter fugam non euitatur periculũ. †Ultimo pmitto quod licet defensio videatur quod proprie videri nequeat cũ sit res incorporea vt de se pz. Tamẽ sufficit quod testis dicat quod talis fecit ad sui defensionẽ in causa scie quia vidi ita concludit bar. in consi. clxiij. fm ordinẽ perusinũ nõ informis icip. quidã masciolus accusat⁹: quia licet percipiatur iudicio intellect⁹: tñ visus est ppinqua cã iudicij intellectus. ideo sufficit fm eũ: idẽ in effectu vult bal. in. l. solã. C. de testi. ppe finẽ. ver. secũdo. queritur referendo bar. in consilijs suis velle quod etiã si non reddat cãm scie sufficit quod testis dicat quod talis occidit ad sui defensionẽ et cũ eo transit ipe bal. Et licet nõ dicat id bar. expsse tñ satis id voluit: quia in his q̃ pcipiũtur sensu corporis testis nõ interrogat⁹ non tenetur reddere causam scientie: prout voluit glo. Bar. et doc. in. l. solam. C. de testi. et Inno. et docto. in. c. cum cãm que extra. de testi. et idem Bar. in tra. de testi. in pluribus rubricellis vult quod censetur percipi sensu corporis id qd pcipitur iudicio intellectus: tñ facili discursu ex his que percipiuntur sensu corporis: et in dcõ cõsilio indicat inter ista esse

defensionem. Tangit etiam Bal. in. l. j. C. de confes. loquens quando testis dicit quod fecit ad necessariam defensionem. et Ponta. idez vult in singularibus suis in verbo si sum accusatus. His premissis magister paulus multiphariã multisq; vijs fouet apertã iustitiã ex premissis: nam primo cõstat quod ipse fuit primo insultatus a duobus cũ armis vnus insultantiũ habebat partigianã: alius ensem et corazinam: pbant eñ quod ipse fuit insultatus pus saltẽ sex testes. s. iulius: diamãtes: hypolitus: dñs Joãnes: mariottus: et Lautius et dicta alior testiũ adminiculantur: et qualitas facti id suadet quia aduersarij erant duo ipse solus ipse magr paulus se retrahebat retro: prout deponũt iulius. diamantes. d. Joãnes: mariottus: berardinus: et Franci. Item vociferabat oime oime put deponũt dominus Sebastianus et dñs Jo. non eñ est ex his verisimile quod fuerit insultator. Itẽ ex genere armor: quia ex aduersarijs vnus habebat partigianã alius habebat spatã et etiã corazzinã de partigiana et spata oẽs deponũt de corazzina deponũt. d. Camillus hypolitus laurẽtius et berardinus: ipse aũt magister paulus solũ habebat vnã ianuensem et re vera nõ habebat corazzinam nec arma defendabilia: lz negatiua ista nõ appareat: et hoc solũ in dubio sufficit: put. s. in euidentialibus pbatũ est. itẽ quod est fortius pbatur pcussus fuit pri⁹ ipse magr paulus et hoc p dñm Dñicum per hypolitũ et Franciscum. itẽ Laurentius deponit qd prius adminauit ita quod precessit insultus terror armor adminatio et percussio precedens: ita quod sine dubio eum excusant si se defendebat. Et maxime quia quasi omnes vndecim testes deponunt quod continuo instabãt dicti duo insultãtes stringendo et adminando et qd post fugã insecuti fuerũt dictũ magistrũ: ita quod sumus in casu longe clariori q̃ loquantur gl. Barto. Bald. et ceteri. s. adducti. Ita qd ista sola redderent rẽ claram. Reddit insuper rem clariorem: quia testes omnes deponunt quod fecit ad sui defensionem necessariam prout ioannes hypolitus. d. Joannes: mariottus: diamantes: et camillus: et. d. Sebastian⁹ Laurentius: alij idẽ p verba equipollẽtia: nam Franciscus deponit che li fu necessita de sermarse e defenderse che si fosse muciato coloro li erano ale spalle che fu vno miracolo che cãpasse e credo che era ferito al periculo che il viddi: et se non daua quel colpo nel capo ad Giouãni il dicto magistro paulo non negia mai: pche il dicto ioãni toccaua piu le bestie mettendosi sotto senza niuno reguardo e recento el dcõ colpo se fermo vno poco poco como fosse mezo stordito. Et subdit e non credo fosse mai scãpato da le loro mane si nõ feria il dicto Joãni. Itẽ diamãtes deponit quod nisi fecisset magister Paulus put fecit pro certo tz quod fuisset interfectus et miratus qd etiã faciẽdo vt fecit potuerit euadere. Itẽ iulius deponit che li fo fozza de defenderse et fare comofece. Item berardinus dicit nõ potuisset aliter euadere che defenderse como fecit: ita quod oẽs deponũt de necessaria defensione: et reddunt cãm scie: quia viderunt et interfuerunt et hoc sufficit. vt no. Bar. et bal. vbi. s. in euidentialib⁹. †Et licet aliq deponũt p verbũ credit putat vr et hmõi lz vitra deponendo nõ pbẽt: tñ si reddũt cãm scie: quia viderũt vel interfuerũt vel alr deponũt de visu sufficit put voluit bar. in. d. l. qd tñ. §. si arbiter. de arb. et vult cy. in. l. testiũ. C. de testi. in. v. q. dicẽs quod credulitas cõiuncta sensui testis pbat. et maxie rõ naturalis artat ad h in pbatione eor q̃ discernuntur iudicio itellectus. tñ facili discursu ex his q̃ percipiuntur sensu corpis: quia tũc nõ est tanta certitudo: put in his q̃ directo vñr caute testis deponit p vbũ credit: put ergo pbat si absolute deponit ita et si deponit p dcã vba credit vr et hmõi put et cõtingit in testib⁹ q deponũt ex peritia sue artis: in quib⁹ admittitur depositio p verbũ credit vt p bar. in. l. j. in pñ. de vẽ. inspi. et si illi nõ parent sunt alij q nõ deponũt p hmõi vba: pbatur ergo p multos testes quod nõ potuisset alr euadere seu se defendere quin ipi testes vidissent: et plura circũferentia et coadiuuantia deponuntur q̃ nõ erant necessaria: et longũ esset oia recensere: et q̃plures deponunt quod non potuisset aufugere sine periculo mortis et reddũt bonam rõnẽ: et si dicatur put dictũ fuit in õtrariũ quod experientia docuit quod poterat: rñdetur quod imo experientia docuit quod erat maximũ periculũ: quia fugiẽdo cecidit et in terra fuerũt sibi adminati certi ictus: lz aũt euaserit non sequitur quod nõ fuerit in maximo discrimine: pterea tpe quo aufugit ille Joãnes q magis astringebat dictũ magistrũ Paulũ put qdã testes deponũt erat tpe fuge letalr vulneratus: iõ verisilr fuerat non ita velox in cursu. Item vnus testis deponit qd fuit tẽpore ictus quasi esmarritus et quantulũ se firmauit et propter illud parum potuit euadere et maxime attento qd cecidit et paruz stetit qd successit in illo pauco tempore quo stetit in terra faciliter potuisset vulnerari et debilitari quod nõ potuisset currere &c. †Itẽ dato quod potuisset euadere sufficit quod immineat periculũ: et ex quo testes arbitrantur quod non euasisset sine morte vel periculo mortis omes. xj. arbitrantur: non est imputandum sibi si et ipse dubitauit: quia cõstitutus in illo discrimine solet esse alienatus quodãmodo a mente. Et non datur tps accurate cogitãdi qd expediat et nõ defert i manibus stateram recti cõsilij: nõ eñ datur tũc tps omnia mensurãdi dicit bal. in repe. d. l. j. C. vnde vi in repe. col. vj. Non ob. adducta in õtrariũ. Nõ eñ ob. quod dicebatur quod nõ sufficit probare quod fuerit prius insultatus per dicta. s. Preterea in casu nostro testes deponũt qd

nō potuisset aliter euadere saltē sine periculo vite qḋ ſm oēs sufficit vt deductum est. Nec etiā ob. qḋ dictum est in contrarium circa fugā: q2 cadunt proxime responsiones. z. s. latius deductū ꝙ nō poterat aufugere sine periculo vite. Itēqꝫ non tenebatur aufugere si potuisset maxime q2 dict⁹ magister paulus non est vilis persona: sed est bonus artifex z bone estimationis: z si esset vilis non appet iudici: z satis est ꝙ regulariter non tenetur fugere z ei qui nitit᷑ ex regula non incumbit onus probandi vt. s. deductū est. Nec obst. ꝙ non probatur concludēter ꝙ ille Joannes decesserit ex vulnere illato tempore quo testes deponūt potuit fieri inter eos alia rixa z tūc vulnerari dictus Joānes z decedere ex illo vulnere al's sibi illato per dictū magistrū paulū: q2 respondetur pluribus modis. primo ꝙ quando homicidium non probatur nisi per confessionē partis tūc probato ꝙ vulnerauit ad sui defensionē satis est: q2 ipse re⁹ in sua confessione censetur intellexisse de illo vulnere ꝙ postea probat fecisse ad sui defensionem: prout concludit Bart. in. d. l. is qui reus.

8 †Item in casu isto dato ꝙ probaretur per testes homicidiū qḋ est falsum in casu isto: z quaten⁹ deponunt de homicidio deponunt de illo homicidio quod consecutum fuit ex illo vulnere qḋ probatur illatū ad defensionem: nihilominus satis probaret᷑ idēptitas scꝫ ꝙ illud vuln⁹ in inquisitione deductum est illud idem qḋ fuit per testes probatum factum ad defensionem. Nam concurrūt idemtitas loci idētitas mensis: idemtitas partis corporis: in qua vulnus fuit illatum: q2 in capite qualitas armorū q2 fuit illatū cuꝫ ense. Item idemtitas insultantium ione z Joannis. Item idemtitas armorum que habebant dictus occisus iona socius ita ꝙ tot demonstrationes artant ad idemtitatē facti: sunt enim sex vl' septē qualitates z demonstrationes delicti in inquisitione deducti z delicti super quo testes deponunt z non sunt demonstrationes q̄ de facili concurrere possent in plribus vulnerib⁹ diuerso tpe factis vt pꝫ ad sensum. z tamen ad probandū idētitatē sufficiūt due demonstrationes. ar. l. forma. ff. de censi. z per illā legē not. Bar. in. l. demōstratio. de condi. z demon. vij. q. versi. hoc premisso: vbi de forma. l. forma. de cen. que loquitur in finibus trahit ad alias demōstrationes z dicit ꝙ sufficiunt due etiam si aliqua demonstratio non verificat᷑ z illā legem que loquitur in fundis trahit ad alias res multo fortius trahi pōt ad istos terminos: in quibus nulla militat falsa demonstratio z concurrunt sex seu plures demonstrationes z accidentia que rarissime concurrent in diuersis actibus: q2 vix in vita vnius hominis concurrent bis casus habentes similia accidentia: itaqꝫ ex dicta theorica Bar. quē sequunt᷑ est sufficienter probata idemtitas vulneris deducti in inquisition e z probati per testes. et licet bar. dicat quādo probat᷑ per testes ꝙ fiat articulus ꝙ vna tantū rixa zc. Non est necesse quādo ex alijs circūstantijs z cōformitate tot demonstrationū z accidentiū per supradicta.

9 †Et insup nō dicit barto. ꝙ sit necesse probare dictū articulum: negatiua autez ista esset quodāmodo probabilis per testes ꝙ in vno mense interuenerit vna tantum rixa inter duos: z al's sufficit articulare lꝫ non probetur in. l. si adulteriū cū incestu. §. idē pollioni. de adul. z quod per Bar. ibi z in. l. cum quid; si cer. pe. z in casu nostro videt᷑ ꝑ equipollētia verba id allegatū et articulatū dū articulatum fuit ꝙ ex illo vulnere tūc illato mors interuenit non ex alio; prius vel postea illato: lꝫ ad hoc nō sit necesse ꝙ artemur cum plane sint precedētes responsiones. z insuper Imo. in. d. l. is qui reus in col. ante pe. ver. qualiter autem post bar. concludit ꝙ etiam si non fuerit facta dicta positio omnimodo venit absoluendus accusatus seu inquisit⁹: quia pluralitas factorum non presumitur z in dubio actus presumitur factus tempore licito. ar. l. merito pro socio. z. l. si preses. z. l. interpretatione de penis. z qḋ not. in. l. ij. de peti. here. Nec ob. c. cū Joānes de fide instru. q2 ibi nō loquit᷑ in delictis vt hoc responso innuitur ex dictis bar. ſm eūdem Imo. ꝙ subdit ꝙ etiam in non delictis pluralitas nō presumit᷑: allegat Inno. in. d. c. cū Joannes ad finē. z idem ſm eū dicit Jac. bu. in. l. pōponius scribit si frumentū. §. si plures de rei ven. z ꝙ pluralitas non presumatur: tenet etiā Panor. in. d. c. cū Joānes. z hoc nisi ex circūstantijs appareret; diuersitas factorū: prout cōtingit in terminis. d. c. cū Joānes. q2 variabant testes a tenore instri ex premissis remanet cōclusio clara ꝙ dictus magister paulus venit relaxādus. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxxxv.

Estimatio rei petite pro decimo causarū soluendo ex forma statuti perusini quomodo fieri debeat vt laudum vel sententia sint valida. per totum.

1 Compromissa vel actiones an dicantur plura si in petitione plura separatim deducuntur.

Dubitatio nulla esse debet vbi est casus legis expressus.

2 Estimatio facta per verbum circa quid operatur.

Habundans vel superfluum non vitiat.

3 Res valet tantum quātum vendi potest.

4 Qualitas esse non potest sine subiecto z qui petit rem legitime petit fructus.

5 Moneta grossa estimatur ꝑ monetam minutam.

¶ Consilium. cxxxv.

In nomie domini nostri Jesu xpi. ¶ †Ad euidētiam huius cōsultationis premittendū est id qḋ dr in calce dicti statuti disponitur ꝙ si aliter solutū fuerit decimū secus factū cōpromissum z laudū inde ferendū nō valeat ipso iure in fauorē actoris. z. s. disponitur qual'r solui debeat: ideo est casus aptus in. d. l. municipali qḋ sit in solōne decimi nō est seruata ad vnguē forma tradita in dicto statuto laudū postea latū sit nullū in fauorē actoris: z hoc habet᷑ pro indubitato: z merito q2 vbi casus legis nulla dubitatio. l. illā ver. de mō. C. de colla. z. l. ancille. C. de fur. solū ergo instanduꝫ est pro decisione hui⁹ cōsultationis an sit seruata forma dicte legis municipalis necne. z q2 plura sepatim deducunt᷑ in petitiōe z in cōpromisso z subsequēter plures cēsent᷑ petitiones z plura cōpromissa ar. l. scire debem⁹. de ver. ob. z. l. ij. ff. de leg. ij. z ſm diuersitatē rex varijs medijs hūt fieri estimationes ſm quas est necesse solui decimū ad rationē triū denariorū ꝑ qualibꝫ libra ſm formā dicte legis municipalis: ideo sigillatiꝫ quelibet particula petitionis capienda z videndendū an pro ea sit legitie solutū decimū.

2 ¶ †Capio itaqꝫ primā particulā petitionis qua petijt vnā petiā terre cū fructibus petia terre erat estimāda per massarios z fructus erāt estimandi ꝑ ipm actorē: z ita factū fuit quo ad petiā terre lꝫ. n. ipe actor estimauerit corā massarijs z hoc ꝑter formā statuti: tamē subdit᷑ ꝙ z dicti massarij estimauerūt zc. Quod aūt abundat z superfluum est nō vitiat. l. testm̄. C. de testa. l. que dubitationis. ff. de reg. iur. z. l. si pupilli. in prin. de neg. gest. nec vtile per inutile vitiatur regula vtile l. vj. et. l. grece. §. illud. de fideius. sed lꝫ rōne forme adhibite in estimatione dicte petie terre nō vitietur solutio decimi: tamē est vitiosa: q2 non fuit soluta integra quantitas que solui debebat: nā estimatio fuit in solidis. ccl. pro quib⁹ debebant solui. lxij. solidi cum dimidio z fuerūt soluti solum. lv. qui. lv. solidi debebant solui ꝑ. ccxx. libris: vbi erat soluendū pro. ccl. z si dicatur ille dictiones vel circa operantur vt non sit precisa illa estimatio. ccl. flo. respondetur ꝙ refertur ad modicū. l. hec adiectio. de ver. sig. z ꝙ no. in. l. z si post tres. ff. si quis cau. z per Ja. bu. in. l. ab hostibus. §. si quis simpliciter ex quibus cau. maio. z per. d. Anto. in. c. continebatur. de despō. impub. Nō autē videtur modicū. xxx. libre. in quantitate. ccl. preterea alia clausula vel circa pōt referri ad maiorē quātitatem prout ad minorem: ideo est incerta prout in simili vult. d. anto. in. c. si de despon. impub. z in. c. cōtinebat᷑. eo. ti. z in simili ꝑ bar. in. l. celsus prope fin. ver. item aduertat reus: ideo dicta estimatio tanꝙ incerta non releuet. fit eī estimatio ad finē vt soluat᷑ decimū ad rationē triū denariorū ꝑ qualibet libra: z sic plene non soluat᷑ laudū ruat pro parte non soluētis ex forma statuti videri aūt non pōt quātū punctualr fuisset soluendū q2 non apparet quot libris punctualiter estimata fuerit dicta estimatio: ideo tāꝙ incerta nō relenet attenta maxie causa propter ꝙ̄ habet fieri estimatio: ideo vel non censeat᷑ integraliter facta solutio ſm estimationem factā vel nō censeat᷑ facta estimatio: ex quo incerta reddit᷑ laudū; in hac parte nullum quoniā nō est solutū decimū ſm formā dicti statuti.

3 †Sed remanet scrupulus nō leuis: q2 verba suadent ꝙ massarij estimauerint esse cōis estimationis. ccl. librarum denariū. z tamen in petitione solūmodo petūtur due partes dicte petie terre z sic si tota est cōis estimationis. ccl. li. due partes vūr esse cōis estimationis. clxvj. lib. denariorum: z duorum tertiorum alterius libre: z ſm hoc soluit vltra quā deberet: et qḋ p'lis est vtiqꝫ tāti est. l. cū furti. ff. de in litē iur. l. j. §. si stipulāti. de ver. ob. cū cōcor. lꝫ pōt rūderi ꝙ dcōs. lv. solidos nō soluit ꝑ duab⁹ partibus dictarū. ccl. li. sꝫ ꝑ dcis. ccl. li. qꝫ ꝑ quib⁹. ccl. li. z sic lꝫ soluere nō deberet ꝑ tertia ptē: tū ꝑ ea soluit si intelligat᷑ ꝙ estimauerūt totā petiā terre: ꝑut verba suadēt: pōt etiā itelligi ꝙ estiauerūt dictā petiā terre ꝑ duab⁹ ptib⁹ q̄ petunt᷑ ꝑut suadet subiecta materia. itē verba ꝑcedētia ibi soluendo dictū decimū ad rōnē triū denariorū ꝑ libra ſm formā statutor suadet ergo ꝙ intēdebat soluere ſm formā statutor: z sic estiare id qḋ petit᷑ z ꝑ eo soluere z nō ꝑ nō petitis. z tm̄ verba intelligunt᷑ ēt improprie rōne subiecte materie. l. si vno. in ꝑn. ff. lo. l. si ita stipulatus. de vsur. z suadēt illa x bap quib⁹ soluit zc. nō aūt solueret ꝑ. ccl. libris ſm formā statutor si foret estiata tota petia terre. preterea nōnūꝙ cōtingit ꝙ min⁹ estiat᷑ ptes rei cōis ꝙ̄ res integra ꝑpria z q̄nqꝫ plus estimat᷑: si. n. h' cōis cū socio rixose vel forte nimis potēte habens dimidiā nō inueniet dimidiam pcij eius ꝙ inueniret᷑ si tota fuisset propria: z habens dimidiā cōmunē cū bono socio diuite vt ciuis in re sterili cōmuni cuꝫ rustico plus sibi valebit ꝙ̄ si esset tota sua saltē respectiue: z attento ꝙ res tantū valet quātū vendi pōt cū ea qualitate cuꝫ qua est. l. q̄ mortis causa capimus. non tūc. §. fi. ff. de dona. causa mortis. z. l. q̄ rebat᷑. in prin. ff. ad. l. falci. z. l. in quantitate. §. magna. eo. tit. itaqꝫ estimatio totius rei non reddit certā estimationē partis pro indiuiso: ideo nō posset reus deliberare an velit; soluere estimationem rei petite prout sibi cōcedit statutū merito vel nō est ꝑgrue fcā estimatio vel nō est facta integra solutio: z sic nō est solutū decimū ſm formam statuti quo disponitur ꝙ si aliter fiat compromissuꝫ z laudū nō valeāt.

4 †Petunt᷑ successiue fruct⁹ recollecti i dcā petia terre quoniam

qm̄ petijt dictā petiam terre cū fructibus ꝛ pro dictis fructibus sol uit vnū florenum non facta aliter estimatione dictoꝝ fructuū: iō nō fuit seruata forma dicti statuti in solutione decimi pro petitio ne dictoꝝ fructuū: quoniā non facta estimatione per actorem non fuit facta solutio decimi ſm estimationē factā per actorē: qꝛ quali tas sine subiecto esse non potest.l.ij.ff.de vsufru. l.eius qui in ꝓuin ciam ver.quoniam tūc.ff.si cer.pet.ꝛ.l.adeo.§.ꝙ si toto.ff.de acqr. rerum dn̄io.ꝛ ideo etiam in hac particula petitionis decimuꝫ non fuit solutū prout solui debebat.ꝛ per consequens laudum si ꝙ la-

5 tum fuit super his fructib⁹ in fauorē dicti actoris nihil valet.†Si- militer nihil valet quaten⁹ latū fuit in fauorē dicti actoris in alia particula petitionis qua petitur pro tertia parte florenoꝝ.xxxv. florenoꝝ auri: nam etiam sup hac particula petitiōis nulla fuit fa- cta estimatio nec innotescit quot libris denarioꝛum valeret vel va litura dicta tertia pars.cccccxxxv.florenorū petita: nam floreni au ri variant ex qualitate ponderis ꝛ conij.nam Veneti graues valēt lvij.bol.Floreni papales et Florentini graues largi valent.lvj.nō nulli alij valent minus.item experiētia docet qō ex tpe variantur in estiatione floreni auri eiusdem conij bonitatis intrinsece pōde- ris ꝛ experientia est rerum magistra.c.ꝙ sit.in ꝓn.de ele.lib.vj.ꝛ.c. statutum.in prin.eo.titu.ꝛ lib.ꝛ.l.legatis.§.oꝛnatricibus.de lega. iij.Et moneta grossa estimatur per monetam minutam prout no- tat bar.in.l.paulus respondit creditorem post mediū ver.aduerta tis.nam vos ꝛc.ff.de solu.ꝛ maxime hoc casu quo habetur respect⁹ ad libram que valet.xx.solidis itaqꝫ opoꝛtet qō habeatur notitia quot libris estimentur res petite vt sic possit haberi notitia quan- tum pro decimo haberent solui: sed dicta estimatio non est fcā nec notitia habetur ex inspectiōe petitionis ꝑ supradicta: tū qꝛ variaꝛ estiatio florenoꝝ auri ex pōdere ex q̄litate auri ꝛ diuersitate conij: ꝛ ꝟba petitionis hn̄t interpretari ꝑ actorem.l.si quis intentiōe am bigua.ff.de iudic.itaqꝫ ipse actor potuisset declarare de quib⁹ flore nis et sic de venetis ꝛ de florentinis largis ꝛ de strictis ꝛ de alijs co nijs ꝛ de leuioꝛibus ꝛ de grauioꝛibus: ꝛ si essent floreni graues vene ti vel papales vel florentini largi non fuisset soluta integra quan- titas que solui debuisset pro decimo si non erro in computo credo non errare: ꝛ potuisset pluri creuisse tempoꝛe sententie ad quam re fertur: quia petit condemnari ꝛc.Et quicquid sit interest rei ꝙ fiat estimatio: nam datur sibi optio soluendi estimationem factaꝫ: nec attendiꝛ si vltra solutū est,ꝙ veniret soluenduꝫ pro rata estimatio nis attentis verbis statuti a quibus non est recedendum.l.non ali ter.de lega.iij.l.j.§.si is qui nauem.de exerci.Insuper instrumētuꝫ predictum continet repugnantiam quandam.Nā primo dr̄ in in- strumēto ꝙ pro petia terre petita ꝛ estimata soluit solidos.lv. de- inde in alia manu pro fructib⁹ vnū florenū: in alia manu pro tertia parte.dxxxv.flo.auri tres flore.ꝛ solidos decem computatis sol- dis qnqꝫ ꝛc.que tres summe summant in totū q̄tuoꝛ flor.ꝛ solidos lxv.ꝛ tamen postea subditur ꝙ in totum soluit flore.quatuoꝛ et so lidos.lv.ad rōnem.xl.bol.ꝑ flo.ita ꝙ est repugnantia ꝛ contrarie- tas in dicto instrō: q̄d videt vitiari.ar.l.vbi repugnātia.ff.de regu. iur.ꝛ.l.scripture.C.de fide instrumentoꝛum. Laus deo.

¶Summariū super consilio.cxxxvj.

☞Allegabaꝛ ꝙ exceptio nō legitimi tutoris pōt opponi quan- docūqꝫ per tex.no.ꝛ ibi Bal.C.de eo qui pro tut.neg.gesst.l.fi.ꝛ ꝑ Jo.and.in addi.specu.in titu.de tutoꝛe.§.j.Sed prout dicit Ang. in auē.vt spon.lar.in.ij.colum.quando est productum mandatum in iudicio ꝛ litigatum cum eo vt procuratoꝛe non potest obijci ex- ceptio procura.fundabatur in tacita legitimatione per processum ad vlterioꝛa allegabatur quod habetur in.c.ex parte.de appel.ꝛ in c.super literis.de rescriptis.ꝛ in.c.qm̄ contra.de proba.

Tutoris non legitimi exceptio an possit opponi quādocūqꝫ si cuꝫ tutoꝛe fuit litigatum tanq̄ cum procuratoꝛe ꝛ ad vlterioꝛa proces sum.per totum.

1 Tutoꝛ administrare non debet ante inuentarij confectionē ꝛ que requirantur vt legitime possit vt tutoꝛ administrare.

2 Exceptio nō ꝓdest si ad vlterioꝛa ꝓcedaꝛ per excipientēꝫ.nu.5.

3 Tutela matri defertur a lege ꝛ licet sit officium virile est tamē no men anoꝛmalū cuius etiam onus quis subit inuitus ꝛ cui defertur administratio etiam censetur esse delata.

4 Oꝛdinis prepostératio an ꝛ quādo vitiet actum.nu.seq.

7 Agi seu litigari an ꝛ quando possit cum falso procuratoꝛe vt act⁹ valeat.

¶Consilium.cxxxvj.

1 In nomine domini nostri Jesu xp̄i.¶†Viso pūcto ꝛ allegatis hininde.s̄.de- scriptis: ꝛ viso instrō tutele: lꝫ videaꝛ pma facie dōm ꝯ allegata.s̄.ꝯtra partē pupilloꝝ ꝛ dn̄e Hieronyme eoꝝ tutricis per adducta supra pte ꝯtraria q̄ nō repeto ꝓut etiaꝫ nō intēdo nisi relatiue adducere adducta ꝑ eoꝝ pte: ꝛ licet respon deaꝛ supra ꝙ sit decreta administratio ꝑ decretū tutele. Tū vꝛ qō dicta rn̄sio ꝓcederet si tūc tpis fuisset ꝯfectū inuētariū: lꝫ attēto ꝙ tpe decreti predicti non fuerat ꝑ tutricē adhuc cōfectū inuentariū

fuit factū per duos menses post detractā tutelā: sed ante cōfectio- nē inuentarij nō pōt tutoꝛ vel tutrix administrare vt est expressuꝫ in.l.fi.C.arbit.tute.ꝛ in.l.si tutoꝛes.C.de admi.tu.ꝛ in.l.tutoꝛ q re- pertoꝛium.in prin.ff.eo.ti.ꝛ dicit Bal.in.l.legitimos.§.in legiti- mis.ff.de leg.tut.ꝙ glo.ibi in recitando que requiruntur vt tutoꝛ possit administrare peruertit oꝛdinē qꝛ vltimo loco debet decerni tutela ꝛ sic post inuentariū cōfectum qō ꝛ videꝛ velle Bal.in.l.fi.C. arbi.tut.Ergo non censeatur decreta tūc adminstratio ex quo eo tpe quo non erat factū inuētarium administratio decerni non de

2 bebat.†Nec videꝛ etiā obstare secūda rn̄sio.s.ꝙ sit preclusa via huic oppositioni: ex quo ꝓcessum erat ad merita cause: qꝛ videꝛ reserua ta hmōi exceptio ꝑ ea que hn̄r per Bar.in.l.nam postea.ff.de iure

3 iur.†Sed nihilominus his non obstātibus puto dictū iudicium subsistere: nā cōstat ꝙ matri defertur tutela a lege ꝑ autē.matri.et auie.C.qn̄ mulier tute.officio fungi pōt: lꝫ dicatur anoꝛmala: tum qꝛ tutela est officiū virile.l.tutela plerunqꝫ.ꝛ.l.fi.ff.de tutelis.tū qꝛ regulariter qs inuitus subit onus tutele nisi habeat legitimā excu sationē vt in titulis.de excus.tu.per totos ꝛ mater ꝛ auia sunt vo- lūtarie: vt in.d.autē.matri ꝛ auie.vbi dicit permittimus: putꝛ ibi ponderant glo.ꝛ doc.ꝛ no.Bar.post Dy.in.l.ij.in prin.secūde col. ff.qui pet.tut.Ideo ad iudicē nō spectat nisi decernere administra tionem cum tutrix sit eo ipso ꝙ declarat se velle esse tutricē prout ceteri legitimi tutoꝛes vel etiam testamētarij sunt ipso iure tuto- res: ꝛ in hoc differunt a datiuis tutoꝛibus: ideo non mirū si iudex decernēs tutelā censeaꝛ decernere administrationē tutele: lꝫ verba improprientur: qꝛ nō incōuenit ꝙ verba rōne subiecte materie im proprienꝛ.l.si vno.in prin.loca.l.eas causas.ꝛ.l.pater seuerinā. et §.cōdictionū verba.de cōdi.et demon.cū si.ꝛ sic per punctū rōnis ne decretū iudicis ludibrio fiat ꝙ esse non dꝫ.l.si ꝑtoꝛ.in ꝑnci.ff.de iudicijs.ꝓcedit theoꝛica gloss.in.d.§.in legitimis.l.legitimos. de administra.tuto.que vult ꝙ si iudex tutoꝛi legitime decernit tute lā censetur decernere administrationē.Facit.C.de diuidenda tute. in rubri.iuncta.l.ij.in prin.eo.titu.vbi dicitur diuisa tutela: qꝛ di- uiditur administratio: ꝛ sic tutela poniꝛ ꝑ administratione.Pre- terea in casu nostro iudex vltra processit dicēdo dictā tutelā geras fidelr̄ ꝛ bona fide ac sine fraude ꝛ vtilia facito ꝛ inutilia ꝑtermitte tu telā gerere nihil est aliud ꝙ administrare rōne tutele negotia pu- pilloꝝ.Itē silr̄ facere vtilia pupillo est ipsum administrare: vt pro baꝛ in titulo de eo q ꝑ tutoꝛe negotia gessit iuncto nigro ꝑ totum maxime in.l.j.in prin.ibi tutelā administrauit.ꝛ in.§.si quis tū ibi tutelā gesserit.iō hec ꝟba iuncto decreto postea interposito etiaꝫ ꝓprie sumpta impoꝛtant ꝙ ipse iudex decreuerit administratiōeꝫ tutele: ꝛ licet administratio tutele non debeat decerni non ꝯficiēti inuentariū vt.s̄.deductū est: tū nō videꝛ ꝙ nō valeat decretū si de- cerniꝛ prius administratio ꝛ postea fiat inuētariū: multa eniꝫ fieri nō dn̄t que facta tenēt.l.pr̄e furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie. iur.cū sua gl.ꝛ iuribus allegatis in ea.ꝛ.c.ad apostolicam.de regul.

4 Nec†prepostératio oꝛdinis in tpe semp vitiat: sed distinguit aut est oꝛdo necessitatis ꝛ vitiat: aut nō necessitatis ꝛ nō vitiat: aut su- mus in dubio ꝛ tūc aut agit de paruo ꝑiudicio ꝛ non vitiat aut de magno ꝛ vitiat ſm eū cuius dicta sequunꝛ ibi Bal.ꝛ Ange.vt ibi refert Imo.ꝛ similē distinctionē ꝙ aut oꝛdo est necessitatis: aut volūtatis: aut in dubio facit Oldr.vt refert ꝛ sequiꝛ Saly.in.l.pre posteri.C.de test.q in ꝑmis duob⁹ mēbris cōcludūt vt.s̄.ꝑ bart.in tertio mēbro dicunt simplr̄ ꝙ nō ꝑsumiꝛ necessitatis ꝛ sic in dubio non vitiat: in casu aūt nr̄o non exprimiꝛ ꝙ sit necessitatis ꝛ sic su- mus in dubio: iō nō ꝑsumiꝛ esse necessitatis ſm theoꝛicā Oldra.et Saly.nec videꝛ eē magni ꝑiudicij ꝙ prius decernaꝛ ꝑ iudicem ad- ministratio attēto ꝙ nō pōt administrare anteq̄ inuētariū ꝯficiat ꝑ.d.l.fi.C.arbi.tut.ꝛ ibi ꝑ doc.ꝛ tex.ꝛ bar.in.d.l.tutoꝛ q repꝛoꝛiuꝫ. in ꝑn.de admi.tut.ꝛ iō decretū administrationē decernēs nō infert magnū ꝑiudiciū: ꝛ maxime qn̄ decernit vt administret cōfecto in- uētario quo casu ſm oꝛdinē intellectus ꝓcedit cōfectio inuētarij ꝛ pōt intelligi ita tex.d.l.fi.C.arbi.tut.ꝛ.l.de creationibus.C.de epi. aud.vbi est similis tex.ꝛ ꝟba hoc casu virtualr̄ vn̄r ideꝫ impoꝛtare cū mādet ꝙ gerat tutelā fidelr̄ ꝛ bona fide ꝛ sine fraude: sed bona fi de ꝛ sine fraude nō censeꝛ administrare priusq̄ cōficiat inuentariū vt ꝓbat tex.in.d.l.qui repertoꝛiū.in principio: qꝛ al's nō sine frau- de presumeretur gerere negotia per.d.l.tutoꝛ qui repertoꝛium.in

5 prin.vbi casus.†Dato autē sine preiudicio veritatis ꝙ nō fuerit legitime decreta tutela tamē fuit tacite sup hoc ꝓnunciatū ex quo fuit opposita exceptio ꝯtra tutelā (vt ꝑsupponiꝛ: qꝛ nō vidi) et ea nō obstante fuit ad vlterioꝛa ꝓcessum ad merita cāe ꝛ sic ad acta q̄ solēt sequi lit.ꝯte.ꝑ quā precludiꝛ via exceptionib⁹ declinatoꝛijs ꝛ dilatoꝛijs.l.fi.C.de excep.l.ita demū.de ꝓcu.iō cū ad illa deueniꝛ cē setur lis cōte.si sumus in causis in qbus nō requiriꝛ litis cōte.l. ni- hil.ꝛ.l.nulla.C.de ꝓcu.iō censeꝛ tacite repulsa exceptio minus legi time persone tutricis ꝑ processum predictū ad vlterioꝛa ꝑ adducta in allegationib⁹ suprascriptis.ꝛ no.in.l.ij.§.lꝫ ꝛ si dubiteꝛ.ff.de iu di.que interlocutoꝛia trāsit in rē iudicatā quo ad ꝑtes vt in.c.cuꝫ dilecti.extra.de elec.ꝛ no.doc.in.l.qō iussit.ff.de re iudi.itē si pars opposuit ꝛ iudex mādauit postea aliqd dando dilationes citan-

do qđ cōpareat ad merita causę: iam cōpulsus pcedit in iudicio: iō iudiciū valet etiā in piudiciū pupilli vt est tex. in. l. interdū. ff. ꝙ fal so tu. ⁊ ibi Ray. de for. vt refert ⁊ sequitur Nico. de nea. cui⁹ lec. ibi nōnulli attribuūt bar. ⁊ idē ibi bal. ħ idē voluit Bar. in. l. lꝫ. ppe fi nē. C. de pcur. assignādo rōnes dīe inter pcuratorē ⁊ tutorē quas rōnes ponit etiā bal. in. l. j. §. idē pōpo. ff. de eo qui pro tut. neg. ge. que rōnes forti⁹ militāt in hoc casu: qꝛ ex quo tutrix erat ⁊ fecerat inuentariū de facili poterat decernere administrationē: ⁊ lꝫ bal. in d. §. idem pōpo. dicat ꝙ nō sufficit ꝙ iudex admittat tanꝙ verum tutorē nisi decernat se ratū habiturū quicqd p eū gestū erit put lo quit. d. §. idē pōponius. tñ hoc nō requirit tex. in. d. l. interduꝫ. nec Ray. bal. ⁊ Nico. de nea. ibi nec bar. in. d. l. lꝫ. ⁊ esset nimia restrictio ad illum tex. ⁊ ad dicta pfatoꝝ doc. qm̄ raro contingit ꝙ iudex ap ponat illam clām: ideo raro locū haberent illa dicta doc. ⁊. d. l. iter

7 dū. † Quare dōm est ꝙ aut ps non opposuit: sed sponte seu simpl'r litigauit ⁊ tunc vt acta valeant gesta cū falso tutore requiratur illa clā. s. ꝙ iudex decernat se ratū habiturum quādoꝙ qs non vult li tigare cū eo qꝛ apponit ꝯtra eius psonā q̄ cōparet vt tutor ⁊ iudex legitimat psonā. ⁊ per ꝯns compellit opponēs litigare: ⁊ tunc acta valeāt ⁊ pcedat. d. l. interdū. ⁊ q̄ ibi per doc. ⁊ ꝙ p bar. in. d. l. lꝫ. ⁊ iō hoc casu sufficit dicta tacita pnūcia: pterea lꝫ possit opponere qs exceptionem tu non es pcurator post litē contest. qñ nō est tacite vel expresse pnūciatū ⁊ hoc ea rōne qꝛ si est falsus pcurator litis cō testatio non valet tñ glo. in. d. l. lꝫ. ꝙ non auditur opponēs nisi as sumat in se onus probandi negatiuā. ⁊ idē tenet glo. in. l. pompo nius. §. rati. ff. de procur. ⁊ ibi ang. ⁊ Pau. de ca. ⁊ idē tenet in effe ctu glo. ⁊ dñicus de sancto gemi. in. c. j. de ele. li. vj. ⁊ Saly. in. d. l. lꝫ vbi in puncti iur. dicit veriorē ibi Raph. ful. per plures rōnes ef ficaces adeo ꝙ legendo illam legem visum fuit posse in pratica ser vari: lꝫ multi teneant contrarium: ⁊ propterea precedentia media sunt magis clara ex quibus omnibus puto aperta fronte concludē dū ꝙ dicta exceptio nō habeat vitiare neꝙ retardare pcessuꝫ quo minus iudex ad sniam deuenire possit ⁊ debeat nec obstāt ptesta tiones partis ⁊ quod habetur in. d. l. inter quos. §. alieno. quia ten dūt vt ratihabitio postea secuta non noceat protestanti de quo ad presens non agitur. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxxxvij.

In nomine dñi nostri Jesu christi. 1 † Jn hac cōsultatione licet videatur prima facie dicendum ꝙ dicto laudo sit parendum saltem metu pene quia laudo siue equo siue iniquo sit standū metu pene. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. ⁊ maxime qr acceptatū per partes pñtes que acceptatio habet vim taciti pacti pmissiui de seruādo cōtenta in laudo. l. ij. C. cōmunia vtriusq iudi. vbi tex. et doct. ꝙ sñia nulla a partibus acceptata seruatur in vi pacti idem in laudo arbitri cum arbitria sint redacta ad instar iudicior. l. j. ff. de arbi. nec in hac parte pōt assignari ratio differētie inter quare magis cēseatur pacisci cōsentiens sñie iudicis quā cōsentiēs laudo arbitri vel arbitratoris: ergo idē ius vtroq casu. l. si posthumi. §. j. de iniusto testamento ibi nec ratio diuersitatis reddi pōt ⁊ facit. l. illud ad. l. aqui. ⁊. l. a titio. de fur. cū si. nec videtur obstare ꝙ fuerit enormiter lesus ex quo fuit lesus ab arbitro cuius iniquo laudo est standū vt dictū est ⁊ insuper licet cōtrahentibus inter se decipere. l. in cause. §. fi. ff. de minor. 2 † Tamen his minime refragātibus cōtrarium puto aperta frōte cōcludendū: nam aduertēdū ꝙ arbiter vel arbitrator nō pōt pronūciare ꝙ teneātur partes vel altera partiū facere generalem quietationē nō restringēdo se ad cognita per eum. ar. l. cum aquiliana. in fi. ff. de trāsac. cōtinet enim tale laudū vel arbitramentum manifestā iniquitatē: nam de facili posset decipi put hoc voluntibi Bar. Ange. Saly. Raphag. ful. ⁊ Pau. de cast. ꝙ ⁊ voluit Pōta. in cōsi. incip. pdictū laudū etiā si fuerit factū cōpromissum plenū ⁊ plenissimū sm Bar. Raph. ⁊ Pau. ibidē ⁊ hoc nisi fit datū sibi expressa facultas ita laudādi prout ibi voluerūt Bar. Ange. ⁊ Rapha. ꝙ nō puto fuerit expressum in casu nostro: ⁊ licet dicendū videatur ꝙ put cōcessio facultatis laudādi ꝙ fiat generalis quietatio valet ita ꝙ laudū post latū teneat per supradicta ita ⁊ valeat cōfirmatio ⁊ approbatio laudi iam lati cōtinētis ꝙ fiat generalis quietatio ⁊ verū videatur quia. d. l. cū aquiliana. loquitur in generali cōuentione in qua istud nō venit: non aūt possumus dicere qḋ non veniat in expressa cōuentione. 3 † Tamē pōt dici ꝙ ista generalis emologatio laudi nō astringat ad faciendū generalē quietationem triplici ratione vna quia ista generalis seu indefinita approbatio laudi habētis plura capitula nō equipolleat vniuersali vt. s. cēseatur pacisci de obseruādo totū laudū seu omnia capitula laudi eo quia nō est eadē ratio omniū capitulorū: nam istud capitulū cōtinebat iniquitatē ⁊ captionē vt. d. l. cum aquiliana. ⁊ cōmunis doctrina glossarum ⁊ doct. est ꝙ indefinita nō trahitur ad omnia sub generalitate cōprehensa qñ non est eadē ratio ⁊ cōditio omniū sub vniuersalitate cōprehensorum prout no. glo. Jo. and. in. c. vt circa. de elec. lib. vj. ⁊ doc. ibi ⁊ glo. Bar. ⁊ doct. in. l. si pluribus. de leg. ij. ⁊ Dy. in rub. de reg. iu. in. vj. ⁊ Bal. Ang. ⁊ Raph. in. l. si seruitus. C. de serui. vrba. predi. et trahitur tūc ad ea in quibus est maior ratio ꝙ trahatur prout dicit Ange. in. d. l. si seruitus. sed in casu nostro non est eadē ratio neq conditio omniū capitulorū dicti laudi: qm istud capitulū censetur captiosum et de se inualidū per supradicta ⁊ nō ita alia capitula: ideo est maior ratio ꝙ trahatur ad alia capitula quā ad istud merito ad alia trahatur ⁊ nō ad istud. ar. d. l. cum aquiliana iūcta dicta theorica. Scdo dicta theorica ꝙ laudū iniungens vt fiat generalis quietatio nō valeat nō est cōmuniter notum non iuristis: ideo de facili cōtingere potuit quod dictus Jacobus martorelli consenserit credēs se artari ad obseruantiā laudi etiā in hac parte

hac parte ꝛ prout si errore iure soluisset quia fecisset quietationem generalē potuisset repetere cōdictione indebiti ꝛ sine causa.ar.l. si quis accepto.ꝛ.l.si mulier.ff.de cōdi.ob causam:ita ꝛ promittendo quia promissio ꝛ solutio in materia repetitionis indebiti equiparantur.l.fi.C.ad leg.fal.l.is qui.de cōdi.inde.ff.† Tertio quia presupponitur ꝙ fuit enormiter lesus.ꝛ sic fuit dolus saltem re ipsa. ꝛ ideo nedum pactū nudū:sed etiā stipulatione vallatū redditur inefficax nō dico nullū ex enormi lesione vt est tex.in.l.si quis cum aliter.de verb.obli. vbi casus ꝙ aduersus stipulationē seu actionē ex stipulatione causatā cōpetat exceptio doli. ꝛ sic remanet inefficax quia nihil interest an quis actionem non habeat an vero per exceptionem repellatur.l.nihil interest.ff.de reg.iur.cum itaqꝫ ille consensus secutus post laudū non causet nisi nudū pactū fortius videtur ꝙ nō sit efficax:ꝛ ideo si aduersarius aget vt faceret quietationem generalē cum de iure canonico ex pacto nudo actio oriatur.c.j.de pactis.ꝛ.c.per tuas. eo.ti. put est cōmunis et indubitata opi. legistarū.ꝛ canonistarū opponetur exceptio doli per.d.l.si qs cum aliter.in fi.ꝛ ar.l.ij.C.de rescin.vē.ꝛ.c. cum causam.ꝛ.c.cum dilecti. de emp.ꝛ ven.si aūt Jacobus aget ꝛ suis actionibus ꝛ aduersarius excipiet de dicto pacto de refutando dato ꝙ ex tali oriat exceptio tamen Jacobus opponit replicationē doli: ita eīn se habet aduersus exceptionē replicatio prout exceptio aduersus actionē.l.j.ff. de exceptio.doli.† Et vbi est enormis lesio presumitur ignorātia actuū prout est casus notabilis. ꝛ forte singularis in.l.quisquis.C. de rescin.ven.prout dicit Jmo.in.d.l.si quis cū aliter. circa mediū. et no.glo.Bar.ꝛ Bal.in.d.l.quisquis.ꝛ pſumitur dolus ex enormi lesione prout voluit.d.Anto.in.c.cū cōtingat.de iureiur. ꝙ ꝛ vult Panor.ibidē.xxxj.ꝛ.xxxij.col.ꝙ ꝛ tangit Bal.in.c.j.§.item sacramenta de pace iuramento fir. in vsi.feu. et videtur pbare tex. in.l. si superstite.C.de dolo.ꝛ Pe.de ancha.in.c.canonū.de constitu.in xj.q.col.lxxvj.vult ꝙ minor ratione enormis lesionis possit venire cōtra contractū iuratū ea ratione quia presumitur dolus seu quia dolus re ipsa.et dolus re ipsa comparantur dicens se ita cōsuluisse senis.ꝛ idem dicit in.d.c.cum cōtingat.et licet loquātur in minore tamen pōdero rationem. ꝛ facit que habētur in.c.quintauallis. de iureiurā.ꝛ in.l.si societatē.§.arbitrorū.ff.pro socio. et nō sumus in contractu iurato prout loquūtur prefati doct. ita ꝙ res de plano procedit per.d.l.si quis cū aliter. ꝛ facit quia superior fuerat vnus ex arbitris videlʒ.d.Jo.ba. de sabellis vicarius pape qui habebatur in magna reuerētia ita ꝙ forte ex reuerētia cōsensit laudo pdicto facit.l.j.C.si quacūqꝫ predi.et.l.j.§.que onerāde quarū rerū ac. non datur. Et licet metus reuerētialis regulariter nō presumatur Bar.ꝛ doc.in.§.que onerāde quarum rerū ac.non datur.ꝛ in.l. ad inuidiā.C.ꝙ metus causa.ꝛ doct.in.c.causam matrimonij.de offi. deleg.facit tex.ꝛ ꝙ ibi Bar.in.l.si per impressionē.C.ꝙ metus causa ꝛ bona glo. in cano. presens clericus.xx.q.iij.et ꝙ notatur in.c. insinuāte qui clerici vel vo.ꝛ Jmo.in.l.si cum dotē.§.eo autē tempore.ff.solu.matri.tamē Pau.de cast.in cōsi.clxxiij. incipiēte contra superius cōsulta videtur velle ꝙ procedit nisi sit enormis lesio ex quibus omnibus cōcludendū arbitror ꝙ dictus Jacobus martorelli non obstāte dicto laudo ꝛ cōsensu secuto possit peti ꝙ ratio reuideatur habitis tamen pro firmis his que in specie seu specifice in laudo declarātur non obstāte illa particula laudi qua iniūgitur ꝙ inuicem sibi faciant generalem refutationem. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cxlj.

☞ Appellari ꝙ non possit ab executione instrumenti guarentigiati an possit appellari: qm̄ non instrumentū sed quedā fides notarij fuit pducta. Et si statutū de executione instrumenti denegat appellationem: aliud aūt statutum de summaria cognitione permittit appellationē: an ab executione instrumēti locationis possit appellari.per totum.

1 Notario an credatur asserēti instrumentū productum vbi est adhibitus ad scribendum acta.nu.seq.
2 Lex antiqua specialis derogat legi posteriori.nu.10.
3 Relatio instrumenti vel scriptura referens non probat.
4 Instrumentum large sumptū potest dici notarij fides producta.
5 Negatiua etiā alicuius iudiciarij actus probatur per rimationem actorum vel scripturarum etiam notarij deputati ad scribendum.
6 Instrumentum mandatur executioni in his que instrumento cōtinentur non autem in his que tacite aguntur.
7 Estimatio quātiplurimi valuerit an venit in executione instrumēti a tempore more.
8 Instrumentum guarentigiatum solum continens confessionē dotis recepte an mandetur executioni.
9 Statutū magis generale limitatur per minus generale statutum.
10 Lex posterior priori derogat ceteris paribus.

¶ Consilium.cxlj.

1 **In nomine dn̄i nostri Jesu** christi. ¶ † Licet in hac cōsultatione videatur prima facie dicendum qd̄ nō potuerit appellari nec de nullitate dici in dicta causa quia dictū statutū de executione instrumentorū in.§.ꝛ ab executione videtur multū clare et precise loqui tollendo appellationē generaliter ꝛ propositionem nullitatis:vnde cum de dicto coctumo dicatur apparere publicū instrumentū cōfessionatum et notarius asserat esse in iudicio productū videtur standum assertioni notarij qui adhibetur ad scribendū acta per.c. qm̄ cōtra falsam.de pba. cum in instrumētis actorū non adhibeātur testes. ar.l.in donationibus.C.de dona.vnde sumitur ratio vnde inoleuerit talis mos qui est notorius nec in hoc habet fieri dubiū.s.qd̄ testes non adhibeantur ꝛ quando actus assertus per notariū potest interuenisse tempore instrumēti censetur tunc interuenisse licet loquatur per verba pteriti tēporis prout cōsuluit Jaco. but.per.l.j. et qd̄ ibi notatur per glo.C.de fide instrumentorū et iure aste fisca. lib.x.prout eum refert Bar.in.l.post dotē.ff.solu.matri.v.col.in.j. q.qui idē tenet per.l.fi.C. de apochis publi.lib.x.ꝛ.l. placuit.C. de colla.fun.patri.lib.xj.ꝛ per no.per glo.in.l. si ex cautione.C. de nō nume.pecu.et per tex.in.l.si ita stipulatus.§.grisogonus. de verb. obli.vbi idem tenet ad idem qd̄ ipse ꝛ doct.notant in.l.sciendū.eo. titu.ꝛ in.l.predia.ff.de acqui.pos.ꝛ per eum in.l. certi cōdictio.§.si nūmos.si cer.peta. Ideo nō videtur obstare ꝙ allegatur ꝙ nō fuerit seruata forma statuti ꝙ requirit ꝙ fuerit prius visum instrumētum:nec etiā ꝙ instrumentū non habeat debitas solēnitates:quia licet illa fides que apparet descripta in actis non habeat debitas solēnitates tamē illa non videtur instrumentū:sed attestatio quedam notarij de instrumēto:ideo videtur notarius actorū attestari de instrumēto producto nō de illa fide ꝛ dicitur esse de stilo ꝙ notarij producunt qn̄qꝫ librū prothocollorū in quo est instrumentū originale ꝛ illud secū reportant dimittēdo fidē ꝛ stilus est seruādus.l. obseruandum.C.de iudi.fm̄ Nico. de neapoli in.l.iurisperitos. in prin.de excu.tu.quē multi allegant pro Bar. quia solet scribi eius lec.de excu.tuto.ꝛ sequentiū titulorū quos Bar.nō legit post lect. Bar.idem volunt Cy.ꝛ Bal.in.l.ij.C.que sit longa cōsu.Bal.in.l. 2 de quibus.de leg.ꝛ in.l.certū.C. vnde cogna.† Nec etiam videtur obstare ꝙ pars non fuit citata quia ista nō est de forma statuti sed forma iuris cōmunis:ideo cum statutū tollat posse dici de nullitate videtur tollere istam nullitatē ꝛ similiter datio aduocati non videtur esse de forma: item nō videtur obstare statutū de summaria cognitione ꝙ regulariter phibet appellationē in casibus in quibus proceditur summarie exceptuat causas locationū ꝛ cōductionum quia videtur illud statutū loquens generaliter et restringendum nisi ageretur de executione instrumenti: ideo illud limitetur per statutum speciale loquens de executione instrumenti quia nō est nouū ꝙ lex antiqua specialis deroget legi posteriori generali.l. non est nouū.ꝛ.l.nam ꝛ posteriores.ff.de legi.ꝛ no.per glo. Bar.et doct.in.l.sciendum.in prin.ff.qui satisda.cog.et per Dy.in regula generi in.vj.ꝛ per Bar.in extrauagā.ad reprimenda in verbo non obstātibus ꝛ per gl.in verbo vacātibus in auē.de heredi.ab intest. in prin.ꝛ ideo dictus appellās ꝛ de nullitate dicens nō debeat au3 diri. ¶ † Tamē his nō obstantibus puto cōtrariū respondendum scʒ ꝙ immo debeat audiri: nam est aduertendū ꝙ non apparet de aliquo instrumēto cōfessionato vel aliquo ꝙ habeat executionem paratam:nam mihi presupponitur ꝙ in iudicio principali nec in causa appellationis ex actis nō apparet nisi illa fides inserta inter scripturas actorū et illa verba inserta in citatorio pfecto illa fides non est instrumentū autenticum: sed relatio instrumenti que non probat vt est tex.in auē.si quis in aliquo documēto.C.de edē.item nō habet debitas solēnitates in instrumēto requisitas vt ex inspectione ipsius euidenter apparet nec illa assertio facta in citatorio sufficienter probat:tum quia sunt verba enūciatiua non principaliter propter se emanata: sed propter aliud.s. ad notificandum ex qua causa citabatur ꝛ ad quid cōparere deberet instructus ꝛ verba enūciatiua propter aliud emissa nō disponunt neqꝫ probant iuxta not.per Bar.ꝛ doct.in.l.ex hac scriptura. de dona.ꝛ per Bal.in.l. 4 ex his verbis.C.de testa.mili.† Et dato ꝙ probaret instrumētum productū cum ex inspectione actorū non esset in actis nisi illa fides notarij que fuit nō ad alium finē nisi vt instrueret mentem iudicis: ideo large loquēdo potest dici instrumentū.arg.l.j.ff.de fide instrumentorum.ꝛ.l.notionē.§.instrumētorū.ff.de verb.sig.et si dicatur non instruit mentē iudicis ex quo nō facit fidem respōdetur quod aliqualē fidem facit licet non sufficientē ad executionē faciendam vel pronūciandā vel ad sententiā obtinendā prout ꝛ instrumentū non habens debitas solēnitates licet nō faciat fidē tamen in dicto statuto de executione instrumenti in.d.§.ꝛ ab executione appellatur instrumentū:ideo ista fides potest etiā per notarium appellari instrumentū: si enim fuisset productū aliud instrumētū illud debe ret apparere in actis quia instrumenta producta efficiuntur cōmunia vtriqꝫ parti iuxta ea que habētur in.l.j.§.edenda.ff.de eden.et in.l.ij.C.eo.titu.ꝛ in.c.qm̄ contra falsam.de proba.efficiūtur enim de actis ꝛ registrantur in actis ꝛ probant vt originalia fm̄ Bal.in auē.si quis in aliquo.C.de edē.post Inno.in.c.j.de procu. itaqꝫ est verisimile ꝙ si fuisset productū originale vel aliud instrumentum illud appareret in actis in quibus esse debebat vt per reum videri 5 posset iuxta.d.§. edenda.et.d.l.ij. † Cum negatiua probetur per

rimationem scripturarū vbi solent scribi ea de quibus agitur. ⁊ sic negatiua alicuius actus iudiciarij probatur per rimationē actorū seu scripturarū notarij deputati ad scribendū acta iuxta ea que habentur in.d.c.qm̄ cōtra falsam.⁊ ideo qui ꝓbaret litem nō esse cōtestatam. et sic negatiuā nō coartatā tempore ꝓbabit per inspectionem actorum in quibus nō apparet litis cōtestationem scriptam prout in terminis decidit Bar.in cōsilio suo incipiēte apparet sententia lata.in prin.in ordine.ccvj.fm ordinē perusinum non informis.⁊ idem in simili not.idem Bar.in consi.xxxj.fm eundē ordinē incipiēte Martinus de eugubio ⁊ fm ordinē informis.lxxxj. incipiente Martinus formiconis de eugubio.col.j. vbi dicit ꝙ negatiua ꝙ solutio nō fuit facta ꝓbatur si inspectis libris in quibus solent scribi solutiones facte cōiter non reperitur illa solutio ita in proposito instrumēta publica debent ⁊ solent esse in actis scriptis per notariū si itaq̄ nō reperitur in actis ꝓbatur qđ nunq̄ in actis fuerit scripta. ⁊ si dicatur ꝓbatur cōtrarium per assertionē notarij vt.s.respōdetur vt.s.s. ꝙ sunt verba enūciatiua vel verba possunt verificari ꝙ fuit productū verbo nō actualiter vt per iudicē videretur vel ꝙ notarius attestetur de illa fide que refert instrumētum fuisse publicatū.Insup illa verba notarij non attestantur ꝙ fuerit instrumentū guarentigiatū vel cōfessionatū ⁊ statutū de executione instrumentorū in.§.⁊ ab executione ꝙ principaliter ad ꝓpositū deducitur ⁊ per totū illum titulū loquitur de instrumētis cōfessionatis vel guarentigiatis nō de quolibet instrumēto publico:itaq̄ non aliter apparēte ꝓductione vel ostēsione alicuius instrumenti publici cōfessionati vel guarētigiati nullatenus apparet fuisse per iudicē visum instrumentū cōfessionatū vel simile habens ex forma statuti executionē paratā: itaq̄ si nō apparet alia ꝓductio instrumenti quam ille de qua in dicto citatorio non apparet de aliquo instrumento habente executionē:ideo nullum dubiū est ꝙ potuit appellari ⁊ de nullitate dici ex quacūq̄ causa cum non possit actor niti ex dispositione dicti.§. ab executione cum nō appareat iudici ad quē ꝙ sentētia fuerit lata pretextu instrumenti cōfessionati vel guarētigiati vel alterius ꝙ haberet paratā executionē cum nullū instrumentū cōfessionatum vel simile appareat ꝙ fuerit visum vel in iudicio productū cum nullum appareat ⁊ illa dicti citatorij non asserunt instrumentū ꝙ asserit ꝓductū fore confessionatū vel guarentigiatum.et si hodie ꝓduceretur nō cōstaret iudici ꝙ esset illud qđ fuerat productū in iudicio attēto maxime qđ nec in fide que est in actis non fit mentio de guarentigia vel de cōfessione per quam reddatur instrumentū confessionatū: ita ꝙ non video quā dubitationem habeat ista cōsultatio quominus potuerit ⁊ appellari ⁊ de nullitate dici.Cū nullo modo simus in terminis.§.et ab executione cum nō simus in executione instrumenti cōfessionati nec super liquidatione instrumenti cōfessionati vel similis cum nullatenus appareat de instrumento cōfessionato ⁊ paria sunt non esse. ⁊ non apparere.l. duo sunt titij. de testa.tute.⁊.l. si fuerit. de rebus dub. cum si.⁊ ista meo iudicio ponunt gladiū ad radicem ⁊ sic vehementer reddunt rem indubiā.s. ꝙ potuerit appellari si appellatū et de nullitate dici.

6 † Potest etiā attētari ꝙ dato ꝙ nō potuerit appellari vel de nullitate dici quo ad executionem eius qđ cōtinetur in instrumento. ⁊ sic ad quātitates ꝓmissas in instrumento coctumi tamē quatenus pronūciatur sup excrescētia estimationis sup qua est pronūciatū videtur ꝙ non ꝓhibeatur appellatio vel deductio nullitatis: quia illud non cōtinetur in instrumento in quo id non promittitur nec ex eo legi potest.arg.eius ꝙ habetur in.l.j.⁊ ꝙ ibi per Bar.ff.de his que in testamento delentur ⁊ ꝙ per Bal.in.l.ab anastasio.C.mādati volētis qđ instrumentū mandatur executioni in his que in instrumento cōtinentur nō in his que tacite agūtur attento ista excrescentia estimationis nō debetur iure actionis.et sic ex cōtractu cōtento in instrumento: sed officio iudicis mercēnario vt habetur in.l.vinū.ff.si cer.peta. ⁊ facit ꝙ habetur in.l.iij.C. depositi.⁊ sic non est ꝓprie executio instrumēti: sed venit officium iudicis deseruiēs executioni instrumēti ⁊ ꝓut mercēnarius differt ab eo cui deseruit:ita ⁊ istud officiū iudicis seu id qđ venit hoc officio iudicis mercēnario non fit executio instrumēti prout hoc suadet ratio naturalis quam solam sufficit allegare.l. scire oportet.§. sufficit.de excusa.tuto.

7 † Nec obstat qđ dicit Bar.in.l.iij.§.in hac. ff.cōmo.vbi cōcludit ꝙ in executione instrumēti guarentigiati venit etiā ista estimatio quātiplurimi fuerit a tēpore more ꝙ ⁊ tāgit in.d.l.vinum.licet ibi nō decidat quia rūdetur ꝙ non dicit Bar.ꝙ fit executio instrumenti immo eius verba.in col.penul. vbi de hoc tangit potius innuunt contrarium:sed dicit ꝙ si petitur executio instrumēti habetur ratio huius incrementi estimationis intelligo qđ habetur ratio dicti incrementi officio iudicis mercēnario desernienti officio iudicis nobili exequenti tale instrumentū:prout cōtingere potest in expensis factis in iudicio executiuo : nam nemo dixerit ꝙ fit executio instrumēti:⁊ tamē venit ⁊ de eis habetur ratio in iudicio executiuo:⁊ ideo nō videtur ꝙ dictum statutū prohibens appellationē et deductionē nullitatis ab executione instrumenti non militet in hoc casu cum dictū statutū sit exorbitans plurimum: ⁊ ideo restringendū vt quātominus fieri potest recedatur

a iure cōmuni.c.cum dilectus.⁊ ꝙ ibi per doct.de cōsue.⁊.l. ius singulare ⁊.l.ꝙ vero cōtra.ff.de legi.⁊ in regula que a iure exorbitant in.vj.

8 † Nec etiam obstat qđ no.Bal.⁊ Ang.⁊ Imo.in.d.l.j.de his que in testamento delen.quatenus volunt ꝙ instrumentū guarentigiatum continens solam confessionē recepte dotis ⁊ non stipulationem mādatur executioni virtute statuti disponentis qđ instrumentum guarentigiatū mandetur executioni ⁊c. quia respōdetur quod illa tacita stipulatio virtualiter cōtinetur in instrumēto principaliter:nam venit iure actionis pro contentis in instrumento ⁊ illa executio fiet officio iudicis nobili: ⁊ sic casus sunt diuersi nō est opus autē sup hoc instare: quia potuit appellari ⁊ de nullitate dici etiam sup pronunciata lata in forte principali per.s. deducta nec etiam est opus instare sup non obseruata forma statuti in datione aduocati. quia fundamēta.s. facta sunt magis plana licet possint verificari verba dicti statuti quatenus pōderat non seruatā formā statuti in procedēdo:cōstat enim ꝙ statutū disponit qualiter ꝓcedatur quando petitur dari aduocatus ⁊ dat formā in procedendo super illo articulo ita qđ saltē large loquēdo possumus dicere non esse seruatam formā statuti et dictū statutum in hac parte videtur large interpretandū : quia per latam interpretationē restringitur exorbitantia ⁊ res reducitur magis ad ius cōmune ad hoc notata per glo.notabilē in.c.statutū.j.de preben.lib.vj.licet in hoc nō faciam magnū fundamentū.

9 † Non oportet etiā instare an statutum sub rubrica de summaria cognitione permittēs appellationem in causis locationum ⁊ cōductionum limitet aliud statutū denegans appellationē ab executione instrumēti guarentigiati vel cōfessionati cum vt dixi nō apparet nos esse in executione instrumēti confessionati vel guarentigiati est tamē aduertendū circa illum articulum ꝙ dicta duo statuta habent se vt excedētia ⁊ excessa:nam multe sunt cause citra instrumenta guarentigiata vel cōfessionata vel similia. item multe sunt cause sup instrumentis et eorū executione que nō dependent a locationibus ⁊ cōductionibus: ⁊ quando duo statuta ita se habent quia quodlibet respectu alterius statuti pōt censeri vt genus et vt species diuersis respectibus tunc attenditur id qđ est magis generale et illud iudicatur vt genus et aliud qđ est magis speciale iudicatur vt species:⁊ ideo magis generale limitatur per statutū minus generale ista est theorica Dy. in regula generi in.vj.⁊ Bar.in.l.j.§.j.ff.de noui ope.nūcia.et in extrauagā.ad reprimēda in verbo nō obstantibus:ideo videtur attendendū que sint plures cause an sup execu.instrumentorū de qbus loquitur.d. §.et ab executione per quē prohibetur appellatio ⁊ deductio nullitatis an ille que vertūtur sup locationibus ⁊ cōductionibus excedentibus summā.xxv. librarū ⁊ causis in quibus ꝓmittitur appellatio per dictū statutū de summaria cogni.⁊ si non erro sunt longe plures cause ille que vertuntur sup executionibus ⁊ liquidationes instrumentorū ⁊ si hoc est debet limitari statutū denegans appellationē ⁊ deductionē nullitatis tanq̄ magis generale per supradictam theoricā: sinautem nō dignoscitur ꝙ sit generalius est aduertendum ꝙ.d.§.⁊ ab executione est a iure cōmuni exorbitās ⁊ exorbitantissimū ⁊ hoc respectu restringendum et statutū permittens appellationē ⁊ nullitatē in causis locationū ⁊ cōductionum conformat se cum iure cōmuni et restringit exorbitātiā que inducitur per idem statutū.s.prime et hoc respectu ampliandū per supradicta: ideo suadet ratio ꝙ istud statutum ceteris paribus limitet dictum aliud statutū exorbitans de quo in.d.§.⁊ ab executione.

10 † Et facit etiā quia ceteris paribus lex posterior derogat priori.c.j. de cōsti. lib.vj.⁊.c.j.de cogna.spir. in antiquis posterior autē videtur istud permittens appellationē. ⁊ nullitatē in causis locationū arguēdo ab ordine scripture ⁊ hoc pōderat etiā Bar. in dicto extrauagāti dicto verbo nō obstātibus.colū.iij. dicēs ꝙ in hmōi.ll. vel statutis habētibus se vt excedētia ⁊ excessa ceteris paribus vltimū derogat priori quibus oībus cōsideratis puto intrepide cōcludendū ꝙ pro parte dicti Baptiste potuerit appellari ⁊ de nullitate dici nō obstātibus adductis in contrariū quibus satis apparet rn̄sum per.s.dicta. circa illud aūt quod dicitur de stilo nō puto ꝙ sit de stilo quod iudici nō appareat instrumentū productū fore cōfessionatū prout non apparet in casu isto.item de stilo est ꝙ fiat principaliter mētio in actis de productione instrumēti ⁊ peti. executionis ⁊ nō in solo citatorio nec memini me vnq̄ vidisse aut occurrisse similem casum ita qđ mirarer qđ possit apparere stilus qui allegatur. Et per hec puto satisfactum consultanti licet nō sit sigillatim respōsum super particularibus quesitis. Intentio enim cōsultantis erat an potuerit appellasse vel dixisse de nullitate necne. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cxlij.

☞ Vendicari an possit cōmunitas catastrū vel tenutam quā nobilis quidā cōcesserat alteri vbi possessa fuerat per tantū tempus cuius initij memoria non est in cōtrarium attento ꝙ scriptura vel instrumentū concessionis ⁊ pactorum reperiuntur in archiuo alterius cōmunitatis.per totum.

1 Probatio facti antiqui fit per minus legitimas probationes.
2 Notariatus instrumētū qn̄ requiratur notarij acta ꝓbent.nu.seq.
3 Possessio ciuilis prefertur naturali.

Possessio

4 Possessio antiquissima habet vim constituti.
5 Clausula do ⁊ in corporalem possessionē induco instrumēto inser/ta quid operetur.
6 Scriptura priuata in archiuo publico repta qd requirat vt ꝓbet.
7 Possessio de presenti quando faciat presumi dominium.
8 Prescriptio centum annorum requiritur contra ciuitatem vel cō/munitatem ⁊ vtilem causat rei vendicationem.
Actio rei vēdicationis vtilis causatur ex ꝓscriptione cētū annorū.
9 Possessio semel quesita non semper animo retinetur quinimmo quandoq; oblinione perditur.
Obliuio presumitur lapsu longi temporis.
10 Prescribi quando possit ⁊ quo tempore iurisditio.
11 Prescriptio.xl.annorum an liberet a solutione collecte vel census perpetui.
Prescriptio interrumpitur solutione debiti.
12 Collecta nō potest exigi ab alio qui pro se habet prescriptionē.xl. annorū ⁊ de nō soluēdo allegat cōcessionē sibi factā que ꝓsumitur.
13 Collectandi ius tollitur per non vsum spacio.xl.annorum.
14 Testis non citati dictum non probat.
15 Sententia transit in rem iudicatam per desertionem appellatio/nis que fit lapsu bienniȷ.

Consilium.cxlij.

1 In nomine dn̄i nostri Jesu christi. † Uidetur prima facie dicendū ꝙ cōmune spo leti foueat meliora iura: nam ꝓbatur ꝙ castrū clarigna ni fuit per quosdā nobiles in anno.M.ccxiȷ. donatū dicte cōmu/nitati qui nobiles ꝓmiserunt se ꝓcario nomine possidere ⁊ deinde alia donatio ⁊ submissio a quibusdam nobilibus facta in anno dn̄i M.ccxviȷ.⁊ cōfirmatio dicte prime donationis ⁊ successiue alia cō firmatio alterius nobilis.⁊ in omnibus predictis cōtractibus pre/supponitur qȯ cōmunitas spoletana habuerat aliquod ius in di/ctis bonis.⁊ licet dicte scripture nō videantur autētice cum primū instrumentū nō sit scriptū a persona publica ⁊ scd̄m ⁊ tertiū nō sint publica: tamē ex quo sunt res multū antique difficilis est ꝓbatio.⁊ vbi cadit difficultas ꝓbationis admittūtur ꝓbationes minus inte gre vt ꝓbatur in.l.cōsensu.C.de repud.et in.c.iȷ.loco.de ꝓba.in.c. illud.de ꝓsump.in.c.ad nostrā.de emp.⁊ ven.⁊ per Hosti.⁊.d.Ant. in.c.illo vos.de pigno.⁊ in.c.transmissa qui filiȷ sint legitimi.⁊ in.l. filiū diffinimus.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.⁊ in.l.nō omne.§. a barbaris.de re mili.⁊ in.c.per tuas.de symo.⁊.C.vnde vi.l.si qn̄.⁊ in.c.fi.extra ꝙ metus causa.et per glo.in.l.in actionibus.in fi.⁊.§. alie insti.de act.et in cano.xiiȷ.q.iȷ.⁊.xxxv.q.iȷ.extraordinaria et in infinitis similibus.⁊ specialiter in probandis factis antiquis exce dentibus memoriā hominum quia probatio visus est impossibilis per.l.fi.C.de sacrosan.eccl.⁊ in aut.hec cōstitutio innouat.in prin. ideo relaxatur legitimus modus ꝓbādi al's necessarius quia suffi/cit ꝓbatio per auditum ƀm theoricā glo.⁊ doct.in.c.j.de ꝓscrip.in vj.⁊ habetur in.l.si arbiter.ff.de ꝓba.ad hoc etiam tex.in.c.licet ex quadā.de testi.vbi Host.⁊ Jo.and.⁊ aliȷ doct. hoc notāt per illum tex.qui licet loquatur in probāda cōsanguinitate tamē doc. exten dunt ad probandū omne factū antiquū optime facit tex.in.c.cum causam.de ꝓba.⁊ ꝙ no.glo.in.l.cum aliquis.C.de iure delib.⁊ per Inno.in.c.veniēs.de ver.sig.in.vj.⁊ per Bal.in.l.conuenticulā.C. de epis.⁊ cle.⁊ in.l.proprietatis.C.de proba.⁊ in.l.at qui natura.§.
2 cū me absente.ff.de neg.gest.† Et hinc est ꝙ licet ad hoc vt instru mentum notariȷ probet requiratur ꝓbatio ꝙ auctor instrumēti sit notarius iuxta no.per glo.in.l.generali.de decurio.li.x.⁊ per doc. in.c.iȷ.de fide instru.⁊ per Inno.in.d.c.veniens.⁊ Bal.in.l. barba/rius.de offi.preto.⁊ Specu.in titu.de instru.edi.§. restat versi. sed nūquid si producitur al's versi.illud autē notandū. ⁊ ideo cōsuetu/do est ꝙ quādo producūtur instrumenta cōfecta manu notariȷ de alieno territorio oriūdi non datur fides instrumento nisi fiat fides de notariatu prout ⁊ notant doc.maxime Imo.in.d.c.iȷ.tamē hoc fallit quādo ꝓduceretur instrumentū antiquissimū: vt no.Bal.in aut.quas actiones.C.de sacrosan.eccle.⁊ Specu.in titu. de instru. edi.§.restat versi. sed nūquid si ꝓducitur: vnde cum in casu nostro agatur de facto antiquissimo non exigitur exquisita ꝓbatio nec vi detur exigi probatio ꝙ auctores instrumentorū fuerint notariȷ et propterea videtur ꝙ dicta instrumēta probent dictū antiquissimū dominiū dicte ꝓceptorie quia scriptura librorū antiquorū videtur facere plenā fidem qn̄ reperiuntur in loco vbi sunt scripture auten tice vt in.c.ad audientiā.de ꝓscrip.⁊ in.c.cum causam.de ꝓba.⁊ ibi per glo.primā vbi Panor.dicit ꝙ etiam qn̄ agitur de magno ꝓiu/dicio ⁊ liber vel scriptura est talis cui ab antiquis nostris creditur vel reperitur in loco vbi sunt scripture autentice faciunt plenam fidem per.d.c.ad audientiā.facit glo.in verbo pro nostris in.l.iȷ.ff. de origi.iur.⁊ tex.in aut. ad hec. de fide instru. vbi datur fides scri/pture extracte de archiuio publico vbi solent teneri sub fida custo dia scripture autentice. Et ideo dicte scripture antiquissime reper te in archiuio publico dicte ciuitatis spoletane videtur qȯ tanꝗ autētice probent dictos cōtractus ⁊ cōsequēter dominiū vel quasi dominiū dicte cōmunitatis maxime secuta traditione que in the/mate videtur presupponi ꝙ appareat que traditio ⁊ submissio fa cta dicitur per procuratorē dictorū nobilium ⁊ syndicū hominū di cti castri clarignani adminiculatur etiā supplicatio obtēta de qua in themate quia est verisimile ꝙ fuerit mādata executioni ex quo placebat dictis nobilibus supplicātibus ⁊ cōmunitati in cuius cō/silio supplicatio fuit admissa ⁊ obtenta ex his videtur ꝓbari domi nium fuisse tūc temporis quesitum dicte ciuitati spoletane ⁊ domi nium vel quasi dominiū dicti castri clarignani ⁊ sui territoriȷ ⁊ pos/sessio qui autē possidet ꝓsumitur dn̄s.l.sicuti.§.si queratur.ff. si ser uitus vendi.⁊ ꝙ ibi glo.Bar.⁊ doc.⁊ habetur in.l.j.ff. fami.hercis. per Inno.in.c.cum olim.de priuileg.per Cy.in.l.j.in fi.iȷ. questio/nis.⁊ in.iiȷ.q.C.que sit lon.consu.per Bar.in.l.quidā in suo.ff. de cōdi.insti.⁊ per dn̄m Anto.in.c.cum ad sedē.de resti.spo. et Pau. de cast.⁊ Ponta.in rub.ff.de noui ope.nū. Et constito ꝙ semel ha buerit dn̄iū vel quasi ꝓsumitur continuatū dominiū vel quasi quia qui olim fuit dn̄s ꝓsumitur hodie dn̄s.l.siue possidetis.C.de ꝓba. et ibi per glo.⁊ oēs.quinimmo ⁊ possessio ꝓsumitur continuata qn̄ ille qui possedit asserit se cōtinuasse possessionē vt per glo.Bar. et docto.in.d.l.siue possidetis.⁊ per doct.in.d.c.cum ad sedem vbi.d. Anto.idem dicit si sumus in dubio quia nō negat neq; affirmat se hodie possidere in casu autē nostro cōmune spoleti affirmat se ho/die possidere et continuo possedisse merito presumatur etiam ho die possidere ⁊ maxime cum prout ꝓsupponitur in themate dictū cōmune spoleti quolibet anno fecit requisitiones de hominibus montisfalconis ꝙ irent ad soluendū collectas ⁊ datiuas de posses/sionibus quas asserunt habere in dicto territorio ex quibus demō
3 stratur animū possidendi † et successiue videtur ꝙ aduersus dictā cōmunitatem spoletanā non esse decursam prescriptionē cum ipsa censeatur ciuiliter possedisse ⁊ ciuilis possessio ꝓualet naturali per ea que habētur in.l.clam possidere.§. qui ad nūdinas.ff. de acqui.
4 pos.⁊ in.l.j.in prin.eo.ti. † His tamē non obstātibus cōtrariam partē arbitror de iure veriorē: nam ex quo in themate ꝓsupponi/tur ꝙ dictū cōmune terre montisfalconis ꝓbat possessionē de pre/senti dicti territoriȷ de quo agitur.item ꝙ possedit quo ad iurisdi/tionem locū de quo agitur exigēdo collectas ⁊ datiuas penas dā/norum datorū in dicto loco ⁊ penas maleficiorū cōmissorū in dicto loco per tantū tempus cuius initiȷ memoria hominum non existit non est dubiū qȯ per possessionē quasi possessionē tanti temporis quesitū fuit ius dicte cōmunitati montisfalconis habet enim vim cōstituti.l.hoc iure.§.ductus aque.de aqua quoti.⁊ esti.⁊ iuuat in cunctis vt ibi ⁊ in.c.j.de ꝓscrip.lib.vj.in.l.iȷ.§.idem labeo. de aqua plu.arcē.in.c.sup quibusdam in.c.quid per nouale in.c.veniens.de verb.sig.in can̄.mos antiquus.lxv.dist.⁊ in.l.si arbiter.ff.de proba. prout omnes notant in dictis iuribus ⁊ ꝑfecto si id probatur non habet dubiū presens consultatio: quia ꝓscriptio tanti temporis in omnibus iuuat vt habetur in iuribus preallegatis ⁊ iuuaret ꝓscri ptio ꝓdicta etiā non allegato alio titulo quia non requirunt dicta iura nec docto.sup eis ꝙ allegetur titulus: licet al's expediat iuxta ea que habētur per glo.⁊ Bar.in.l.seruitutes.ff.de serui.⁊ in.l.j. in fi.de aqua plu.arcen.et iuuaret talis ꝓscriptio etiam si cōmunitas spoletana probasset sibi antiquitus habuisse ius in dicto castro et pertinentiȷs ⁊ fuisse ipsius quo ad dominiū seu iurisditionē ⁊ sic di cte antiquissime scripture probarent tunc tēporis dictā ciuitatem spoletanā quesiuisse dictum castrū.⁊ eius territoriū ⁊ ꝙ in territo/rio cōtinerentur loca de quibus agitur que tn̄ non sunt vera vt.ȷ. deducetur tamē censeretur postea quesitum ius dicte cōmunitati per possessionē tanti tēporis cuius nō extat memoria in contrariū
5 per dicta iura.† Nec obstant adducta in cōtrariū primo: quia non apparet sufficiēter probatū de aliqua traditione facta dicte cōmu nitati spoletane: licet enim in prima scriptura que deducitur dica/tur ꝙ illi nobiles qui donabant dictum castrū dixerint nos dona/mus et tradimus ⁊ in corporali possessione inducimus ⁊c.tamē nō apparet ex scriptura ꝙ esset in loco dicti castri adeo qȯ resultaret traditio ⁊ similia verba qn̄ proferūtur in absentia rei verificātur in licentia de intrādo in possessionē vt notāt Bar.⁊ doc.in.l.ꝓdia.ff. de acqui.pos.in verbis solitis apponi in instrumentis dedit tradi/dit ⁊c.q: si actus celebratur in absentia rei nō cadit traditio.⁊ cōse/quenter nec datio per.l.traditionibus.C. de pactis iūcta.l.fi.ff. de cōdi.ob causam.⁊.§.sic itaq;.insti.de act.⁊ ideo tūc significant solā licentiam de intrando ꝓpria auctoritate.⁊ sic impropriātur dicta verba prout ibi habetur quasi importent qȯ quantū in eo est ipse dat.⁊ tradit ⁊ in possessionē immittit ⁊ si quid restat non restat per eum: sed ꝓpter distātiā loci ⁊ haberi vult ac si actualiter tradidisset hinc est ꝙ potest postea ꝓpria auctoritate possessionē capere: ita possumus dicere in verbis dicte prime scripture que non videtur scriptura autētica cum nō sit scripta a notario nec habeat locū nec apparet ꝙ recipientes forent consules licet enūciatiue narretur.⁊ forte consules non habebant ad id mandatum a cōmunitate vt.s. possint cōmunitati querere: nam al's.s. sine mandato nō queritur alteri dominiū vel possessio nisi secuta ratihabitione.l.si ego.ff. de nego.gest.sed per habentē queritur.arg.illius tex.ad hoc.l.j.§.per

procuratorē.z.l.possessio.§.z si possessio.de acqui.pos.z.l.qui mihi donatum. in fi.ff.de dona. Nescio autem si ad id habent ex forma statuti mandatū quo casu istud proximū fundamentū non milita

6 ret.† Restarent alia est enim priuata scriptura quia non scripta a notario seu alio deputato ex publico ad id scribendum. z licet sint reperte in archiuio publico: tamē non habent publicū seu autenticum testimoniū prout requirit ille tex.hoc est testimoniū cōmentariensis prout dicit ibi Ange. vt quia cōmentariensis attestetur esse scripturas archiuij non autem inuentas in archiuio potuisset enim illuc deferre quidā priuatus.z ibi dimittere vt illud auteticū redderet et in casu nostro de facili potuisset cōmunitas spoletana videns se nō habere scripturas autenticas illas reponere in archiuio vt per hanc viam redderētur autentice z generaretur preiudicium tertio:itaq ratio non suadet ꝙ ex hoc solo scripture reddantur autentice quia sint in archiuio reperte nec tex.d.auf.ad hec.et in corpore quatenus dicit qd habeat publicū testimoniū intelligo ꝙ cōmentariensis illā scripserit vel asserat esse scripturā auteticam archiuij publici vt quia ptinebat ad officium cōmentariēsis illud scribere vt innuit exemplum ꝙ subditur ibi.s.in corpore dum dicit veluti de suscepto mense gloriosissimorū prefectorū. Solent enim scribi per cōmentarienses seu cācellarios tēpora quibus extrahuntur officiales principales locorū.et ille proprie censeri debent scripture archiuij publici.z ex archiuijs extracte nō ille que per priuatos vel alios ad quos nō pertinet archiuiū publicū scribūtur. z ibi reperiūtur nisi forte in loco soleant reponi vt scripture autentice deputate vt stent in archiuio ita ꝙ cōmentariensis possit reddere testimoniū ꝙ sint scripture autentice al's pararetur via fraudibus quibus obuiandū est.l.in fundo.ff. de rei vendi.c. quāto.de diuor. cum concor. z idem possumus dicere de alijs scripturis ratificationum z aliorū contractuū que nō sunt publicate licet asserātur scripte a notarijs: nam ex eo quia sint reperte in archiuio publico nō videtur ꝙ sit eis adhibenda fides quatenus al's non adhiberetur. Nec etiā videtur ꝙ iuuet dictam cōmunitatē spoletanam traditio que dicitur facta per syndicū dictorū nobiliū z vniuersitatis dicti castri syndico cōmunis spoleti cuius traditionis scripturam non vidi:ideo nō possum discernere an sit autentica necne:puto ꝙ habeat illos defectus quos habent alie que ostēduntur.et insup non apparet de mādato syndici tradentis nec de mandato syndici recipientis cōsequenter nō apparet ꝙ cōmunitati fuerit aliqua possessio quesita per dicta.s.non etiā apparet de notariatibus illorū qui dicunt se rogatos de dictis actibus nec obstat ꝙ facta de quibus agitur sunt multū antiqua:qm̄ non agitur de probādo dominio antiquo:sed de probādo dominio p̄senti z insuper nō est expeditum ꝙ antiquitas suppleat dictos defectus ꝓbationū. licet em̄ Bal.post Inno.vbi.s.dixerit ꝙ antiquitas suppleat defectū ꝓbationis ꝙ auctor instrumenti fuerat tabellio tamē Inno.in.d.c.veniens.de verb.sig.lib.vj.videtur requirere ꝓbationē ꝙ habebatur cōmuni opinione pro publico notario ꝙ z videtur velle Specu.in titu.de proba.§.j.versi.verū.et facit qd no.idem Specu.in titu. de instrumentorū edi.§.restat versi.illud autē.z Bal.in.l. data opera. in penul.char.z idem voluit ipse Bal.in repe.l.barbarius. de offi. preto.xiij.colū.versi. qualiter autē probetur ꝙ quis sit tabellio ad hoc no.per Bar.in.l.herēnius.ff.de euic.et per abbatem.in.c.cum

7 causam.de proba.cum simi.† Itaq cum non constet de notariatibus scribentium non sint instrumenta nec de publicationibus nec appareat de traditione nisi per assertos syndicos de quorū syndicatibus non apparet nec apparet de aliquo iure ipsorū nobiliū donantium nō videtur qd antiquitas suppleat tot defectus ꝓbationis:z etiam nō bene docetur ꝙ castrū clarignani et eius territoriū haberet cōfines quos asserunt spoletani z successiue forte nō apparet qd loca de quibus principaliter agitur cōprehenderentur sub territorio castri p̄dicti clarignani:instrumēta etenim que vidi non conficiunt territoriū dicti castri instrumentū autem asserte traditionis facte inter syndicos non vidi:et insup dato ꝙ propter antiquitatem amitterentur ꝓbationes predicte patientes dictos defectus ad probandū illos actus z resultaret p̄sumptiue probatio dominij vel quasi qd tunc temporis fuerit ipsi cōmunitati spoletane quesitū:tamen ꝙ hodie sit apud dictam cōmunitatem non sufficeret:nam licet possessio de p̄senti faciat presumi dominium quādo incidenter deducitur.l.sicuti.§.si queratur.ff.si seruitus vendi.z dictum fuit.s. tamen nō operatur ad probandū pariter dominiū de presenti prout notabiliter voluit Bar.in.l.quidā in suo.de condi.insti.facit quia tunc resultarent due specialitates:quia due p̄sumptiones et due specialitates non cōcurrunt.l.j. cum ibi notatis.C.de dotis promis.vbi etiā probatur ꝙ p̄sumptio sapit specialitatē:nam inter illas duas specialitates vna est presumptiua probatio. Ex hoc medio videtur deduci ꝙ cōmune montisfalconis probata possessione seu quasi possessione supioritatis z iurisditionis et imperij de p̄senti deberet obtinere ex defectu.s.iuris agentis reus em̄ maxime possessor obtinere potest ex duplici capite vno ex iure suo si illud ꝓbat alio ex non iure agētis.l.fi. C.de rei vendi.c. cum ecclesia sutri.in fi.de causa pos.z proprie.in fi.cum cōcor. dato aūt quod sola posses. de presenti non sufficeret: tamen sine dubio sufficeret possessio tanti temporis ꝙ non extet memoria in contrariū per dicta.s.quinimmo videtur dicendū ꝙ dato quod dicte probationes probarent illos actus z appareret de dictis cōtractibus dictorum nobilium z traditione predicta z syndicatibus illorū syndicorum: tamē videretur ꝙ sufficeret dicte cōmunitati montisfalconis possessio longissima.xxx.vel.xl.annorū que regulariter sufficit.l.sicut.

8 et.l.oēs.z.l.si quis emptionis.C.de p̄scrip.xxx.vel.xl.annorū.† Et licet contra ciuitatem que quesiuit ex titulo emptionis vel donationis vel vltime volūtatis non iuuet p̄scriptio minor.c. annorū.l.fi.C.de sacrosan.eccle.tamē illud videtur verū quādo dictis titulis fuit quesita res de cuius p̄scriptione agitur hoc est dominiū ipsius rei secus videtur quādo fuisset quesitum solū quasi dominiū ipsius rei z sic solā publicianā: nam in simili hoc no.Bal.in.l.siue autē.§.si duobus.ff.de pub.dicens ꝙ licet cōtra ecclesiā non sufficiat p̄scriptio longi temporis neq longi temporis.xxx.annorū sed requiratur prescriptio quadragenaria auf. quas actiones.C. de sacrosan. eccle.z.c.de quarta.extra.de p̄scrip.tamē secus si ecclesia nititur ex quasi dominio z sic in publiciana. ſm eum qui allegat Dy.z Bar.in.l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de dam.infec.z ego pluries cōsulendo secutus fui probando vltra eum rationibus dictū Bal.nam ille qui p̄scripsit longi temporis prescriptione cum titulo et bona fide vel spacio.xxx.an.cum bona fide p̄scripsit aduersus habentem dominiū z quesiuit dn̄ū vtile tali p̄scriptione z vtilē rei vēdicationem vt glo.z doc.notant in auf.nisi tricēnalis.C.de bo.mater.z in l.si qs emptionis.C.de p̄scrip.xxx.vel.xl.an. sed quasi dominiū nō iuuat nec publiciana cōpetit aduersus habētem dn̄ū.l. paulus.ff. de publicia.ergo nec aduersus eum qui p̄scribendo quesiuit dn̄ium saltē vtile: ideo si ecclesia nititur publiciana repellitur exceptione vtilis dn̄ij si nititur rei vēdicatione repellitur exceptione intētionis et facti si non ꝓbat vendentē vel donantē fuisse dn̄m quia al's illud transferre nō potuit.l.traditio.de acquiren. rerum dominio. z.l.nemo plus iuris.de reg.iur. militant dicte rationes in ciuitate loquitur enim.d.l.fi. C.de sacrosan.eccle. etiam in ecclesia z equiparat ciuitatē z ecclesiam in hmōi prescriptione cētenaria. z licet per iura nouissima sit restricta dicta p̄scriptio ad minus tempus.s.xl. annorū.vt in auf. quas actiones ibi posita.z non trahatur ad ciuitatem doct. notant ibi et passim vbiq allegatur.d.auf.ꝙ in correctiuis nō militat argumentū ab idētitate rationis ex quo p̄supponunt ꝙ eadem ratio militabat in vtraq.s.in ciuitate et ecclesia: si ergo contra ecclesiam currit p̄scriptio longi temporis et p̄scriptio xxx.annorū in his terminis pari ratione aduersus ciuitatem hec volui dixisse si non ꝓbaretur prescriptio centū annorum seu cuius

9 initij memoria hominū nō existit.† Nec p̄dictis obstat ꝙ possessio semel quesita retinetur animo per.l.clam possidere.§. qui ad nūdinas.z.l.quemadmodū.de acqui.pos.cum simi.z sic allegetur per cōmunitatem spoleti ꝙ semp possedit animo attento ꝙ presumitur cōtinuatio possessionis:vt.s.in contrariū deductū est:quia respōdetur ꝙ possessio pditur obliuione z obliuio p̄sumitur per lapsum longi temporis.l.furtū.§.j.cum sua glo.ff.de vsuca.z in.§. ꝙ autē. insti.eo.ti.z.l.peregre.ff. de acqui.pos.z not.glo.in.l.j.C. de seruis fugi.de qua glo.facit magnū festum Dy.in regula possessor in.vj. vt refert Bar.in.d.l.j.z idem voluit Bal.in cōsi.mihi.cj.incip.ecce enim cōcludens qd quando dn̄s stetit per decenniū ꝙ non recepit censum censetur amisisse suam ciuilē possessionē. propterea prescriptio quadragenaria que militat contra ecclesiā tunc incipiat post lapsum illorum.x.annorū per quorum lapsum censetur obliuione amisisse illam ciuilē possessionem prout idem Bal.videtur velle ꝙ maxime videtur dicendum in casu nostro in quo possessio asseritur tradita syndico.z nō apparet notificata cōitati.z licet per syndicū queratur per.d.l.j.§.per ꝓcuratorē.z.d.l.possessio.§.et si possessio. de acqui.posses.z eius animo forte retineatur:tamen res ad alium pertinens de facili negligitur.et obliuioni traditur vt docet experientia rerū magistra.c.quā sit in principio.de elec.lib.vj.z.c. statutum.in prin.eo.titu.z lib.z dato ꝙ notificasset verisimiliter nō notificauit toti cōmunitati z vniuerso populo: sed municipibus qui regunt cōmunitatem prout solet cōmuniter fieri z quorum animo querunt z possessionē retinent per ea que habētur in.l.j.§.municipes.de acqui.pos.z in.l.municipibus.ff.de condi.z demon.et tales plerūq mutantur.ita ꝙ de facili transeunt in obliuionē hmōi que ad cōmunitatē pertinent. facit illud vulgatū ꝙ cōmuniter possidetur cōmuniter negligitur.l.ij.C.quando z qbus quarta pars debetur: z lōge magis negligūtur res cōmunitatis in quibus illi de vniuersitate nullum ius habent.l.in tantū.§. vniuersitatis.ff. de rerū diui.z.l.sed si hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocā. cum itaq p̄supponatur qd traditio fuerit facta dicto syndico iam sunt anni cxlv. longe ante centū annos ꝓximos fuerit verisimiliter causata obliuio. et successiue causata amissio possessionis que solo animo

10 presumebatur retineri.† Insup dicit Bar. in cōsi.xiiij. ſm ordinē non informis ꝙ incip.primo queritur vtrū iurisditio.co.fi. ꝙ licet per vtentē iurisditione nō prescribat: tamē qui illā habebat illam amittit per non vsum spacio.xxx. annorum per.l.sicut.z.l. omnes. et.l.cum

non apparet censetur lesus: ⁊ idem dr tenuisse dominum Alex. de Jmo. in. l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiuran. Et lz loquantur in delictis: eadẽ rõ cadit in alijs confessionibus ꝑiudicialibus ꝓut fuit ista de qua agitur. Ex quibus euidenter apparet ꝙ in casu isto lesio fuit nedum enormis: sed enormissima: ⁊ vbi est enormis lesio presumitur dol⁹. l. si superstite ⁊ ibi no. C. de dolo. Saltem in minore: ideo nõ inmerito Bal. in corpore vñ sumitur aut. sacra puberũ vz in. c. j. §. item sacra de prohibi. feudi alie. per Fede. x. colla. dicit quod quando minor leditur enormiter presumitur dolus aduersarij ꝙ ⁊ vult Bal. in. l. fi. C. si aduer. ven. ⁊ idẽ vult. d. Ant. in. d. c. cuz contingat in quarto suo casu principali. dicens ꝙ si nõ arguit aliqua deceptio que habeat annexũ dolum saltem presumptum nullum remedium competit vt ibi per eũ. 7 † Qñ itaq; esset lesio parum vltra dimidiam iusti precij procedere possit illa opinio que vult qd iuramentum tollat remedium. l. ij. de rescin. ven. ⁊ nõ censeat extortus dolo aduersarij ex proposito saltem in maiore leso qui non ita de facili decipitur: ⁊ dolus scienti ⁊ volenti non infertur. l. cũ donationis. C. de transac. Si vero lesio est multum excessiua vltra dimidiam iusti precij puta qr est lesio in triplo vel quadruplo ⁊ tunc procedat opi. tenentiũ ꝙ iuramentũ non artet ⁊ tenentium quod presumitur dolus ex proposito: saltem in muliere prout hec omnia concurrunt in muliere et minore prout hec omnia concurrunt in casu nostro in quo vltra quadruplum decipitur puella minor insuper innupta habitans vna cum fratre perfecte etatis cui verimiĩlr maxime pro etate habebat reuerẽtiã: ⁊ puelle innupte nubilis etatis cupientes nubere de facili deueniunt cum fratribus maioribus natu ad contractus ⁊ renũciationes quas petũt frẽs ad finẽ vt eoꝝ ꝯsensu honeste nubẽt attento ꝙ indecoꝝ censet puelle querere sibi virũ: ⁊ verecũdant illũ appetere: ⁊ plerũq; nõ de facili inuenirẽt qui indisplicentiã suorũ illas acciperent in vxores: ⁊ in simili casu fuit hac tempestate in hac nr̃a ciuitate cõsultum per integerrimos consulentes ⁊ clarissimos doc. d. Joannẽ petrutij ⁊ dñm Bñdi. capraz dños ⁊ ꝑceptores meos: ⁊ ego pluries ꝯsului ⁊ legẽdo tenui i dicta aut. sacra pub. Faciẽdo differentiã iter magnas seu enormes lesiones: ꝓut ⁊ huius drĩaz inter gradus lesionũ. Facit etiã Ang. in sua dispu. incip. quo ad inuicem litigantes faciẽs drĩam inter enormẽ enormiorẽ ⁊ enormissimã lesionẽ: ita ꝙ ꝓmittẽs nõ venire contra rõne enormis lesionis poterit venire contra rõne enormioris lesionis ⁊ fortius rõne enormissime ꝭm eum: ⁊ facit ꝙ habet ꝑ Bar. in. l. si societatẽ. §. arbitroꝝ. ff. pro socio ⁊ ꝑ cañ. in. d. c. cũ ꝯtingat. 8 † Nec ob. ꝙ dicũt Jo. an. ⁊ Dñicus in. c. ꝙuis de pac. in. vj. volẽtes ꝙ dictũ cap̃. ꝓcedat etiã vbi nihil est datũ filie ꝓ dote qr rñdetur qd nõnulli tenẽt ꝯrium: ꝓut sunt Richar. ⁊ Bart. de Salyc. in. l. pactum dotali. C. de colla. ⁊ vr̃ de mẽte Raph. ful. ibi. Et hec ps vr̃ rõne. s. adducta qr mulieres cupiunt nubere ⁊ nupte fortius mitti ad maritũ ⁊ turpe ⁊ verecundant illud postulare vel nubere vel nupte ire ad maritum sine deliberatione suoꝝ: qui plerũq; impedirent vel ꝓcrastinarent si mulieres non implerent eorũ votum ⁊ puelle ꝓpter reuerentiam ⁊ ꝓpter hanc cãm ⁊ nonnunꝙ qr parũ intelligunt trahuntur ad faciendum qcqd sui postulant: q̃ etiã ꝯtingere de facili potuerunt in casu nostro. Dato aũt ꝙ dictũ Jo. an. ⁊ Domi. militaret nihilominus nõ obstat: qr tũc in effectu est quedam donatio in qua non censet semꝑ lesus q donat: nã ingt dñs beatius est dare ꝙ accipere. c. cum marte de cele. mis. Et qñ quis donat nõ hz recõpẽsam scit qd facit non ita decipit ꝓut qñ dat ꝓpter recõpẽsam nõ ꝯdignaz: qr põt credere ꝙ nõ sit tãta disproportio ⁊ nõ ita de leui trahit qs ad gratis ꝯcedẽdũ vl' renũciãdũ ꝓpter recõpensaz in qua de facili põt ledi facit. l. si ego. ff. ad velle. 9 † Preterea ibi loqtur in patre in quo nõ cadit ꝑsumptio ꝙ velit decipere filiaz dolose. ar. l. si. in princ. de cura. furi. C. ⁊ maxime cũ non agat ꝑncipalr de interesse suo cũ agat de successione post mortez nos sum⁹ in pacto inito cum fratre quo casu non ꝓcedit. d. c. ꝙuis ꝭm Raph. ful. in. d. l. pactũ dotali. illud em̃ capitulũ est iuris correctoriũ: ideo nõ dz trahi ad casum in quo nõ loquit ꝭm eũ q dicit se ita ꝯsuluisse. ꝙ dictuz lz gñalr sumptũ nõ trãseat sine scrupulo tñ qñ est enormis lesio põt ꝓcedere: qr in fratre magis de facili presumi dz dolus ꝙ in pr̃e: tuz qr agit magis de interesse fratris ꝙ patris in tali pacto: tum qr nõ est ea affectio fratris erga sororem prout patris erga filiam. Et qcquid sit. d. c. ꝙuis. loqtur in pacto ⁊ iuramẽto non dolo ꝑstito. siue ergo nihil sit datũ siue datũ aliquid siue patri sit prestitũ iuramẽtũ si procederet ille tex. ꝓcedit qñ non interuenit dolus. Sed vbi interuenit enormis lesio: vt in terminis nostris ibi adest vere dolus re ipsa ⁊ presumptus dolus ex proposito vt supra deductũ est: merito ille tex. intellect⁹ etiã vt supra per Jo. an. ⁊ Dominicũ nihil obstet. Nec dicat aliquis ꝙ ille tex. ꝭm hoc seruiat nobis de vento: qr plurimum seruiret etiã si diceremus ꝙ ille tex. non procederet vbi esset parua vel nulla lesio: nam tex. d. l. pactũ dotali loquit generaliter: nec oporteret ꝓbare de aliqua lesione vel dolo vero vel presumpto ad impugnandum pactum non iuratum. Et tñ vbi est iuramentũ pactũ valet siue sit lesio siue non dũmodo non nimis excessiua ꝑ iã dicta: nec quicquã confert si iuramentum validat donationem inter virum ⁊ vxorem: quia talis donatio non vitiatur ratione lesionis neq; ratione doli re ipsa vel ex proposito. Sed ne nimio amore se spolient ⁊c. vt. l. j. ff. de dona. inter virum ⁊ vxorem. 10 † Nec obstat ꝙ remedium. l. ij. C. de rescin. ven. secundum multos nõ habet locum in transactione: quia licet verum sit habito respectu ad id ꝙ remittitur per transactionem: licet. n. pro. xl. remittatur res que valeret. c. vel. cl. quia põt esse tantus dubius euentus litis quod ius remissum non inuenisset emptorẽ pro. xl. Sed si habita consideratione dubij euentus litis ⁊ expensarum ⁊ laboris litis extimaretur centum quod remissum est pro. xl. secus qr transactio venit rescindenda: prout concludit Bar. in. d. l. ij. ⁊ in. l. si quis cum aliter de verbo. obli. ⁊ in. l. lucius. §. fi. ff. ad treb. ⁊ in. d. §. arbitrorum: ⁊ idem voluit Jac. de are. ⁊ Ray. ⁊ Ange. in. d. l. lucius. prout ibi refert Jmo. pro quo facit glo. in. l. per diuersas. C. manda. ꝭm eundem Jmo. qui videtur potius inherere huic opi. ꝙ cõtrarie opi. ⁊ eam etiam sequit Jmo. in. c. cum cãm de emp. ⁊ ven. que opi. est equa secundum eum ꝭm quem idem tenet Cardi. florẽ. quã ⁊ firmat ibidem Panor. ⁊ lz glos. in. d. c. cum causam. ⁊ Can. ⁊ Joan. an. ibi teneant contra bar. in hoc. s. ꝙ trãsactio non rescindatur propter lesionem vltra dimidiam iusti precij. ⁊ Spec. ⁊ Bald. ⁊ multi idem sequuntur. Tamen possunt intelligi quod non rescindatur ꝓpter lesionem predictam habito respectu ad veram extimationem in quo concordat etiam Bart. ⁊ opi. ita concordat Jmo. in. d. l. lucius. §. fi. vel ꝙ nõ habeat locũ remediũ. d. l. ij. de rescin. ven. ⁊. d. c. cum causam que iura locuz habent in contractibus bone fidei trãsactio autem regulariter est stricti iuris. §. actionum insti. de act. Sed locum habeat remedium d. l. si quis cum aliter. ꝙ ad idem tendit ⁊ militat in cõtractu stricti iuris: prout etiã dicit Jmo. in locis supra adductis maxime in. d. c. cum causam. 11 † Et dato ꝙ non haberẽt locum dicta remedia. Tamen debent intelligi qñ fieret timore litis: non quando nulla esset lis nec appareret litis dubitatio. Sed soluz immisceretur verbum trãsactionis prout contingit in casu nostro. nam transactio est nomen generale quotiens ab actione receditur ex ethymologia vocabuli de qua per glo. ⁊ doc. in. l. ij. C. de transac. Et hinc dicunt doct. transactio est contractus innominatus: qr habet nomen generale prout dicimus in permutatione ⁊ facit. l. ij. ff. de iureiuran. alias de facili fieret fraus adijciendo verbum transactionis nõ. n. intelligũt puelle verbum transactio quid significet insuper nemo negat quin vbi interuenit dolus ex proposito trãsactio rescindatur: sed supra probatum est quod dolus ex ꝓposito presumitur: ideo rescindi debet etiam transactio. nos autem nõ agimus de rescisione ratiõe doli vel lesionis: sed ratiõe defectus solẽnitatis iuris communis ⁊ maxime iuris municipalis: qui defectus reddunt contractum nullum cessante virtute iuramenti que cessat saltem quo ad validitatem cõtractus quando dolus interuenit per. d. c. ꝙuis. ⁊. d. c. cum ꝯtingat de iureiuran. 12 † Nec ob. ꝙ non fuit impetrata absolutio a iuramento ideo iuramentũ videtur ꝙ deberet obstare: nam aduertendũ est qd licet alias soleat dubitari: an iuramentum dolo extortum liget adeo ꝙ sit opus absolutione. d. c. verum. ⁊. d. c. si vero. ⁊. c. abbas qd metus causa. ⁊ per Jmo. ⁊ Panor. in. d. c. cuz contingat. ⁊ domin⁹ Benedictus capra preceptor meus dicit se pluries consuluisse ꝭm supra recitatum dictum Vincen. ⁊ domini Nico. Panor. Ex quibus videtur posse concludi non absurde ꝙ dicta gabriella non teneretur petere absolutionem. Dato autem ꝙ teneretur petere absolutionem ⁊ incideret in periurium veniendo contra: tamen non propterea debebant rei absolui a petitis dato ꝙ ipsa non esset audienda ꝓpter peccatũ periurij: nõ ꝓpterea rei fouebant iustitiã qd deberent absolui diffinitiue rei qui fouebant malam causam: quia iuramentum est nullius momenti saltem quo ad partem dolosam ita procedat tex. d. aut. sacramenta puberum. non em̃ debebat domine gabrielle tolli facultas petendi absolutionẽ a iuramẽto: ⁊ fieri ꝙ aduersarij eorum dolo vel parentis lucrentur. l. ne ex dolo. ff. de dolo. ideo absolutio fuit iniqua: ⁊ per consequens nulla per dicta supra in primo articulo. Accedat predictis quod in instrumento cuius copia mihi ostenditur dicitur ⁊ qr minor. xxv. annis iurauit ⁊c. Que verba precedentia innuunt quod iurauerit non venire contra ratione minoris etatis: ideo veniendo contra ratione enormis lesionis vigore remedij. dicta. l. ij. ⁊ ad dictã. l. si quis cum aliter. aut vigore doli presumpti non venit contra iuramentum: quia intentando dicta remedia non venit contra ratione minoris etatis ex quo illa remedia etiam maioribus et hoc clarum: prout dicunt Bartolus ⁊ docto. in dicta. l. ij. ideo cuz non appareret quod aliud iurauerit non debebat ratione non petite absolutionis absoluere reos vel repellere actricem. Et hoc medium reddit rem satis meo iudicio claram. Sed me extendidi circa precedentem articulum: quia forte posset doceri quod sub illis verbis ⁊c. solitum erat plura compleri: quia fui prolixus in precedenti articulo non me extendo vlterius. Laus deo.

Summarium super consilio. clxij.

☞ Statutum excludẽs matrem vltra quartam excludat a dicta quarta auũculum venientem mediante eius persona.

1 Proximiores succedunt post fratres ⁊ fratrũ filios sublata differentia sexus ⁊ agnationis sola cognatione inspecta.

2 Auunculus dr̃ esse proximior filijs patrui qꝛ hi sunt in quarto gradu auunculus vero in tertio.
3 Sequentia declarant precedentia.
4 Statutum loqu͂es expresse in vno capitulo nõ trahit̃ ad aliud vbi est iuris cõmunis correctorium.
5 Statutum excludens vnam ꝑsonam excludit etiam omnem aliam venientem ea mediante.
6 Statutum habilitare nõ põt ꝑsonam non subditam.
7 Ratio subtilis est in pratica periculosa licet in puncto iuris nõ sit spernenda.
Testator forensis in dubio censetur se regulari velle secundum statuta sui domicilij.

¶ Consilium.clxij.

IN nomine dñi nostri Iesu christi. ¶ †Constat ꝙ de iure cõi auunculus ꝓfert̃ fratribꝰ patruelibus prout sunt filij patruoꝝ: nã post fratres ꝛ filios fratrũ succedunt ꝓximiores in gradu sublata differentia sexus ꝛ agnationis sola cognatione inspecta in aut. de heredi. ab intest. §. si vero neq̃ fratres vñ sumitur aut. post fratres fratrũq̃ filios. †Constat aũt ꝙ auũculus est ꝓximior: qꝛ in tertio gradu insti. de gradibus. §. tertio gradu. ꝛ ff. eo. ti. l. iurisconsultus. §. tertius gradus ver. auunculꝰ. ꝛ filij patrui sunt in quarto gradu. d. l. iurisconsultus. §. quarto gradu ver. eodẽ gradu sunt ꝛ insti. eo. ti. §. quarto gradu. de iure itaq̃ cõi in vniuersis bonis succederet auunculus absq̃ vlla hesitatione. † Uidendũ est itaq̃ an iura municipalia excludãt dictũ auũculum. ꝛ profecto tria iura municipalia adducunt̃ vnũ edictũ ab illustri dño ꝑfecto duo statuta ciuitatis fanensis primũ sub rubrica ꝙ extantibus masculis femine nõ succedant ꝙ quidem nullatenus tangit casum nr̃m: qꝛ loquitur in successione ascendentis scꝫ patris aui vel proaui: non aũt loquitur de transuersalium successione: ꝛ indefinita loquutio rubrice limitatur ꝛ declaratur ꝑ nigrũ specifice loquens: ꝛ verificantur verba illa indefinita in ꝑsonis specificatis in nigro: qꝛ sequentia declarant ꝓcedentia. l. si seruus pluriũ. §. fi. de leg. j. ꝛ l. qui filiabus. eo. ti. ꝛ l. heredes palã. §. sed si notam. ff. de testa. ꝛ indefinita non eq̃pollet vniuersali ex ꝓpria vi vboꝝ. sed ex humanitate dicit tex. in. l. si seruitꝰ de serui. vrb. ꝓdi. ꝛ ibi no. Bal. ꝛ doc. ꝙ ꝛ per illum tex. dicunt Pet. de bellapertica. Bar. ꝛ Imo. in. l. si pluribus de leg. ij. Et merito qꝛ pluralis loquutio est contẽta duobus. l. inter illam in fi. ff. de verb. signi. ꝛ in. c. pluralis loquutio de reg. iur. in. vj. † Item demonstrat̃ per aliud statutũ sub rubrica de succes. ab intest. vbi spãliter disponitur de exclusione descendentium feminaꝝ extantibus descẽdentibus masculis: ꝛ de successione transuersaliũ disponit de exclusiõe matris ꝓpter patruos ꝛ fratres patrueles ꝛ de exclusione sororis ꝓpter patruos: ꝛ nõ excludit matrẽ ꝛ sororẽ a toto: sed a tribꝰ partibus de quatuor ꝛ ab alijs vlterioribꝰ in gradu nõ excludit eas in aliquo. Ex quo patet ꝙ non excludant̃ gñaliter femine: nec alique gñaliter ꝓpter masculos: sed alique ꝓpter aliquos: prout ex nigro dictoꝝ statutoꝝ exprimitur: ꝛ iste iuris cõis correctiones non sunt extendende: sed restringende. l. ꝓcipimus. C. de appel. ꝛ. l. ius singulare. ꝛ. l. ꝙ vero cõtra de. ll. ꝛ. c. cũ dilectꝰ de consue. cum si. silr̃ decretũ ꝑfecti nõ militat hoc casu. solũ. n. excludit filias dotatas ꝛ descẽdẽtes ex eis hic nõ agitur de successione filiarũ vel earum descẽdentiũ nec de successione feminaꝝ dotataꝝ. Sed de actiua successione auũculi q̃ nõ est de descẽdẽtibꝰ filiaꝝ dotataꝝ. Itẽ nõ agit̃ de passiua successione pr̃is vel matris neq̃ collateraliũ filiaꝝ q̃ sint dotate: ꝛ insuper vt filie dotate excludant̃ simplr̃ opꝫ ꝙ sint dotate vsq̃ in q̃titatẽ legitime alr̃s excludunt̃ solũ ab hr̃ditate dotantis: ꝛ solum excludũt̃ a filijs ꝛ nepotibꝰ: ꝛ sic sumꝰ extra terminos dicti decreti. 5 †Ex quibꝰ patet ꝙ dicto auũculo nõ obstat primũ statutũ fanense: nec decretũ ꝑfecti: qꝛ nõ loquũt̃ in casu isto: restat videre vtrũ obstet scdm̃ statutũ fanense. ꝙ q̃dem statutũ nullã mẽtionem facit de auũculo. sed auũculus excludi vr̃ ea rõne qꝛ excludit̃ mater a fratribus patruelibus a quarta parte supra ꝛ exclusa mr̃e excludunt̃ oẽs coniuncti ꝑsone defuncte mediante mr̃e: ꝓut no. Bart. in. l. ij. §. videndũ. ff. ad tertu. q̃ magis gñaliter loquit̃ quasi ꝯiuncti ex infecta radice ꝓut volunt Bal. Salyc. ꝛ Pau. de cast. in. l. maximũ vitiuꝫ. C. de liber. prete. ꝛ Pau. de cast. in. l. illã. C. de colla. Et est cõis sententia: ideo qꝛ mater nõ excluditur a quarta parte bonoꝝ ꝯstat qδ nec excluditur auunculus de quo statutuꝫ non loquit̃. itẽ ꝯstat qδ dictum statutũ fanense nõ militat in bonis sitis extra territoriũ fanense. Nã hmõi statuta excludẽtia feminas nõ trahũt̃ ad bona sita extra territoriũ statuẽtiũ in bonis itaq̃ sitis extra territoriũ fanẽse seruat̃ ius cõe: ꝓut cõcludit Bar. in. l. cũctos populos. C. de sum. trini. in. vj. q. ꝓnci. ea rõne qꝛ statutũ excludẽs feminas est prohibitoriũ ꝛ odiosum. arg. l. maximũ vitiũ. C. de libe. prete. ꝛ ibi Bal. col. xvij. versi. subseq̃ẽter seq̃tur dictũ Bar. ꝙ ꝛ voluit Iac. de ra. Gui. de cu. ꝛ Cy. in simili. q. in. d. l. cũctos ppl'os. tenẽtes ꝙ ꝯsuetudo nõ trahit̃ ad bona sita extra territoriũ quos in effectu sequit̃ Bar. ibi in. vij. q. ꝛ idẽ firmat Pe. de anch. in repe. c. canonũ statuta de ꝯsti. xcij. col. ꝛ in. lxxxvij. col. volẽtes ꝙ ꝯsuetudo anglicana nõ militet in bonis mariti sitis extra angliam: nec est diuersa rõ in terminis huius statuti q̃ sit in terminis dicte consuetudinis vt de se innotescit. 6 †Facit ad ꝓdicta qδ no. Bal. in. l. q̃cũq̃. C. de ser. fugi. volens ꝙ statutũ excludens auũ maternum ꝓpter patruũ est odiosum odio irrationabili: ideo adeo stricte interꝓtandũ ꝙ non excludetur auia materna adeo ꝙ si cõcurrunt patruꝰ auus maternus ꝛ auia materna patruus in nihilo succedat. silr̃ ergo censeatur odiosuꝫ ꝛ restringendum istud statutum excludens matrem que est in priori gradu q̃ auus maternꝰ ꝓpter fratres patrueles qui sunt in vlteriori gradu q̃ patruus lꝫ non excludat matrem in totũ. Et saltem hoc ꝓcedat attento ꝙ dicti auunculi sunt forenses nõ subiecti statutis ciuitatis fani. Et vba dicti statuti dirigunt̃ in personam scꝫ ꝙ mater succedat in quarta parte ꝛ a ꝯrio ꝙ non succedat in residuo ꝛ sic legitimat vl' illegitimat personas ad successionẽ: ꝛ iura municipalia non pñt legitimare vel illegitimare personas forensium: prout no. Bal. in. l. j. C. de sum. trini. col. xj. ꝛ. xij. vsic. circa ꝙ querit̃ primo et ver. seq. Et silr̃ Bar. in eadem. l. j. co. vij. ver. sed circa hoc dubitatur ad propositum dicit ꝙ statutũ non põt habilitare ꝑsonam nõ subditã. Nec aliquid circa eã disponere: ergo nõ possit disponere ꝙ nõ succedat ꝑsona non subdita: ꝛ maxime qꝛ successio vniuersalis maxime directa fit in hereditate que hereditas est quid vniuersum incorporale insti. de rebus corpo. ꝛ incorpo. §. j. ꝛ non claudit̃ loco itaq̃ non est in territorio nec extra territorium: ꝛ põt esse hereditas sine corpore. l. hr̃ditas. ff. de peti. here. bona sita in territorio ꝛ extra veniũt in consequentiam quandã ꝙ demonstratur: qꝛ quando petitur hereditas petitur principaliter declarari istud ius vniuersale pertinere ad libellantem. bona autẽ restituenda veniunt accessorie officio iudicis: ꝓut hec habẽtur in. l. j. in principio de edẽ. ff. ꝛ in. l. diuus. ꝛ in. l. regulariter. l. lꝫ minimam de peti. heredita. prout hãc rõnem ponderat Bal. in repe. l. j. C. de sacrosan. eccle. in subdito excluso per statutum a successione ꝙ per hoc censeat̃ exclusus etiaꝫ a bonis hereditarijs. 7 †Et vr̃ rõ subtilis ꝛ nõ spernenda in pũcto iuris: lꝫ in pratica esset periculosa: qꝛ cõis opi. est in ꝯriuꝫ vt patet ex supra relatis: ꝛ ipsiusmet Bal. in. d. l. cunctos populos: ꝛ illa cõmunis opi. tendit ad restringendam odiositatem ꝛ exorbitantiam itatuti vel consuetudinis. Sed in terminis nostris venit restringenda exorbitantia ꝛ odiositas statutorum. Et ideo non mirũ si esset amplectenda dicta rõ vt non excludatur in aliquo persona nõ subdita lꝫ non esset amplectenda vt persona subdita excludat̃ in omnibus bonis qꝛ est diuersa rõ per predicta. Ratio autem Salyc. qui vult qδ excludatur in omnibus non placet. dicit enim ꝙ succedens censetur succedere ex voluntate defuncti. l. si quis cum nullum. ꝛ. l. conficiuntur in fi. princip. ff. de iure codi. Et quis videtur se conformare cum dispositione statutorum sui domicilij per no. per bartolum in. l. iurisiurandi. §. si liberi. de ope. li. Nã Bald. in simili videt̃ dictã rationem tacite volũtatis. ꝛ illi respondet ꝙ est quedam fictio que non causat successionẽ testati ꝑm eum quasi dicat ꝙ ex ea non causatur successio. ꝛ insuꝑ est fictio ꝙ succedens ab intestato habeat voluntatẽ defuncti. Est ꝛ alia fictio seu presumptio ꝙ censeatur quis se conformare cum dispositiõe iuris municipij sui. ꝛ due specialitates nõ cõcurrunt. l. j. C. de iure dotiũ. Ita ꝙ probabiliter posset attentari ꝙ dicti auunculi non excludant̃ in aliqua parte etiã in bonis sitis in territorio fanensi. Sed lꝫ in eam partem satis inclinem: tamen non audeo firmare. Firmo aũt prout consultanti dixi me firmaturũ ꝙ dicti auũculi succedant in bonis sitis extra territoriũ in solidum. ꝛ in bonis sitis intra territoriũ fanense saltem in quarta parte circa substitutionẽ aũt deductaꝫ in themate. Nihil dico quia ꝯstat ꝙ expirauit ꝛ in ꝯsultatione non fit de ea vis. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.clxiij.

☞ Testamento patris in quo filius est institutus ꝛ grauatus de restituendo hospitali an bona eiusdẽ filij aduentitia deueniant ad dictum hospitale virtute substitutionis cuꝫ ad illud nondũ iuerãt bona paterna eo tꝑe dato ꝙ erant itura post mortem filij vbi etiaꝫ dictus filius institutus deueniendo ad mortem in pñtia duorum testium dixit voglio che la robba mia vada doue e andata la robba de mio patre. per totum.
1 Sentẽtia nõ exprimere cãm iudicij cauti iudicis est.
2 Legitimam an sufficiat relinquere ascendenti quoquo relicti titulo ne testm̃ descendentis rumpatur.

¶ Consilium.clxiij.

IN nomine dñi nostri Iesu christi. ¶ †In cõsilijs decisiuis solitus suꝫ breuiter ꝛ ꝯclusiue ꝓcedere. Et q̃ñq̃ sine iurium ꝛ rõnum allegationibꝰ fretus auctoritate Spe. in ti. de ꝯsilij regsi. vsi. porro. Nam ꝯsiliũ decisiuum tẽdit ad instruẽdum iudicare debẽtẽ qualiter habeat ferre sñiam. Et cautũ est nõ exprimi cãm in sñia vt ꝑ Spe. in ti. de alleg. ꝛ dispu. §. porro ver. qualiter. ꝛ in ti. de senten. §. in summa ver. verum ꝛ per Ioan. and. in. c. sicut de appel. ꝛ ꝑ Panor. ibi: ꝛ in ꝯsil. ij. incip. dũ esset materia questonis vbi talem consultorem assimilat iudici sententianti: visis itaq̃ nonnullis scripturis ad me sub sigillo transmissis: videlicet petitionem

quorundam asserentium se santeses hospitalis ⁊c. nomine ipsi⁹ hospitalis agentium. ⁊ responsiones conuentorum tempore productionis petitionis ⁊ certas exceptiones postea pro eorum parte ꝓductas. ⁊ articulos pro parte agentium semel productos ⁊ interrogatoria pro parte conuenta. ⁊ attestationes duorum testium deponentium super vltima voluntate Christophori de cuius bonis agitur. Et quorundam aliorum testium super bonis germini patris dicti Christofori que asseruntur peruenisse ad dictum Christophorum. ⁊ viso testamẽto Guerrini. ⁊ tribus consilijs redditis in materia duobus cõtra agentes vno pro eis. † Profecto nescio quo me vertam: q̄r in quibusdam aliud suadẽt acta aliud veritas deficit em̄ pro parte conuentorum probatio eius ꝙ erat principale fundamẽtum eorum scilicet quod benedicta preterita erat auia dicti christophori ꝙ ⁊ presupponitur in consilio reddito pro parte conuentorum. Non tamen probatur ex actis factis corã arbitris. Ex aduerso presupponitur in petitione quod illa vltima voluntas fuerit testamentum dum dicitur vigore testamenti conditi per. s̃. dictũ germinum ⁊ christophorum eius filium. Cum forte substẽtari potuisset ꝙ esset alia vltima voluntas si testamentum redderetur nullum preteritione auie. Constat enim quod nullum redditur testamẽtũ quando nihil relinquitur ascendenti. §. ⁊ hec quidem in aut. vt cuz de app. cog. Licet quando relinquitur aliquid non iure institutionis sit non mediocre dubium an testamẽtum vitietur. Nam Bart. in aut. nouissima. C. de inoffi. test. ⁊ in rubrica. ff. si quis a parẽ. fue. ma. ⁊ in. l. siue patronus. ff. de iurepatro. tenet ꝙ non; quem Pau. de cast. videtur sequi in. l. j. in fi. C. de bono. posses. que patro. defer. Plures autem tenẽt contra rationibus tñ quibus põt ꝓbabiliter responderi vt plene dico in aut. ex causa. C. de libe. preteri. in verbo irritum colũ. xlviij. ⁊ xlix. Animaduerto ꝙ verba repugnant parti hospitalis: q̄r non dixit Christophorus ꝙ relinquebat bona cui relinquebat eius pater nec ꝙ bona sua irent vbi itura erant bona patris: sed loquutus fuit per verba preteriti temporis dicẽdo voglio che la robba mia vada doue e andata la robba de mio padre; sed ad dictum hospitale nihil iuerat de bonis testatoris: ideo secundum verba nihil est relictum hospitali per dictum christophorum. Itez animaduerto quod de bonis testatoris aliquid erat relictum particularibus personis: ideo concluderem ꝙ proportionabiliter censeretur illis personis relictum. Item põdero ꝙ dicti duo testes nõ sunt omnino contestes in eorum attestationibus: nam vnus deponit quod reliquit vnam camorram ecclesie sancti Francisci. ⁊ de reliquis disposuit dicendo doue e andata la robba de mio patre la voglio vadda la robba mia. Alia testis simpl̄r deponit ꝙ dixit doue e andata la robba mia nihil excipiendo licet postea repetita super ĩterrogatorijs aliquid deponat super relicto dicte camorre: sed nõ quod simpliciter reliquerit ecclesie sancti Frãcisci pro vno parato altaris: prout deponit primus testis. Ex aduerso imminet coniectura voluntatis defuncti pro hospitali in totuz vel in partẽ: ideo in tanta perplexitate consulerez ꝙ res ꝯponeretur. Et bona pars daretur hospitali. Et residuum dimitteretur apud conuentos tandem si non posset componi. Et arbitri vellent sequi rigorem iuris consulo reos conuentos absoluendos esse a petitione agentium reseruato iure hospitali agendi per aliam viam sibi competentẽ. Et propter iustam causam litigandi partem succumbentem ab expensis absoluendam fore. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. clxiiij.

☞ Usure dotis promisse ab extraneo dotante an peti possint et an cursu temporis. x. annorum non petite videantur remisse a marito. per totum.

1 Usura est quicq̄d sorti accedit ⁊ est nouo et veteri iure ꝓhibita nec statuto vel a papa permitti põt ⁊ vsuras statuentes incidunt in penam excommunicationis.

2 Usuras affirmans esse permissas hereticus est.

3 Usura que succedit loco interesse causa fructuuz ꝑceptorum iuris est etiam in dote ꝓmissa ⁊ non soluta summa. nu. 5.

4 Dotis vsuras a marito dum viueret non petite post decennium ab herede illius non repetuntur vti remisse dicantur tacito iudicio mariti.

5 Usure dotis sunt ꝓmisse de consuetudine etiã contra extraneũ dotantem vsq̄ ad probabile interesse ⁊ quid si vxor dotez promittat. nume. seq.

Interesse an oriatur ex obligationibus dandi.

6 L. si vsuras. ff. de dona. inter virũ ⁊ vxo. an restringatur ad vxorem dotem promittentem.

Donatio non presumitur quotiens aliqua coniecturata causa potest cadere.

¶ Consilium. clxiiij.

1 In nomine dñi nostri Iesu christi. ¶ † In hac ꝯsultatione vr̃ prima facie dicẽdũ ꝙ dicta alimẽta dotis nõ debeant̃: nã videnť vsur̃ q̄cq̄d em̄ accedit sorti vsura est cañ. plerisq̄. ⁊ cañ. seq. xiiij. q. iij. ⁊ per glo. in. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pe. Et vsura est ꝓhibita nouo ⁊ veteri testõ. c. sup eo extra de vsuris ⁊ quasi ꝑ totũ. Nec põt statuto ꝑmitti Bal. in aut. ad hec. C. de vsur. ij. col. ⁊ in. l. cũctos populos. C. de sum. tri. col. iiij. ⁊ in rubrica. C. de vsur. ⁊ fruct. lega. ⁊ in. l. cum allegas. C. de vsur. Paul. de ca. ꝯsi. ccxiiij. ẜm ordinẽ noue impressionis incip. alouisius circa medium. Et claruz q̄r nec papa potest illas permittere. d. c. sup eo. imo statuẽtes incidũt in penam excõicationis cle. j. eo. ti. † Et qui ꝑtinaciter diceret vsurã nõ esse ꝓhibitã vt hereticus est puniẽdus. d. cle. j. in fi. de vsuris: † nec vr̃ obstare. d. c. salubriter de vsuris. q̄r ꝑmittit̃ vsura seu aliq̄d ꝑcipere vltra sortẽ illo casu sp̃ali: q̄r fructus subijciunt̃ diuino iudicio: al's ergo aliquid ꝑcipere nõ censet̃ esse permissum etiam in dote danda: prout volunt Hos. ⁊ Ioan. and. in. d. c. salubriter. ⁊ Imo. in. l. insulã §. vsuras. ff. solu. ma. j. col. dicit ꝙ doc. in. d. c. salubriter idẽ videtur velle. ⁊ reperio allegatũ florentinũ in. d. c. salubriter sequi opi. Ioã. and. ⁊ maxime vr̃ dicendum hoc in extraneo dotante qui nõ tenet̃ regulariter alimẽtare mulierẽ ꝓ qua dotẽ ꝓmittit. tex. em̄. d. c. salubriter loquit̃ in socero. ⁊ sic in patre mulieris q̄ pr̃ tenebat̃ filiã alimentare. l. si quis a liberis in ṗn. de lib. agno. Ideo ex quo propter dotẽ releuat̃ ab onere alimentãdi non mir̃ si tenet̃ q̄ rõ non cadit in fratribus vel in alio extraneo prout ꝯtingit in casu nostro merito ⁊c. Ideo de iure vr̃ ꝙ nõ debeant̃: nec ꝯsuetudo iuuat pari rõne prout nec statutũ ꝑut. s̃. deductum est. ⁊ Imol. late ꝓsequit̃ ⁊ videt̃ concludere ꝙ peti non possint saltem vt vsure seu alimenta dotis.

4 Et insuper dato ꝙ essent ꝑmisse vsure in dote dãda. Tñ ille vñr ex quadã tacita donatione remisse: ex quo nõ sunt petite in vita eius cui debent̃ per tex. ⁊ ibi Bar. in. l. vir vsuras. ff. de dona. inter vi. vbi vr̃ casus ⁊ Bar. ita summat ⁊ glo. intelligit illũ tex. vltio loco. ⁊ adducit in simili in. l. cum opz. §. sinaũt res. C. de bo. q̄ lib. ⁊ idẽ Saly. in sũmario refert Ang. de are. in. §. fuerat insti. de act. co. v. intelligit ipse ꝙ fuerat donatio expressa dicit glo. ibi ita dicere ⁊ Saly. eã recitat ⁊ transit ẜm eũ: ⁊ est text. vnic⁹. dicit Põta. in. d. l. insulã. §. vsuras col. vj. in fi. dicẽs esse notãdũ: q̄r non reperies ab alio tactũ. Itez sunt elapsi anni vt arbitror vltra decẽ ⁊ dicte vsure nũq̄ sunt petite: ideo ex hoc capite videnť remisse ꝑ. l. cũ quidã. §. diuus. ff. de vsur. ꝑut ꝑ illũ tex. ꝯsuluit bal. ꝙ vir nõ petẽs vsuras dotis ꝑ decennium censet̃ illas remisisse prout illud ꝯsiliũ refert Ponta. in. d. §. vsuras. co. vj. Nõ autem ꝓcedit ꝑ viã prescriptionis: sz debitor allegare dz vsuras remissas ⁊ ad id ꝓbandũ inducere dz vsuras nõ habitas neq̄ petitas ꝑ decẽnium ꝑut sumit̃ ex dictis Bart. in. l. cũ de

5 in rẽ verso de vsuris. ¶ † His tñ ob. ꝯrium puto de iure verius. nam doc. cõiter volũt ꝙ licite sunt vsure q̄ petunt̃ a viro substinẽte onera matrimonij aduersus nõ soluentẽ dotẽ per. d. c. salubriter de vsuris prout tenent Pau. de leaz. Ioan. cald. d. Anto. ⁊ Panor. in. d. c. salubriter Bar. ⁊ Pon. in. d. l. insulaz. §. vsuras Bal. in. l. fi. §. preterea. C. de iu. dot. ⁊ in aut. ei qui. C. de bonis aucto. iu. possi. Pau. de ca. in ꝯsilio incipiẽte quidã gentilis numero. cxxvj. ẜm nouã impressionẽ. ⁊ obseruat ꝯsuetudo ⁊ hic perusie ⁊ senis ⁊ cõiter vbiq̄. cõsuetudo autẽ est optima iuris interpres. l. cũ de interp̃tatione de legi. ⁊ c. cũ dilect⁹ de ꝯsue. ⁊ lz. d. c. salubriter loquatur in socero. ⁊ sic patre vxoris qui pater tenebat̃ dotare filiam. l. fi. C. de dotis promi. ⁊ l. qui liberos. ff. de ritu nup. ⁊ l. obligamur. §. lege de acti. ⁊ oblig. ⁊ releuatur ab onere alimentandi filiaz ad quod tenebat̃ per. d. l. si quis a liberis ꝙ nõ videtur cadere in fratrib⁹: tñ non videtur adhibenda dicta differentia nec reperio doc. facere hanc differentiã sed loqui simpliciter. si enim aliud esset in socero vel alio dotante credendum est ꝙ docto. dixissent in dictis iuribus quinimmo Bald. in. d. §. preterea. dicit ꝙ vsure illius. §. quatenus sunt correcte quo ad quantitatem probabilem interesse: q̄r quo ad probabilem quãtitatem non sunt illicite per. d. c. salubriter. ⁊ que habent̃ in actu. ad hec. C. de vsuris. ⁊ attenditur mos regionis vt ibi latius per eum qui ex his videt̃ satis aperte sentire ꝙ nõ solũ patre dotante filiam ⁊ muliere seipsam dotante sed etiam matre ⁊ a quolibet extraneo: vnde cum Bal. dicat ꝙ ille vsure vsq̄ ad congruam q̄titatem sint licite. ⁊ ille vsure sunt que in dote ꝓmissa ab extraneo patet: quia Bal. vult q̃ licite exiguntur vsure ab extraneo promittente dotẽ: ⁊ ideo cum de iure canonico seu diuino non sunt prohibite. ⁊ de iure ciuili debentur per. d. §. preterea. videt̃ cõcludẽdũ ꝙ possint exigi. Et sic cũ etiã aduersus extractũ dotantem pñt de iure ciuili peti vsure dotis per. d. §. preterea. ideo licite petantur per predicta ⁊ maxime in casu isto in quo fratres propter dotem lucrant̃ portiõe bonoꝝ cõmuniũ q̄ tangebat sorori si dotata nõ fuisset. ⁊ sic fratres ꝓpter dotem cõsequuntur partem bonoꝝ patris ⁊ matris que spectabat al's ad ipsam sororem dotatam. ⁊ fructus dictorum bonorũ pro illa portiõe; vnde videtur militare eadem ratio que militat in patre. ⁊ que militat in terminis. l. curabit. C. de act. emp. ⁊ l. ij. C. de vsu. ⁊ in. l. socium qui in eo. ff. pro socio. in quibus glo. ⁊ doc. volunt ꝙ vsure licite exigunt̃ sed stat dubitatio ex his q̄ dicit Imol. in. d. §. vsuras. nam prout ipse dicit ista alimenta non pñt peti vt vsure: quia ille sunt prohibite non possunt peti vt interesse quia in obligationibus dandi ꝑut est ista obligatio non succedit obligatio ad interesse. l. si seruum. §. fi. de verbo. obliga. ⁊ subdit quod possunt peti actione nego. gest. ex eo q̄r non soluens dotẽ tenetur alere vxorẽ per tex.

per tex.cū glo.in.§.fi.in aut.de nō eligē.scdo nubē.⁊ dicit idē tenere Cy.post Ubertū de bobio in.l.qd in vxorē.C.de neg.ge.⁊ Bal.in.l.si cū dotē.§.eo aūt tpe.solu.ma.Ideo marit⁹ prestās vxori alimēta gerit negotiū ptinēs re ipsa non ad prestantē dotē in.l.si pupilli.§.qd ergo.⁊.l.nēsenius.ff.de neg.gest.ſm eū.ſʒ ista via nō tangitur ab aliis nec esset eadē cū ista qñ peterent alimēta dotis hoc est vsure pecunie dotalis puta octo vel decē ꝑ cētenario. Nec esset tuta ex quo a doctorib⁹ nō tacta:nec reperio ꝙ Bal.i.d.§.trāsgrediamur.dicit ꝙ ꝓmittēs dotē post morā teneatur vxorē alere:nec illud dicit Cy.in.d.l.qd in vxorē.sed Bal.dixit ꝙ vsusfructus dotis dʒ esse vbi sunt onera matrimonij ſm eū in.d.§.trāsgrediamur. et si ꝓmittēs dotē marito ⁊ nō soluit post morā nō tenetur ad interesse creditori cui promisit ex cā onerosa forte nō dʒ teneri vxori cui nō est oaligatus ⁊ que pretēdit cām lucratiuā.l.fi.in princ.C.de iure dot.l.vnica.§.accedit.in fi.C.de rei vxo.ac.⁊ lʒ maritus possit expellere vxorē ⁊ sic nō prestet alimēta nō sequit ꝙ si retinet in obsequio suo qd alius teneat alere ⁊ non ipse.Nā qui ministrat expensas dʒ recipere operas.l.sicut.de ope.lib.de quo ꝑ doc.in.l.diuortio.in prin.so.ma.vñ videt ꝙ ista via Jo.de imo.nō sit tuta:⁊ maxime q² requirit ꝙ marit⁹ expēdiderit aīo repetēdi nō affectione maritali qd raro accidit.vñ debemus iuuare hāc partē q̄ non nitit veritate quā colere debem⁹.l.j.C.de lati.lib.tol.⁊.xxx.q.j.iudicātē. vñ ex his vr̄ ꝙ nullo iure possint peti hmōi alimēta:ꝓ quo etiā facit auctoritas Jo.an.in.d.c.salubriter.dicētis ꝙ.d.c. salubriter nō est extendendū ⁊ qd iure non cauet qd sit licitū ꝑcipere nisi in casu illius.c.⁊ idē vt reperio relatū tenet ibi.d.Florē. dicēs ꝙ fruct⁹ rei pignorate succedūt in locū fructuū rei dotalis.vñ cū non simus in fructib⁹ rei pignorate videt ꝙ nō possint peti hmōi alimēta:ſʒ ad hec rñdendo vr̄ ꝙ immo in casu isto alimēta debent vt vsure correspōdentes interesse.Nā in actionib⁹ bone fidei post morā debentur vsure de iure ciuili que vicē fructuū obtinēt.d.l.mora.§.in bone fidei.d.l.vsure vicē.⁊.d.l.videamus.⁊.d.§.ex actio.que iura lʒ ratione peccati sint correcta quatenus nō pñt ꝑcipi sine peccato:sed quatenus peccatū cessat remanēt incorrecta.vñ in terminis.d.l.curabit.⁊.d.§.ex vendito debētur vt vsure de iure ciuili prout exprimitur in illis iurib⁹.⁊ in.l.ij.C.de vsu.⁊ quatenus cestat peccatum quia cōcurrit interesse militāt dicta iura etiā de iure cano.ita ergo militāt in casu nostro iura ciuilia quatenus disponerent ꝙ hmōi vsure debent officio iudicis vsqʒ ad ꝯcurrētē quātitatem interesse. Nec ob.d.l.si seruū.§.fi.⁊ similes dictātes ꝙ in obligationib⁹ dādi non succedit obligatio ad interesse:⁊ sic procedūt dicta iura : quia officiū iudicis nō presupponit obligationē.l.que ꝑ collusionem.§.precij sortē.ff.de act.emp.nec ob.qd dicit Jo.an.in.d.c. salubriter. q² illud dictū nō videtur verū:⁊ cōtra illum ibi tenet Pau. de lea. Joā.cal.d.Anto.⁊ Panor.volētes ꝙ etiā extra modū illius.c.licite ꝑcipiantur vsure dotis ꝑ maritū sustinentē onera matrimonij:⁊ voluit Bar.in.d.§.vsuras.Et Bal.in.d.§.preterea.qd ⁊ seruat cōmunis pratica:q².s.iste vsure seu alimēta dotis petūtur etiā vbi nō sunt fructus eorū pignoratarū:maxime vbi est ꝓmissa dos ꝑ patrē qui tenebat alere filiā.Nec obst.rō Joā.and.q² lʒ fructus aliqui subijciantur diuino iudicio:tñ nō oēs vt pēsiones dom⁹ mercedes locationū ⁊ hmōi prout dicit.d.Nic.in.d.c.salubriter.vbi non pōderatur ꝙ fructus sint incerti:sed q² non sufficiūt ad onera ⁊c. Et sic ꝙ habet respectus ad onera matrimonij que ratio paritet militat vbi ꝑcipitur quid certū prout qd incertū.Nec ob.qd in aliis casibus non reperit iure cautū aliquid in dote posse ꝑcipi vltra sortē in dote dāda:q² rñdetur ꝙ papa in.d.c.salubriter.nō statuit:q² statutū nō pōt sup vsura promittēda.c.sup eo.eo.ti.ſʒ rñdet de iure:vt denotant illa verba non credimus cōpellendū:⁊ sic se fundat in rōne:q² illa credulitas est fundata in rōne nō in auctoritate pōtificali ꝑmissiua idcirco rōne idētitatis possumus illud.c.trahere ad casus siles.silr ⁊ in terminis.d.l.curabit.nō reperitur iure cautū ꝙ in foro aīe possint peti ille vsure.⁊ tñ glo.⁊ doc.iuris canoni ⁊ ciuilis passim tenent esse ꝑmissas vt habet in dictis iurib⁹.Nec obst.d.l.cū quis.§.diuus.de vsur.q² loquitur in vsuris odiosis que.s.nō debētur rōne interesse:prout sunt cōiter vsure que nō debentur ex conuentione vel mora.Nos xͦo loquimur in vsuris que debentur vt interesse rōne onerū matrimonij:⁊ sic non sunt proprie vsure:et debentur quandoqʒ citra moram vt.s̄.probaui.item scdo respondetur ꝙ non loquit in simplr tacente:sed in eo qui tacuit ⁊ vsuras non petijt vt gratior esset vt ibi exprimit tex.dicens ꝙ longi tēporis interuallū iudicat remisisse vsuras p̄teritas vt patet ibi in tex. iuncta gl.que supplet:q² dignitatē per eū habere sperabas.fundatur ergo illa exorbitans dispō non in lapsu tēporis sed etiā in rōne quia non petijt vt gratior esset apud debitorē: vñ ista cā que assignatur pro rōne est probanda als dispositio illa non videret ꝓcedere.⁊ ita firmat Rapha.in.d.§.diuus.dicens ꝙ nō sufficit lapsus tēporis.vbi aūt non probat istud qd sperabat aliqd beneficiuʒ vel saltem qd vt in genere gratior esset apud debitorē non petijt non procedat dispositio.d.§.diuus.Merito cū in terminis nostris id presupponatur dicamus cessare dispositionē illā exorbitantem:⁊ per ꝯñs nō trahendā in ꝯsequētias.l.ius singulare.et.l.qd vero cōtra.cum si.Et hanc partem firmat ad.d.§.diuus.etiam Ponta.in d.l.de diuisione.ff.solu.mat.vbi prestantissimus doctor.d.Bar.de bartholinis cōciuis meus idem tenet dicens ꝙ vidit ita cōiter teneri.⁊ idē tenet.d.Ang.de are.insti.de acti.§.fuerat quarta charta.dicens se ita consuluisse:⁊ ego als hic perusie consului. ⁊ se subscripsit prefatus dñs Bal.† Nec ob.d.l.si vir vsuras.⁊ qd ibi ꝑ glo. et Bar.⁊ qd per Pont.in.d.§.vsuras qd est aduertendū ꝙ donatio regulariter non presumitur quotiēs aliqua coniecturata causa pōt cadere.l.cū de indebito.de proba.l.si cū aurū.ff.de solu.l.cōtra iuris.§.fi.cū ibi no.ff.de pac.adeo ꝙ potius quādoqʒ presumitur error in facto proprio ⁊ error iuris q̄ donatio.l. sed si me putē. in prin.cū sua glo.de cōdi.inde.iūcta.l.j.eo.ti.⁊.l.eius qd ꝑ errorē.ff. de regu.iur.Et.d.l.vir vsuras.se fundat in tacita donatione presumpta que presumptio est contra regulaʒ iam dictam.⁊ sic.d.l.est exorbitans.ideo non trahenda in consequentias.l.ius singulare.⁊ l.qd vero contra.ff.de.ll.⁊ in regula que a iure cōi exorbitant in.vj. his presuppositis illa.l.si vir vsuras.loquitur in viro cui debentur vsure ab vxore qui legauit dotē vxori ⁊ confirmauit fideicommisso donationes.s.factas vxori concluditur ibi ꝙ in legato dotis non veniunt vsure stipulate:sed censentur donationes remisse.vñ ponderandū est ꝙ loquitur in marito ⁊ vxore vt suadet subiecta materia tituli sub quo situata est illa.l.arg.l.imperatores.ff.de in diem adiec.⁊ qd per glo.in.l.fi.in prin.de condi.indebi.⁊ in.c.j.⁊.c.ab arbitris.de offi.deleg.inter virum ⁊ vxorē propter nimiū amorem de facili presumitur donatio.arg.l.j.ff.de dona.inter virū ⁊ vxo.⁊ censentur vna caro.c.gaudeamus.de diuor.Itaqʒ non mirum si inter eos de facili presumitur donatio:vnde nō est eadē rō in socero cui debentur dos ⁊ alimēta dotis non a nuru sed a fratribus nurus inter quos nō est tātus amor immo longe minor:ideo non est eadeʒ ratio cōiecturandi donationē in casu isto prout in illo casu. Cōcurrebat etiā ibi ꝙ maritus legauerat vxorē quā forte lucrabat.Item ꝯcurrit ꝙ fecerat eidē donatiōes ⁊ donatiōes factas ꝯfirmauerat fideicommisso que oīa ostendunt affectionē ⁊ liberalitatē mariti ⁊ augent coniecturam donationis etiā in vsuris debitis.magis em̄ de facili remittuntur hmōi vsure que non sepe petūtur sed frequētius omittuntur vt docet experientia rerum magistra.c.quā sit.in prin.de elec.lib.vj.⁊.c.statutum.in prin.eo.ti.⁊ lib.q̄ fiant alie donationes.si itaqʒ fecit alias ⁊ ista presumatur facta: nec sine ministerio videntur ista oīa posita in illa litera.arg.l.si quando. de leg. j.⁊.c.si papa.de priuile.lib.vj.Et argumētum a contrario sensu ibi probat qd als non presumitur donatio.qd argu.est fortissimuʒ in iure.l.j.§.huius rei fortissimum est arg.ff.de offi.eius cui est man. iur.cum sil'i.maxime ad moderandas iuris exorbitantias. Itē ibi ponderatur ꝙ maritus stipulatus fuerat vsuras ita ꝙ nō cadebat verisimiliter error in facto proprio.l.quāq̄.ff.ad vell.⁊.c.ab excommunicato.de rescrip.Sed in vsuris non promissis cadere potest iuris erro qui potest coniecturari vt euitetur presumptio donationis prout coniecturatur in soluente indebitum: et maxime quia nonnulli etiam doctissimi viri tenent istas vsuras non posse peti itaqʒ imminebit error facti proprij ⁊ error iure manifesti: quia manifestū erat illo tpe ꝙ illo iure debebantur vsure dotis.d.§.vsuras. et.d.§.preterea.ideo non poterat coniecturari omissa petitio per ignorantiam qd peti possent prout coniecturari potest in his terminis.illud autē constat qd si appareret scriptum manu ipsius creditoris ꝙ dicta alimenta debebantur. Tunc staremus claro quia per talem scripturam appareret volūtas creditoris qd non intēdebat donare.Nec dictas vsuras seu alimēta dotis remittere per tex. et doc.ibi in.l.nensenius.in fi.ff.de nego.gest.⁊ not.Bar.in.l.nuda ratio.ff.de dona.Concludo itaqʒ ꝙ dicta alimenta dotis peti pñt non obstante cursu decennij ⁊ non obstante morte viri ⁊ sui patris stipulantis.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.clxv.

☞ Estimum seu catastrum nō probat dominium neqʒ quasi dominium vendicandi rem in suo estimo allibratam.per totū.

1 Rei vendicatio quas probationes requirat.
2 Catastrum qñ ⁊ inter quos probet.nu.seq.et.4.
3 Dominium rei non probatur absqʒ traditione.
4 Idētitas qñqʒ est articulanda ⁊ articulata probanda.

¶ Consilium.clxv.

In nomine domini nostri

Jesu christi. ¶ † Profecto hec cōsultatio videt mihi adeo clara ꝙ nō indiget magna discussione.Nulli em̄ dubiū ꝙ reus obtinere dʒ qñqʒ ex iure suo:qñqʒ ex nō iure agētis.l.fi.C.de rei vē.c.abbate sane.de re iu.li.vi.Actor enim debet ꝓbare intētionē als reus est absoluendus vt dictis iuribus. et.l.qui accusare.C.de edē.⁊.l.actor qd asseuerat.C.de ꝓba.⁊.c.cum ecclesia sutrina.in fi.de cā pos.⁊ ꝓprie.Et ꝓbatio dʒ necessario cōcludere als non releuat.l.nō hoc.C.vñ leg.⁊.c.in pñtia.de ꝓba.⁊.l. neqʒ natales.⁊.l.ad ꝓbationē.C.eo.ti.Dubia em̄ ꝓbatio non releuat.l.duo sunt titij.ff.de testa.tu.⁊.l.certū.in prin.ff.de cōfes.⁊ qd habet in.l.inter stipulantē.§.si stichū.ff.de verb.obli. Satis em̄ est

ꝙ deficiat probatio dato ꝙ non deficiat ius.d.l.duo sunt titij. Pa
ria eñ sunt non esse ⁊ nõ apparere vt ibi.⁊.l.si fuerit.ff.de reb.dub.
et.l.in lege.ff.de cõtrahē.emp. Sed.d.Franciscus actor fundat se
in suo dominio vel quasi dominio:⁊ sic agit rei vēdicatione vel pu
bliciana qui libellus saltē de cõsuetudine sustētatur.d.c.abbate sa
ne.⁊ qđ ꝑ glo.in.§.alie.insti.de acti.⁊ in.l.j.ff.de publi. Debet eñ
actor duo probare vnū.s.dominiū vel quasi dominiū ex parte agē
tis.l.in rem actio.in prin.ff.de rei vē.⁊.d.c.abbate sane.⁊.d.c.eccle
sia sancte marie.in fi.⁊.l.j.⁊ quasi per totū.ff.de publi.⁊ possessionē
ex parte cõuenti.l.j.C.de ali.iudi.mut.cā facta.⁊.l.fi.ff.de rei vē.vc3
rei ꝓ qua agitur vt dictis iurib⁹.sed neutrum probatur vt.j.dedu
cam merito dicti Palmutius ⁊ fratres rei,conuenti veniūt absol
uendi ⁊ dictus ser Frāciscus actor tāꝗ̃ temere litigās in expensis
2 condēnandus. Et hoc ex pluribus.† Et primo qꝛ l3 statuto conti
neatur ꝙ detur fides catastro tāꝗ̃ instrō publico sup bonis tūc in
cultis donec probatur ꝯtrariū. Et catastrū contineat qualiter au
ctores dicti ser Frācisci habebāt ⁊c. Debebat eñ ꝓbari ꝙ terrenū
de quo cātat catastrū esset tūc incultū vt catastrū probet cõtra ter
tiū vigore dicti iuris municipalis:nā catastrū fit inter rēpublicā ⁊
eum qui facit suū estimū ⁊ res inter alios acta. vt in titu. res inter
alios acta.in rubro ⁊ nigro.ideo catastrū nõ ꝓbat de iure.facit.l.
que quisꝗ̃.ff.de acqui.re.do.⁊.l.si pater.C.de act.emp.⁊ qđ ibi per
Bar.⁊ hoc no.ibi Bal.ꝑ dicta iura.⁊ facit qđ ipse not.in.l.solēni
bus.C.de rei vē. Et qui se fundat in iure exorbitāti h3 necesse ꝓ
bare oīa que continētur in ipsa lege exorbitāti:prout voluit Joā.
and.in vbo christianorū.in.c.j.de homi.lib.vj.⁊ post eū Bal.in.l.
si quis non dicā rapere.col.iij.C.de epis.⁊ cle.ad hoc glo. in cle.fi.
de rescrip.no.legētes in.l.si quis maior.C.de trāsa.statutū illud lo
quitur de terris incultis:ideo actor qui vult niti ex eo statuto de
bebat ꝓbare ꝙ terra de qua loquebatur estimū predictū erat incul
ta tpe catastrationis de quo tpe loquitur statutū:qđ minime fa
ctū est:nec aliter est probatum de dominio vel quasi dominio ipsi⁹
ser Frācisci agentis:ideo ex hoc capite ipse ser Franciscus h3 succū
3 bere.† Qđ ⁊ dicendū est ex alio capite:quia l3 in estimo dicatur qđ
tales habēt talē petiam terre ⁊c.⁊ estimū faciat fidē:tñ non probat
dominium vel quasi:nam habere dr̃ rem ille qui h3 dominiū rei et
non h3 possessionē neꝗ̃ detentationē.itē habere dr̃ ille qui rem de
tinet l3 dominiū non habeat.l.stipulatio ista.§.habere.ff. de ver.
obli.⁊.l.habere.ff.de verb.signi. Si autē estimū verificatur ꝙ Fran
ciscus ⁊ Pascutius habebāt dominiū ⁊ non possessionē non h3 ex
hoc fundatam suam intētionē ipse Franciscus actor: qꝛ non ꝓba
uit traditionē ⁊ sine traditione nõ transfertur dominiū.l. traditio
nibus.C.de pactis.⁊ minus quasi dominiū qđ causat ex traditio
ne cum titulo.l.j.⁊.l.traditionem.⁊.l.quecūꝗ̃.ff.de publi. fundat
enim quasi dominiū in prescriptione inchoata.insti.de acti.§.alie
et prescriptio non procedit sine possessione.l.sine possessione.ff.de
vsuca.⁊.c.sine possessione.de reg.iur.li.vj.⁊ l3 forte in instrō tituli
quē habet dictus ser Frāciscus ⁊ dictis Frācisco ⁊ Pascutio forte
sit clausula precarij vel simplex cõstitutio non releuat qñ cõstituēs
non h3 possessionē saltē si non detinebat vt per Bar.⁊ doc.in.l.qđ
meo.in prin.de acqui.pos.nemo eñ dat qđ non habet.l.⁊ traditio
de acqui.re.do.⁊.l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur. ideo nõ ꝓbat suū
dominiū vel quasi ipse ser Frāciscus dato ꝙ estimū ꝓbaret domi
niū fuisse auctorū ipsorū Francisci ⁊ Pascutij suorū auctorū dicit
etiā habere rem ille solū detinet.d.§.habere licere.in fi.item rē ha
bere dr̃ ille qui h3 actionē qua petere põt ipsam rem .l.is apud.ff.
de verb.sig.facit.l.rem in bonis.ff.de acqui.re.do.⁊.l.qui actionē.
ff.de reg.iur.ideo nõ sequitur habebant illam istam rem tui aucto
res tpe facti estimi auctores ser Frācisci:ergo ista res ꝑtinet ad ser
4 Franciscum iure dominij vel quasi per iam dicta.† Tertio dictus
ser Franciscus deficit in salutari suo: qꝛ non apparet ꝙ illa petia
terre descripta in estimo dictorum Francisci ⁊ Pascutij sit illa ea
dem que petitur per dictū ser Franciscum.idētitas autē erat arti
culanda ⁊ probanda prout notat Bar.in.l.j.C.si vnus ex plur.ap
po.⁊ in.l.senatus.in fi.ff.de accu.ꝑ eū.⁊ Jmo.in.l.is q reus. de pu
bli.iud.⁊ in.l.demonstratio.ff.de cõdi.⁊ demõ.que non est proba
ta nec presupponitur articulata per eūdem Bar.in tractatu de te
ste.in rubrica de ꝓbatione idētitatis.⁊ ꝑ Joā.and.in.c.ad audien
tiam.de prescrip. Debent autem conuenire ad minus duo ꝯfines
vel alie similes demonstrationes.l.forma.ff.de censi.⁊ no.Barto.⁊
doc.in.d.l.demõstratio.⁊ habetur in.l.si quis in fundi vocabulo.
cum ergo vt presupponitur in themate non cõueniat nisi
vnus confinis:ideo non probatur idētitas petij terre petiti cū pe
tio terre descripte in dicto estimo:⁊ hoc solū sufficit ꝑ notata in lo
cis.s̃.adductis. Et insuper potest de facili cõtingere ꝙ ille cõfinis
in quo hodie se conformat non esset cõfinis istius petij terre tēpo
re facti estimi. Coadiuuant alia que deducuntur in themate ꝑut
est tanta distantia mēsure:attento ꝙ in estimo d3 ⁊ solet poni tota
quātitas mensure.item ꝙ probatur qđ non habet pro confinibus
alios duos confines qui sunt descripti in estimo:sed est distātia in
ter dictos cõfines ⁊ dictum petium terre de quo agitur. Et sic pro
batur ꝙ dictum estimum et qualitates in eo descripte pñt ꝯuenire

alij petie terre.qđ sufficeret ad infringendum probationem al's cõ
cludentem.arg.l.duo sunt titij.ff.de testa.tut.prout sumitur ex di
ctis Bar.in.d.l.demonstratio.prope finem princ.in.d.tractatu de
teste.sub dicta rubrica de probatione idētitatis.prope fi.ver.non
autem sufficeret. Et vbi non esset lex vel auctoritas id demonstrat
ratio naturalis quam solam sufficit allegare.l.scire oportet.§.suffi
cit.de excu.tu.⁊ sic varijs vijs deducitur ꝙ.d.ser Frāciscus temere li
tigat ⁊ d3 succūbere ⁊ cõdēnari in expēsis per.l.eum quem temere
de iud.et.l.properandum.§.sinautem alterutra.de iudi.

Laus deo.

Summarium super consilio.clxvj.

1 Testamētum ad pias causas factum an requirat solēnitates iuris.per totum.
2 Testis de auditu proprio an sit in testō ⁊ alijs actibus seu cõtractibus sufficiens vbi testis non vidit.
3 Testamentum tēpore pestis factum coram duobus testib⁹ valet.
4 Testis qñ esse potest legatarius in testamento.
5 Mater an succedat filio ab intestato vltra quartam partem stante statuto ꝙ patruus in tribus partibus hereditatis succedat mater vero in quarta.

Consilium.clxvj.

In nomine dñi nostri iesu
1 christi.† Minime dubium est ꝙ ad pias causas fa
ctum testm̃ non requirit solēnitates iuris positiui:l3
regulatur a iure naturali vel diuino dictāte ꝙ in ore
duorū vel trium stat omne verbum ita qđ sufficiunt duo testes qui
probent testm̃:prout hoc probat tex.in.c.relatum.de testi.⁊ cõcor
dant doc.ibi ⁊ in precedēti.c.cū esses.⁊ Bart.⁊ doc.in.l.j.C.de sac.
2 sanc.eccle.⁊ Pont.in repe.auť.si fr̃.C.ad.l.fal.† Itaꝗ̃ cum presup
ponat in themate ꝙ dicta fraternitas sancte marie sit locus pius
et testes illud deponunt ex quo examiatus est nuper frater lāsilaus
qui ꝯcordat cū amatore qui viderūt ⁊ audiuerūt testatorē testātē
et sic sunt duo testes omni exceptione maiores plene probātes res
videtur plana ꝙ testm̃ illud valeat quo ad dictū piū locū ⁊ quo ad
filium per.l.hac cõsultissima.§.ex imperfecto.C.de testa. idē tamē
putarem si non fuisset examinatus dictus frater Lansilaus cū Lu
non debeant detrahi de. lx. diebus vtilibus a statuto prefixis instā
tie tempora illa de quibus per partes conuentum est qꝺ non cur-
rant instantie pro accordo inter eos faciendo. Quia licet statutuꝫ
dicat ꝙ detrahatur de tempore instantie tempore compromissi
vel tempore tractationis concordie non propterea videtur quod
sufficiat quod partes asserant velle vacare concordie. Ideo proro
gant tempus instantie vel volunt tempus instantie non currere
pro accordo faciendo. Nam cum partes nequeant etiam de cōmu
ni consensu tempus instantie prorogare prout volūt bart. Bal. et
doc. cōiter omnes in. l. properandum. in prin. C. de iudi. ⁊ gl. ⁊ doc.
in. l. ij. §. sed ⁊ iudex. ff. eo. titu. eorū cōfessio velle. s. vacare tractatui
concordie est suspecta ne dicant velle vacare concordie vt faciāt ꝙ
al's facere non poterāt: confessio aūt facta ab his qui al's libere nō
possunt actum facere non releuat. ar. l. qui testamentum. ff. de pro
ba. ⁊ l. cum quis decedens. §. titia. de leg. iij. ⁊ ꝙ no. Bar. in. l. si for
te. ff. de castren. pecu. ⁊ doc. post eum in. l. sciendum. ff. de verb. ob.
et in. l. si donatione. C. de colla. ⁊ ꝙ per gl. ⁊ doc. in. l. j. C. de fide in-
stru. ⁊ iure aste fis. li. x. Cum itaqꝫ non appareat aliter nisi per eoꝝ
assertionem de concordie tractatu: ⁊ eorum assertioni nō credat̄ ꝑ
supradicta: ideo dictum tempus non debet detrahi de tempore in
stantie maxime cum statutū disponat ꝙ tempus tractationis cō-
cordie detrahat̄ de tēpore instantie si tñ de tractatione concordie
appeat ex actis: sed nullatenus de tractatiōe cōcordie apparet ex
actis per predicta: ac etiam q᷑ dato ꝙ tūc quando statuerūt illud
tempus intenderent tractare concordiam forte postea vel penitē-
tia ducti vel negligentia vel alia causa non tractauerūt cōcordiā:
et sic non fuit aliquod tempus tractationis concordie: ⁊ sic cessa-
ret statutum idcirco nullo pacto ex actis apparet tempus tracta-
tus concordie: nec de ipso tractatu cōcordie: ideo dictum tempus
non videtur detrahendum de tempore instantie. Ex quibus vide-
tur quod tempus instantie omnino decursum facto computo de
diebus vtilibus a tempore initij litis quod fuit de mense Iunij qꝺ
interfuerunt q̄plures dies vltra. lx. dies vtiles quibus durat instā
tia in ordinarijs quos dies enumerare esset laboriosum ⁊ non sub-
6 tile ideo omitto. ¶ † Restat videre si instantia non fuisset perem
pta: an debuerit vel deberet condemnari dictus magister Ioānes
ad redditionem rationis administrationis dicte bandite ⁊ ad dan
dum ⁊ restituendum ratam suam dicto Guilielmo ꝑfecto ex actis
non apparet ꝙ dictus magister Ioannes administrauerit nec qꝺ
aliquid ad eum peruenerit ratione dicte bandite ita ꝙ non debet
ad predicta cōdemnari si non apparet quod administrauerit nec
quod rata dicti Guilielmi ad ipsum magistrum Ioannem perue-
nerit ⁊ licet sit aliqua verisimilitudo quod administrauerit et exe
gerit: tamen probatio verisimili hominis non concludit: sed de-
bet esse cōcludens de necessitate non de verisimilitudine vt habe-
tur in. l. neqꝫ natales. ⁊ l. matrem tuam. ⁊ l. ad probationē. C. de ꝓ-
7 bat. ⁊ in. c. in presentia. extra. eo. ti. † Sed posito pro constanti qꝺ
administrasset nō videt̄ ꝓbata societas: nam iuramentuꝫ litis deci
siuum probat ⁊ habetur pro plena probatione ex forma iuris mu-
nicipalis ⁊ etiam de iure communi. l. non erit. §. dato. ⁊ l. naꝫ post
ea. §. iureiurando. ff. de iureiuran. ⁊ l. sed ⁊ si possessori. §. item si iu-
rauero. ⁊ §. sequenti. eodem titu. Iurauit autem magister Ioan-
nes non esse contractā societatē: q᷑ non impleuit Guilielmus con
ditiones per eos tractatus: iurauit itaqꝫ in effectu dictus reus cō
uentus ꝙ cōtracta fuit societas sub cōditionib⁹ que non fuerūt im
plete ⁊ istud probatur per iuramentū ꝙ iuramentum nō reproba-
tur: lꝫ probentur aliqui actus qui indicant societatē: nā qui habet
spē alicui⁹ rei sepe facit actus circūferentes ad illam rē vt docet ex
perientia rerū magistra. c. ꝗ̄ sit. in prin. elec. vj. ⁊ c. statutum. in ꝓ
ci. eo. ti. ⁊ li. Si itaqꝫ sperabat̄ ꝙ guilielmus impleret cōditiones. ⁊
ꝓpterea interueniebat in actibus qui pertinebāt ad societateꝫ seu
ad illā banditā non est mirū: nā ⁊ videmus ꝙ qui sperat adire ⁊ de
liberat assumit curam de reb⁹ hereditarijs. ff. de iure deli. l. aristo.
§. fi. cuꝫ. l. sequenti. ⁊ l. ait p̄tor. §. fi. ⁊ cui sub cōditione relinquitur
curat vt heres relicta manu teneat̄. l. impator ad treb. ⁊ facit ꝙ ha
bet̄ in toto titulo vt lega. nomine ca. ⁊ in titu. vt in pos. lega. ꝑ to-
tum non ergo mirum si Guilielmus qui sperabat habere partem
fructus dicte bandite se intromittebat circa negotia dcē bandite.
8 † Et insuper testes sunt singulares vt infra deducam ⁊ testib⁹ sin-
gularibus nulla datur fides. c. cum dilecti. de elec. ⁊ c. tā lr̄is. de te-
sti. ⁊ iō lꝫ testes deponāt de extraiudiciali cōfessione dicti magistri
Ioannis ꝙ dictus Guilielmus erat socius ipsius magistri Ioan-
nis in dicta Bandita potest intelligi quod erat socius conditiona
lis: nam ⁊ socij sub cōditione possunt dici socij: lꝫ improprie vt pro
batur in rubrica vt legatorum nomine caueatur ⁊ in rubrica vt in
possessionem legatorum iuncto nigro quod loquitur de legatis in
diem ⁊ de legatis conditionalibus ⁊ in rubrica. C. de condit. inser-
tis tam legatis ꝗ̄ fideicōmis. ⁊ in. l. j. ff. de dona. ⁊ sic possunt cōcor
dari probationes que videntur aduersari: nam confessiones quod
erant socij intelligātur improprie. s. sub cōditione quia ita probat̄
per iuramentum delatum magistro Ioanni per ea que habentur
in. l. ij. §. fi. ff. si cer. peta. in. l. sed ⁊ si possessori. in prin. de iureiuran.
in. l. j. C. de vsufr. in. c. cum tu. ⁊ in. c. in nostra. de testi. cuꝫ infinitis
similibus in quibus habetur ꝙ probatiōes prima facie aduersan-
tes reducuntur ad concordiam impropriando verba vel subaudiē
do aliquid prout ⁊ hoc subaudiri posset est socius sub conditione.
Preterea testes non deponunt de cōfessionibus presente parte ni
si vnus: videlicet Ioannes picinus vltimus testis qui dicit ꝙ plu
ries audiuit ab ambobus simul ⁊ separatim quod erant socij ad di
ctam banditam ⁊ dictum vnius dictum nullius. l. iurisiurandi. C.
de testi. l. vbi numerus. ff. eo. titu. c. licet ex quadam. cum similibus
extra. eo. titu. alij ēt testes sunt singulares tres alij qui deponunt
de confessione magistri Ioannis qulibet deponit quod dixit sibi ⁊
ex qualitate negotiorum de quibus deponūt deprehenditur sin-
gularitas: item ex varietate locorum: nam vnus in bandita alius
in palatio potestatis alius in domo ⁊ nullus allegat alium in con
testem: ⁊ licet duo vltimi testes deponunt ꝙ pluries dixit ꝙ erant
socij ⁊ in hoc possent concordari cum alijs tamen cum sit actus rei
terabilis de facili ⁊ possunt deponere de eodem actu ⁊ de diuersis
non probant: quia testes qui in huiusmodi possunt esse singulares
prout contestes non probant prout dicit Bald. in. c. bone. de elec.
et in. l. edicto. C. de edicto diui parum ante medium colum. xij. ad
ducens nota. per Barto. in. l. celsus. ff. de vsuca. item testes isti non
deponunt de confessione presente parte ⁊ confessio absente parte
non probat. l. certum. §. si quis absente. ff. de confessis. ⁊ l. fi. cū sua
gloss. ff. de interrogato. acti. in alijs etiam qui deponunt sunt sin-
gulares: quoniam de diuersis actis deponunt prout de se ex eorū
dictis clare apparet: ideo non insisto: ideo ex hoc apparet quod
dictum iuramentum prestitum per dictum magistrum Ioannem
non est reprobatum: ⁊ ideo dictus magister Ioannes etiam in me
ritis cause fouet iustitiam.

Laus deo.

¶ Summariū super consilio. clxxxiij.

☞ Consuluit dominus Mattheus de vbaldis quod prima con
fessio et quod locatio in loco tuto in domo ⁊c. censeatur facta in
fraudem creditorum: ideo creditoribus non preiudicat per autē-
tica sed iam necesse. C. de donatio. ante nupt. et per Cynum ibi et
per Barto. Imolam ⁊ Pontanuꝫ in. l. si constante. in princip. so-
lu. matri. ⁊ quod habetur in. l. ij. §. creditum. si cer. peta. in. l. si di-
uo. de verbo. ob. in. l. j. de dote cau. non nu. ⁊ in. l. j. ⁊ in. l. si non desi
gnata. C. de fal. causa adiec. lega.

Confessio

1 Confessio dotis recepte non habet prerogatiuã contra priora debita que vere probantur.
2 Augmentum dotis factum constante matrimonio in certa re valet si illa res extat tempore soluti matrimonij.
3 Augmentum dotis non potest assignari cõstante matrimonio in preiudicium creditorum precedentium.
4 Aut. sed iam necesse. C. de dona. ante nuptias loquens de augmento trahitur ad confessionem dotis recepte.
5 Consignatio rei pro dote in tuto ponenda inducit dominij translationem.
6 Precaria cõstitutio nõ trãsfert dominiũ si constituẽs nõ possidet.
7 Dedit tradidit et consignauit important dñij translationem et forte licentiam capiendi propria auctoritate.
8 Hypotecate rei dñiũ trãsit in heredes hypotecãtis cũ suo onere.
9 Dotis exactio prefertur quibuscũqȝ creditoribus habẽtib⁹ hypotecam tacitam. Fallit illis habentibus expressam: quia tũc regula habet verum qui prior est tempore potior est iure.

Consilium clxxxiij.

Repetito diuino numie.

Licet discussa sit presens consultatio egregie ꝑ excellentis. vtriusqȝ iuris doctorem dominũ Mattheuȝ de vbaldis vti patrem honorã. Et ego de subscriptione sola requisitus fuerim: tamen aliqua subnectam et quidem vltra deducta per dominum consulẽtẽ circa primam cõsultationẽ. s. circa assertam dotem dñe Franciscine duo vi- 1 dentur obstare successoribus emilij creditoris. †Primo quia licet forte creditum dicti Emilij vere precesserit dictam collationeȝ in loco tuto: tamen dubitatur ne possit legitime probari per scripturas antenticas et paria sunt non esse et non legitie apparere. l. duo sunt titij. de testa. tut. et l. si fuerit. de rebus dub. cũ similibus. itaqȝ dicta Franciscina potest dicere Emilio seu suis successoribus vestrum creditum non apparet nisi per confessionem prout meum itaqȝ ꝯfessio vobis facta potuit fieri in mei fraudem prout mihi facta in vestri fraudẽ et tanto fortius quãto mea precedit et potior est in iure qui prior est in tempore. l. quotiens vtriusqȝ. de regu. iu. et capi. qui prior eodem titu. lib. vj. cum concordan. facit quod not. Bal. Ange. et Imo. in rubrica. ff. solu. matri. volentes ꝙ dos confessata non habeat prerogatiuam contra priora credita que vere probarentur etiam si sit preclusa via opponendi exceptionem nõ numerate dotis et ita gñaliter ꝓcedat gl. in. l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. sed habeant prerogatiuam aduersus creditores qui similiter niterentur sola cõfessione crediti et ita procedit opi. Bart. qui limitat dictam gl. non procedere si est preclusa via opponẽdi exceptionem non numerate dotis ꝑm eos in dicta rubrica: iõ non videtur obstare. d. aut. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. et que habentur et in alijs iuribus adductis ꝑ prefatũ dominiũ consulentem q. d. aut. loquit in creditoribus priorib⁹ tpe non in posteriori- 2 bus maxime ꝓtendentibus similem confessionem. †Secũdo et fortius videt obstare qm̃ dicto emilio nõ erat in aliquo obligatus dictus magister Nicolaus pater dicti francisci. C. ne filius pro patre. et econtra in rubro et nigro nec eius bona obligata erãt pro dicto credito dato ꝙ ꝓcesserit: itaqȝ si sue vxori consignauit dictus Frãciscus de consensu sui patris domum sui patris nullũ in hoc generauit preiudicium dicto emilio ex quo emilius nõ poterat habere regressum in dcãm domum si itaqȝ dcã Frãciscina vel eius heredes vendicant dictã domum videntur preferẽdi dicto emilio et ei⁹ successorib⁹ ꝓut notat. bal. in. d. aut. sed iam necesse in fi. in terminis illius autentice dicens ꝙ si cõstante matrimonio in augmẽtũ dotis datur bos aut equus qui extat et vendicat per mulierem soluto matrimonio ipsa prefertur ceteris creditoribus et sic non hȝ locuȝ dispositio. d. autẽtice etiam in suis ꝓprijs terminis et lȝ illud dictũ dubiũ sit. s. an mulier possit eo casu soluto matrimonio rẽ vẽdicare prout dicit ibi Raph. cũ illud qd possit vendicare sit dotis priuilegium ꝑm eum et nouiter inductũ per. l. in rebus. C. de iure do. prout dicit ibi bar. si itaqȝ in ꝓprijs terminis non habet locuȝ illa aut. qñ vendicat res ipsa que in dotẽ assignatur pariter imo forti⁹ qñ ipsa res extat q̃ vẽdicat non trahit ad casum dotis ꝯfessate in qua illa aut. nõ loquit sed ꝑ doc. trahit a paritate rõnis insup in casu isto assignat in dotẽ res imobilis et sup illa litigat in re aũt imo- 3 bili nõ militat ꝓuisio illi⁹ autẽtice ꝓut in ea est expressum merito nec militet in casu isto. †Tamen his nõ obstãtibus puto heredes emilij in hac parte fouere iustitiã ꝓut cõcludit dñs consulens. Nam lȝ tex. in. d. aut. sed iam necesse videat loqui in creditis preteritis. s. emanatis ante factũ augmẽtum: tñ glo. ibi idẽ concludit in debitis futuris ꝙ Bar. ibi verũ intelligit si cõcurrunt alique coniecture fraudis in preteritis itaqȝ nõ exigũtur alique cõiecture extrinsece sed in futuris requirunt et in hoc est dfia inter preterita credita et futura ꝓut vult ibi Saly. sequẽs opi. gl. et bar. cui inhere re vr̃ etiam bal. qui vr̃ velle ꝙ presumit fraus si oia bona alienauit: vel postea statim cõtraxit. idem si meliora bona alienauit poestea debitũ cõtraxit ar. l. summa cũ rõne. in pñ. ff. de pecul. satis aũt dicitur alienare omnia vel meliora si confitetur se creditorem in tanta quãtitate ad quam bona vix sufficiũt saltem detractis debitis attento ꝙ dos habet tacitam hypotecã. l. assiduis. C. qui potiores in pigno. hab. et in. l. vnica. §. sed vt pleni⁹. C. de rei vxo. ac. In casu itaqȝ nostro videntur apparere inditia fraudis: tũ quia parũ post fuit fact⁹ ꝯtract⁹ in quo dict⁹ magister Franciscus se obligauit ex cã de preterito ad mille florenos et magr̃ Nicola⁹ fideiussit pro eo pro ducẽtis flore. q: inde ad nouem dies itaqȝ attenta magna quãtitate confessate dotis et parua distantia tpis inter confessionẽ et ꝯtractũ postea factũ cũ emilio et qualitatibus ꝑsonarũ q̃ erãt diuersarũ ꝓuinciarũ nihil inuicẽ attinẽtes inter se emili⁹ ex vna et dicti magr̃ Nicola⁹ et magister Frãcisc⁹ ex altera ꝑtibus et inter se erant pr̃ et fili⁹ et maritus et socer ita ꝙ nõ est cõiecturandũ ꝙ fraudare voluerit aduersus sibi cõiunctũ ꝓ extraneo cui dederũt tot fideiussores ac etiã attẽto ꝙ cã veteris debiti: lȝ forte neqãt plene ꝓbari ꝑ legitias ꝓbationes: tñ appet ꝑ libros salarie q̃ nõ spectabat ad solũ emiliũ et vt arbitror scribebant ꝑ institutores itaqȝ nõ est verisile ꝙ scripserint falsum faciũt q̃ habent in. l. q̃dam. §. numularios. de edẽ. Ac ẽt cõcurrente alia cõiectura ꝙ. s. tpe cõfessionis dotis recepte dictus magr̃ Frãciscus fatet se vergere ad inopiam et bona sua non esse sufficiẽtia ad solutionẽ dcẽ dotis ꝓpter aliqua alia sua debita et sic fatet tũc se hr̃e alia debita ꝓpter q̃ vergebat ad inopiã et calamitatẽ: ita ꝙ cũ postea fateat dictũ emiliũ suũ creditorẽ in tãta q̃titate ex cã antiqua cõiecturãdũ est ꝙ fuerit verũ nec fcm̃ in ꝑiudiciũ seu fraudẽ ꝓcedẽtis ꝯfessionis et obligatiõis dotalis sed ꝑ rei veritate. Ex qb⁹ oĩb⁹ vr̃ concludendũ ꝙ dcã cõfessio dotis recepte et ꝯsignatio dom⁹ cẽseat fcã in fraudẽ dci emilij ꝑ iam dicta.
4 †Nec ob. adducta in contrariuȝ: non enim obstat ꝙ non appareret debito dci emilij antiqori: q: supra est rñsuȝ nec obstat ꝙ dict⁹ magr̃ nicola⁹ nõ erat obligat⁹ et dcã dom⁹ est res imobilis in qua re imobili cessat. d. aut. sȝ iã necesse q: rñdet ꝙ i termis. d. auct. vbi datur in augmẽtũ res imobilis nõ cadit suspitio fraudis erga creditores recipiẽtis: iõ cessat dispõ. d. aut. q̃ loquit de creditorib⁹ mariti recipiẽtis augmẽtũ dotis: tñ vbi cadit suspitio sit is illa aut. trahit ad casum in quo nõ loquit: nõ em̃ loquit in ꝯfessiõe recepte dotis: sed in augmẽto dotis: tñ bar. et doc. ibi trahũt etiã ad cõfessionẽ predictã. itẽ nõ loquit in debitis postea ꝯtis et tñ doc. a sil'i trahũt etiã illã aut. vbi cadit aliq̃ ꝯiectura fraudis ꝓut. s. deductũ est Itẽ. tex. dicit ꝙ non vtet priuilegio. et tñ doc. cõiter ibi volũt ꝙ nõ cõcurrit cũ alijs creditorib⁹ et sic nõ vtit iure cõi ꝓpter ꝑsumptam. fraudẽ. Ita in ꝓposito cũ in casu isto sit suspitio fraudis ꝑ iã dicta et pr̃ et fili⁹ censent eadẽ ꝑsona. l. fi. C. de ipub. iõ cũ paulopost dict⁹ pr̃ qui cõsenserat cõsignatiõi dcẽ sue dom⁹ fideiussit ꝓ filio faciẽte dictã cõfessionẽ in fraudẽ: iõ dcã cõsignatio tanq̃ in fraudẽ fcã nõ
5 ꝑiudicet successorib⁹ dci emilij. †Insup ꝑ aliã viã vr̃ ꝙ dicti successores emilij sint preferendi in dcã domo agẽdo hypotecaria ꝯtra possessores dicte dom⁹: lȝ hr̃des dcẽ Frãciscine q: est aduertẽdũ ꝙ dictus magr̃ frãciscus nõ vr̃ ꝙ hypotecauerit dictã domũ magri Nicolai ꝓ dicta dote cõfessata: sȝ illã dedit tradidit et cõsignauit. Nam verbũ dedit significat dñij trãslationẽ. l. fi. ff. de cõd. ob cãm. et. §. sic itaqȝ insti. de acti. et in dubio cõsignatio rei ꝓ dote ponẽda in loco tuto tẽdit ad trãslationẽ dñij ꝓut cõcludunt gl. in. l. vbi adhuc. C. de iure dot. in gl. parua q̃ incipit idẽ dicas. et bar. in. l. si cõstante. in pñ. in. j. q. quarte q̃õnis principalis so. ma. et doc. ibi. et idẽ vult. bald. in. l. vbi adhuc in fi. C. de iure dot. loquẽs qñ iudex dicit assigno et c. Forti⁹ videt id dõm qñ dixit ꝙ notari⁹ dedit et ꝯsignauit: maxie ꝓpter naturã vbi dedit qd importat dñij trãslationẽ vt
6 superi⁹ deductũ est. †Nec ob si dicat ꝙ per cõstõnẽ precarij factã in dicto instr̃o ꝑ dictũ magr̃m Franciscũ cẽseat facta ficta traditio ꝑ ea q̃ habent in. l. qd meo. et in. l. interdũ. §. fi. ff. de acq. pos. et in. l. j. et in. l. quisqs. C. de do. q: rñdetur ꝙ ex quo dict⁹ magr̃ Frãcisc⁹ nõ possidebat dictam domum in dotem assignatam non potuit possessionem ficte tradere per quam fictam traditionem transfertur vera possessio. l. certe. §. si procurator. ff. de precar. Et magister frãciscus non poterat possessionem quam non habebat transferre. l. traditio. de acq. re. dominio. l. nemo plus iuris. de regulis iuris. et hoc quod per constitutionem precarij non queratur possessio quã constituens non habebat nec erat vacans sumitur ex dictis Barto. in. l. quod meo. in principio. et. l. interdum. in princip. et in. §. fin. ff. de acquirend. posses. et idem volunt docto. et ratio naturalis artat: et licȝ magister Nicolaus consensum prestitisset: tamen ipe nõ tradidit vere vel ficte et nudo pacto non potuit sine traditiõe possessionem vel dominium transferre. l. traditionibus. cum ibi nota tis. C. de pactis. nec sine corpore queritur possessio. l. iij. in princi-
7 pio. et. l. quemadmodum. ff. de acquiren. posses. †Cum itaqȝ dictus magister Nicolaus qui possidebat non tradiderit vere vel ficte dicto magistro Francisco neqȝ dicte Franciscine nec res erat in conspectu nec actus corporeus habilis ad dominij acquisitionem interuenerit: ideo nulla possessio nullumqȝ dominium tempore contractus translatum fuit in dictam Franciscinam: et illa verba dedit et consignauit importent titulum ad translationem dominij et forte licentiaȝ illud capiendi propria auctoritate ꝑ ea que

8 habentur in.l.predia.ff.de acqui.hereditate.†Successit postea cõtractus cum hypoteca bonorum dicti magistri Nicolai promittẽtis ducentos florenos ꝛ sic obligauitꝛ hypotecauit dictam domũ de qua agitur cum adhuc erat eo tempore dicti magistri Nicolai: si autem postea transiuit dominium in eã vel in eius heredes trãsiuit cum suo onere hypotece.C.de distrac.pigno.l.si debitor.c.ex literis.extra.de pigno.canoni.si quis layc⁹.xvj.questio.j.ideo successores emilij possunt per hypotecariam vendicare seu abuocare dictam domum. Quantum autem ad alios cõtractus initos post contractũ emilij res est magis plana: quia ꝓut dicit dominus consulens ꝛ ꝓut in prin.dixi prior in tempore potior est in iure:ꝛ licz dos sit priuilegiata per.l.assiduis qui poti.in pig.habe.tamẽ non vtitur priuilegio hoc casu per.d.auẽ.sed iam necesse.ꝛ quod ibi ꝑ docto.ꝛ qḋ dictum fuit in ꝓcedenti articulo ꝛ latius per dominuz consulentem nõ repeto.

9 †Et insuper glo.in.l.assiduis.C.qui pot.in pigno.hab.concludit ꝙ preferatur habentibus tacitam hypotecam in qua loquitur.d.l.assiduis.non autem procedit in habentibus exp̄ssam hypotecam.ſm eam ꝛ ita tenet consuetudo vnde cõtra eã iudicare malum est.l.minime.ff.de legi.ꝓut dicit bar.in.d.l.assiduis.ꝛ dictã opi.gl.approbat ibi Bal.cũ itaq; dict⁹ emilius ꝛ eius successores habeant expressam hypotecã priorẽ ſm dictam opi.glo.ꝛ sequaciũ etiã si obligatio dotalis fuisset vera ꝛ nõ fraudulenta deberẽt ꝓferri successores emilij ex quib⁹ oĩbus concludo vna cũ dño cõsulente ꝙ dicti successores emilij sunt potiores in abuocando dictam domum. Laus deo.

¶Summariũ super consilio.clxxxiij.

☞Alimenta qui in heredis domo recipere debet etiam si sit minor an si receperit alimenta extra domum ab alio ꝙ̃ herede egeat restitutione in integrum ad petendum alimenta ab herede preterita ꝛ futura.per totum.

1 Et copulatiua est precedentium qualitatum repetitiua.
2 Accessorium sequitur naturam sui principalis quod ꝓncipale cessante cessat accessorium.
3 Restitutio est in pristinum statum repositio.
4 Restitutio in integrum cessat vbi competit remedium ordinariũ.
5 Alimenta preterita ab extraneo prestita illa possunt repeti ab eo qui ea prestare debebat in ea tamen quãtitate ꝛ qualitate qua erat pestaturus.nu.8.
6 Minor lesus restitutionem petere debet infra tp̄a prefixa.
7 Minor restituitur nedum si est lesus quia passus damnum ſz etiã si est lesus in non assumendo lucrum.
8 Minori petenti restitutionem in intestrum aduersatur rubrica de reputationibus.ꝛc.
Mora irregularis committitur in bonefidei iudicijs ꝛ legatis.
9 Restituitur ignorans ex clausula generali si qua mihi.
10 Alimentandus an debeat operari ei qui alimentat.

¶Consilium.clxxxiij.

Repetito diuino numine

1 ¶†Super hac noua hesitatione duo tẽpora sunt consideranda vz an in posterum possint peti alimẽta. Item an alimenta preterita seu ꝓ tempore preterito similiter peti valeant. Circa primum de quo vt arbitror consultansquerere intendit: licet videatur prima facie dicendum ꝙ dicta alimenta non debeantur quia videtur iniũctuz qḋ habitet dictus legatarius in domo testatoris vna cum Galeocto ꝛ ibi habeat victum ꝛ vestitum condecentem ꝛ sic prestatio victus ꝛ vestitus ꝛ habitatio in domo testatoris vna cum galeocto videntur connexa: nam copula ꝛ est precedentium qualitatum repetitiua.l.seie.§.gaio.de fundo instruc.ꝛ sic videtur qḋ ex quo nõ habitauit in domo testatoris non debeat habere victum ꝛ vestitũ: videtur enim testator primo ꝛ ante omnia voluisse ꝙ habitaret in domo testatoris vna cuz galeocto eius herede ꝛ successiue habeat victum ꝛ vestitum ꝓut suadere videtur ordo scripture a quo ordine licet arguitur.l.quotiens.ff.de vsufr.

2 †Si itaq; cessauit principale cessare debeat id quod erat quodammodo necessarium antecedens ar.regule accessorium.in.vj.cum concordã.attenditur eñ id quod principaliter agitur.l.qui exceptionem.ff.de condi.inde.et.l.si quis nec causam.ff.si.cer.peta.

3 †Nec videtur iuuare restitutio in integ. Nam restitutio est in pristinum statum repositio.l.qḋ si minor.§.restitutio.ff.de minor.sed in casu isto non potest reponi in pristinum statum.quoniam non potest fieri ꝙ continue habitauerit in domo testatoris cum galeocto prout testator iniunxit imme rito nec competat restitutioni integrũ ad quid eñ daretur restitutio non eñ competit vt in posterum alimentetur: qꝛ in hoc nõ est lesus cum adhuc non sit lesus nec vt in preteritum censeatur habitasse quoniam hoc est impossibile ꝙ restituatur vt retro habitauerit in domo testatoris vna cũ galeocto herede idcirco non videtur ꝙ cadant termini restitutionis in integ.ꝛ sic non videtur qḋ dicta alimenta peti possint. ¶Tamen his non obstantibus contrariũ puto de iure respondendum vz ꝙ dicta alimenta pro tempore scz futuro peti possint: quoniam non est iniunctum ipsi legatario qḋ alimenta habeat vna cum galeocto herede sed ꝙ habeat alimẽta ibi.i.in domo testatoris prout deductuz est supra in consilio ꝑmo reddito.ꝛ per consequens si paratus est recipere victum ꝛ vestituz in dicta domo videtur ꝙ citra restitutionem in integ.possit victũ et vestitum petere quatenus ergo hoc est pro eo tempore quo paratus in domo predicta victum ꝛ vestitum recipere plane videtur ꝙ possit petere dictum legatum: non eñ verba repugnant immo hoc importãt ꝛ mẽs etiã verisilr adaptatur: qꝛ nõ est verisile qḋ ex eo qꝛ aliquo tempore non steterit in domo voluerit testator ꝙ nõ habeat in posterum in domo ipsa alimẽta saltem si ex ignorantia vel ex lapsu etatis nõ inhabitauit ignorãtia aũt presumitur arg.l.veri⁹.ff.de ꝓba.ꝛ.c.presumitur ignorantia.de reg.iur.in.vj.ꝛ maxime qꝛ heres oneratus non potest conqueri: quia si legatarius cum eo non habitauit in domo nõ fuit in aliquo lesus immo releuat⁹: qꝛ non supportauit onus prestandi victũ ꝛ vestitũ maxime: qꝛ nõ intererat sua ꝙ legatarius secum inhabitaret nisi forte vt facilius exhiberet alimenta in domo ꝙ̃ extra.

4 †Si itaq; illa extra nõ exhibuit nihil est quare possit cõqueri ꝛ si legatarius nec habitationẽ habuit neq; victũ in preteritum pro tempore quo non inhabitauit cedit eius damno ꝛ lesioni: ideo nõ decet ꝙ afficiatur ꝛ alio dãno vt in posterum pro tempore quo vult inhabitare vel non stat per eum quominus inhabitet non habeat victum ꝛ vestituz: itaq; et rigor verborum testamenti ꝛ equitas ꝛ verisimilis mens testatoris omnia concurrunt ꝙ in posterum alimenta consequatur ipse legatarius: attento etiam ꝙ penam quã in testõ apposuerat si nõ inhabitaret postea ademit in codicillis: non ergo imponitur penã quã in testõ non imposuit vt perdat alimẽta pro tempore quo per eũ stetit neq; stat quominus inhabitet. Quare concludendum arbitror ꝙ alimenta consequi debeat pro tempore futuro ꝛ ꝓ tẽpore quo paratus fuit domum inhabitare etiã citra remedium restitutionis in integrum. Cessat autem restitutio in integ.vbi competit remedium ordinarium.l.in cause in principio.ff.de minor.regulare enim est ꝙ vbi competit remedium ordinarium cessat remedium extraordinarium.l.in prouinciali.§.si in loco.ff.de noui oper.nũc.ꝛ ibi per Barto.ꝛ docto.

5 †Quantum autem ad alimenta preterita est aduertendũ ꝙ etiaz alimẽta preterita peti possunt hoc est quãtum pro alimẽtis exponi debuisset vt.l.si libertis quos.§.manumissis.ꝛ ibi per Barto.ff.de alimen.ꝛ ciba.legatis. Tamẽ in casu isto non videtur ꝙ peti possint eo quia prestari debebant in domo testatoris ꝛ legatario non stante in domo sibi in ea prestari non poterant: ideo citra restitutionem in integ.non videtur ꝙ peti possint: similiter nec videtur ꝙ possit implorari restitutio in integ.si alius gratis alimẽta prestitit: quia nulla datur lesio: si eñ in domo testatoris cum Galeocto herede habitasset alius qui forte in domo sua alimenta prestitit non prestitisset in domo aliena et sic nil vltra habuisset ꝙ̃ id quod habuit: scilz victum ꝛ vestituz: sinautẽ de suo exposuit pro suo victu ꝛ vestitu.ꝛ tunc lesus sui facilitate ipse legatari⁹ minor in nõ habitãdo in domo testõris ꝛ victũ et vestitũ assumẽdo ab herede: ideo videt̃ ꝙ cõpetat sibi restitutio in integ.vt ipse minor nõ patiat̃ illam lesionẽ ꝛ heres releuet̃ in eo ꝙ pro alimẽtis ꝛ sic victu ꝛ vestitu in domo erogasset.

6 †Cõstat eñ ꝙ minor sui facilitate leditur debet in integrũ restitui eo scz petẽte intra legitima tp̄a restitutionẽ in integ.l.fi.C.de in integr.resti.minor.ꝛ per totum titulum illum ꝛ titulos sequentes.ꝛ.ff.eo.tit.

7 †Et restituit̃ minor nedũ si est lesus qꝛ passus dãnum.sed etiã si lesus est in non assumendo lucrũ.l.ait pretor.§.fi.ꝛ.l.ꝛ si sine.§.questũ.ff.de minor.ꝛ.C.si vt se ab hereditate absti.in casu aũt isto licet legatum prebeat causam lucratiuam.§.si res aliena insti.de leg.cũ legatum sit quedam donatio.l.legatum donatio est.de leg.ij.tamẽ quia dies legati cedit a die mortis ficte.l.a titio.ff.de furtis.ꝛ vere a die adite hereditatis.l.si tibi hõ.§.cum seruus.de leg.j. Et iõ statim ꝙ adita fuit hereditas competit actio ad petendum alimẽta in domo testatoris si nõ petijt videtur potius dãnificatus circa lucrum iam quesitum ꝙ nõ est lucratus quicquid aũt sit vel ꝙ fuerit dãnum passus vel amissio lucri nõ refert quo ad propositum ꝑ.d.l.ait pretor.§.hodie.ꝛ.d.l.ꝛ si sine.§.quesitum.

8 †Nec obstat ꝙ non reponitur in pristinũ statũ: qꝛ non possunt ꝓstari alimẽta ꝓterita in domo ꝛ non fit reputatio: qꝛ est aduertendum ꝙ reputationes fiunt quando minor al's locupletaretur.l.j.C.de repu.et satis censetur fieri reputatio si heres qui tenebatur prestare alimẽta in domo non artatur vt plus pecunie ꝓstet ꝙ̃ prestitisset si legatari⁹ minor stetisset secuz in domo quo fit vt minor a lesiõe releuet̃ ꝛ aduersarius maior nõ lucretur ex facilitate minoris: nõ tamen dãnificet̃ quinimmo posset attentari ꝙ citra remediũ restitutionis in integ. competat ius petẽdi restitutionẽ in integ.nam fauore minoris in ductũ est ꝙ in bonefidei iudicijs ꝛ in legatis ꝛ fideicõmissis cõmittatur mora irregularis.l.in minorũ.C.in quib⁹ causis in integ.resti.nõ est necessaria ꝙ ꝓcedit etiã si pro parte minoris erat aliqḋ implendũ qḋ impletũ nõ fuit dũmodo ei expediret id implere vt sibi impleret̃ vt est ibi tex.ſm lec.Jac.but.ꝛ Bar.quã ang.ibi dicit esse notabilem ꝛ eam approbat: ꝛ lz Bal.eam reprobet: tamen ab obiectione Bal.potest defensari prout ibi dico: ꝛ maxima est magis in decisiuis

in decisiuis auctoritas Barto. prout et dicit ibi Raph. fulg. maxie iuncta auctoritate Jaco. but. et Ange. Licet ergo dictus legatari⁹ nō habitauerit in domo vbi erant sibi relicta alimenta: tamen cōstat q expediebat sibi habere ibi alimēta et etatis et fragilitatis lapsus omisit offerre permanere in domo vt ibi alimenta assumeret ideo licet non obtulerit sibi debeantur vt supra saltem ope restitutionis per supradicta. 9 †Si autem ignorauit tunc nō fuit lesus sui facilitate quia et maior ignorans id fecisset: ideo nō competeret tūc sibi restitutio iur maioris etatis ex quo non fuit lesio causata dolo aduersarij vel sui facilitate prout requirit vt minori restitutio competat. l. fi. C. de in integ. resti. min. tamē licet non cōpetat tunc restitutio vt minori cōpetit ex clausula generali si qua mihi: quia iusta causa est dādi resti. in integ. ei qui lesus est ratione iuste ignorantie prout notant glo. Barto. et docto. in. l. ij. C. de iur. emphy. Dy. in regula cum quis in. vj. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. et idem not. Barto. in. l. aristo. §. fi. ff. de dona. ipse et Ange. in l. j. §. quod aūt. ff. de itinere actuq priua. gloss. j. in. l. j. C. de patria potestate. d. Anto. et Panor. in. c. si vigilanti. de prescrip. Bal. in consilio mihi. lv. incipiente Bartholomeus legauit Ang. in consilio. cxcvj. incipiente iam sunt. xc. anni als incip. ex themate suprascripto duo eliciunt dubia Pau. de ca. in consi. cccxiij. incip. visis et pōderatis: et in cōsilio. ccxc. qd incipit ego Paul. et Ang. in. l. si in sulam in. v. fal lentia. de ver. obli. et Jmo. ibi in. viij. fallē. Ex quib⁹ 10 videtur concludendū q effectualiter exigi possunt alimenta pro tpe futuro: et etiam pro tempore preterito vt. s. ¶ †Circa secūdū autem quesitum breuiter respondeo q ex quo alimenta debentur iure legati non ex dispositione iuris non tenetur operari habentibus alimentare. arg. l. libertis quos. §. fi. de ali. et cib. leg. et. l. gaio. §. imperator. eo. titu. prout not. Barto. in. l. diuortio. in princi. in prima col. ff. solu. mat. aliqua tamē seruitia prestare deberet: quia non debet stare sicut corpus mortuum. dicit Paul. de ca. sumens ex dictis Bal. in. l. j. C. de lega. qd et sumitur ex dictis barto. in. d. §. imperator. sed ex quo in posterum nō morat cum eis cessare puto huiusmodi operari. arg. eius quod habet in. d. §. impator. et in. d. §. manumissis nec puto q conditio psone legatarij vt heredū suadeat vt aliqua seruitia exhibeantur: cum emptore aūt nihil habet agere: qr nō ab eo: sed ab herede alimenta debent. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. clxxxv.

¶ Agens in rem iure dñij vel quasi probādo possessionē p plures testes singulares an possit pro se obtinere. per totum.

1 Actio publiciana ex quibus causetur.

Actor an possit cumulare simul dominiū seu quasi dominium.

2 Prescriptio cū mala fide de iure ciuili an causet exceptionem: et quotuplex est prescriptio.

3 Testis vnius dictum est vox nullius.

4 Possessio rei pbatur fructuū recollectiōe et testib⁹ singularibus.

Testes singlares pbāt de iurisditiōe et vsuario ac decimā recollectā.

Alius est dictio que diuersificat.

5 Responsio dubia intelligitur scdm interrogata.

Testiū dicta obscura qñq scdm interrogata interpretantur.

6 Testes possunt repeti post publicationē pcessus sup eorum dicto dubio saltim iudicis officio.

7 Probanda non venit de necessitate qualitas determiata ab eodē determinabili probato.

8 Negatiue probatio non coartate loco et tempore est impossibilis.

Interpretatio ea fieri debet vt non sit ludibrio interpretatum.

Par est veritatis vinculum et affectus.

Virtutes presumuntur nō autem vitia.

¶ Consilium. clxxxv.

1 In nomie domini nostri Jesu xpi. ¶ †Licet in hac consultatione videat prima facie dicendū q partes iudicis sint in absoluēdo dictum marinū Angeli reum conuētū. Non em videtur q dictus Jacobusantoni⁹ actor probauerit suam intentiōez prout probare tenetur. l. actor qd asseuerat. C. de proba. l. qui accusare. C. de edē. cū multis similibus: ideo intentans rem ad se pertinere iure dominij vel quasi prout de cōsuetudine alternatiue intētare potest. c. abbate sane. in prin. de re iudi. et per glo. in. §. alie. insti. de acti. et in. l. j. ff. de publi. debet respectu rei ven dicationis implorate pbare dominiū als ex illo capite reus absoluendus venit l. fi. C. de rei vendi. et. c. cū ecclesia sutrina in fi. de causa pos. et ppr. et si et ex capite quasi dominij: et sic publiciane debet succumbere si nō probatur quasi dominium qd quasi dominium causatur ex traditione et bona fide et causa habili ad translationem dominij. l. j. et. l. traditionē. et. l. quecūq. in prin. ff. de publi. et instit. de acti. §. alie. versic. nāq: sed nullus titulus habilis ad translationem dominij si traditio facta fuisset a dño ostendit. ergo nō probat quasi dñium: 2 et sic ex capite quasi dñij intentati in libello: et sic ex capite publiciane re⁹ venit absoluendus. †Similiter nec videt pbatum dñiū ex pluribus. et primo quia nullū medium probandi dominiū deducitur nisi prescriptiōis vel statutarie vel iur. cōmunis. prescriptio autem iuris cōmunis ad propositum. s. circa rē immobilem est duplex vna longi temporis: et ista requirit titulum. l. diutina. C. de longi. tempo. prescrip. vel aliquid loco tituli prout est iustus error circa titulum. l. celsus. ff. de vsuc. et. l. ancillam. ff. pro suo. et. l. qd vulgo. ff. pro emptore: sed nec titulus nec iustus error deducitur merito clarissimum est quod non potest actor obtinere ratione pscriptionis longi temporis inducte de iure communi. Alia est pscriptio iuris communis longissimi temporis. xxx. vel. xl. annorum et ista cum bona fide causat acquisitionem dominij. s. vtilis. l. si quis emptionis. C. de prescrip. xxx. vel. xl. anno. cum mala fide de iure ciuili causat exceptionem vt ibi. et. l. sicut. eo. titu. Sed nihil operat de iure canoni. c. fi. extra. eo. et. c. possessor malefidei. de regu. iur. in vj. et illi standū est. Non autem ad propositum refert: quia non probatur possessio. xxx. annorum. Licet enim duo testes videantur deponere de possessione. xx. annorum Joannis mangecti et vnus de possissione. xiij. annorum eius filij rei conuenti: tamen alius testis deponens de possessione decem annorum dicti Jocobiantonij sui filij in causa scientie dicit quia vidit dictum Jobñantoniū non sequitur vidit Jacobñantoniū. ergo possedit per decēnium. Similiter nō videtur probari concludenter quo ad prescriptionem statutariam: qr licet testes deponant de possessione Joannis mangecti per. xx. annos cuius temporis possessio videtur sufficere ex forma statuti de quo in themate: tamen videtur q dicta probatio nō releuet quia testes qui vident probare de possessione Joānis mñgecti et rei conuenti. vz Nicola Angeli et Paulus dominici Franciscus Euangelista et Joannes quidam non deponunt de tempore possessionis dicti Joannis mangecti prout fuit Joannes angeli quidam q laborator respondit de fructibus per annos. xx. vel circa vsq ad eius mortem dicto Joāni mñgecti alius. vz Euāgelista q audit Joānem mñgecti possedisse per annos. xx. vel circa profecto testimonium de auditu nil probat. c. tam literis. de testi. c. ingsitionis. §. quesiuisti. de accusa. et no. in. l. ij. §. idē labeo. de aqua plu. ar. Item supradicti alij videntur testes singulares. testibus autez singularibus non adhibetur fides. d. c. tam literis. l. iurisiurādi. C. de testi. c. cum dilecti. de elec. possessio autem Jacobiantonij non probatur nisi per vnum. vz Paulūdominici q per. xiij. annos per alium. videlicet dictum Nicolam per annos. v. per alium non plene de tpe vt. s. ita q nō videt probata possessio. xx. an. et sic non videt probata intentio agentis quo ad mediū pscriptionis statutarie qm nō est probata possessio. xx. an. 3 †Qd et videt ex alio dicēdū: quia dato sine preiudicio q esset probata possessio. xx. annor non videtur probate qualitates que ponderantur et requiruntur p dictum statum qd inducit hanc nouam prescriptionem: scilicet qd possessio fuerit pacifica. Sed dicti testes de pacifica possessiōe non deponunt nisi dicti Paulus et Joānes. Ipse autem Joānes non releuat: quia non deponit quāto tpe dictus Franciscus est vnicus non videtur releuare per. d. l. iurisiurandi cum concor. Ideo cū nō videatur pbata pacifica possessio nō militet statutaria pscriptio.

4 ¶ †His tamen minime refragantibus contrarium puto de iure respōdendum. Nā immo videtur q possessio. xx. anno. dicti Joannis mangecti sit legitime probata: nā Frācīscus deponit qd vidit possidere dictū Joānem mangecti per annos. xx. et vltra et subdit vsq ad temp⁹ eius mortis. Et similiter Paulus dominici q vidit possidere Joānem predictum per ānos. xx. et vltra vsq ad ei⁹ mortem pfecto isti testes non sunt singulares: quia vterq deponit qd vidit possidere per. xx. annos et vltra coadiuuatur dicta pbatio p depositionem Nicole qui deponit q ipe respondidit de fructibus dicto Joanni mñgecti per annos viginti vel circa vsq ad ei⁹ mortem, certe per recollectionem fructuum habitam a colono probatur possessio. l. titia. ff. de solutio. et que ibi habentur. et in. l. vniuersas. §. quod per colonum. et in. l. quamuis. §. j. ff. de acquir. posses. et dato quod circa recollectionem fructuum vel dispositionē de fructibus testis iste sit singularis. Tamen videtur q possessio probetur per testes singulares. vz quorū vn⁹ deponat de vno actu p quē resultat possessio et alius de alio actu puta: qr vnus vidit recolligere fabas alius seminare seu laborare tanq in re sua prout. s. quod possessio pbet per testes singulares voluit glo. in. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. et idem voluit Jacobus butri. ibi seu in fin. tituli. et ibi etiam tangit Barto. et docto. cōmuniter sequuntur illam glo. put dicit ibi Rapha. fulgo. idem tenens. et idem tenet Cy. post Pe. et Jac. de are. in. l. ij. C. que sit long. consuetudo. q et voluit Panor. in. c. cū dilecti. de electio. sequēs illam gl. quam et sequitur Angel. in sua disputatione que incipit hastensis miles vbi tractat: an testes singulares probent quem vsurarium manifestū: et tradit regulam quod ad probandum aliquid vniuersale plura indiuidua cōprehendens nō requiritur q testes sint cōtestes nisi in illo vniuersali: lz sint singulares in actibus imediate sup quibus deponunt et exēplificant in possessione iurisditiōis. Si vnus deponit q vidit decapitare talē et addit etiā alia exempla q causa breuitatis omitto: et nititur ex dicta glo. d. l. ob carmen. et idē voluit Pau. de leaz. in quadam sua questione que incipit contra instrumentum. et idē voluit Bald. in repetitione. l. de quibus in pe. char. ff. de. ll. et in. l.

actor quod assenerat. C. de proba. referens Jaco. butr. et in d. l. ob carmen. §. si. et in l. j. C. de testamentis. et speculator in titulo de inquisitione. §. nunc tractemus versi. item sufficit et in titulo. de test. §. nunc vero. de interrogatorijs versi. Itē quid de tempore. vbi dicit sufficere si vnus deponit quod vidit tali die puta die martis titiuz recolligere granum et aliū vidit eum die mercurij recolligere oleuz vel fabas. Nam probatur per eos possessio. Satis enim est quod in principali de quo agitur. s. in possessione concordent. et idem voluit dominus Anto. in capitulo cum oporteat. de accusa. et etiam Innoc. ibi prout cōmuniter allegatur. Et licet quidam dicat ibi Innocē. contrarium velle: quia pro vltima opinione recitat eos qui tenēt huiusmodi testes singulares non probare: et vltima opinio censetur approbata per auctorem per. l. qui filium §. sabinus. ff. ad treb. nihilominus non recederem a communi allegatione que fit de Inno. quia illa vltima opinio recitatur sub verbo alij et precedentem opi. ponit ipse Innoc. simpliciter. Unde illa prima opinio videtur ab eo approbari quasi verbum alij diuersificet alios ab eo prout in opinionibus glo. probatur in multis locis inter cetera in. l. iij. §. hec pena. ff. quod quisque iuris in glo. j. iuncta glo. in verbo aduersario posita in. l. j. secūdo responso. e. ti. et etiam probatur in dicto responso in glo. in verbo potestatem iunctis dictis Barto. ibi idem probatur in glossis. l. ij. in princ. ff. de dona. iunctis dictis doct. ibi et probatur cōiungendo glos. l. certi condictio. in prin. ff. si cer. peta. cum gloss. rubrice. eo. titu. prout et ponderat ibi clarissimus doctor dominus ioannes de monte sperello mihi pater et domin' observandus quod et sumitur ex glo. fi. l. si idem cum eodem. §. si vna. ff. de iurisdi. om. iudi. iunctis ibi no. per Barto. et docto. item idez voluit speculator in titulo. de teste. §. antepe. post principiū dicēs quod si vnus testis ad probandum decimam recollectam dicit de x. corbibus et alter de quinque recollectis pro decima probant decimam recollectam secundum eum. et idem voluit ioan. an. in. c. j. de arbitr. et per bal. in. l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudi. in. xix. colū. Et idem in probatione fame voluit ipse Bal. in. d. l. j. C. de testa. et imol. in. l. inter pares. ff. de re iudi. licet in tertia colum. et se. videatur de rigore iuris velle contrariuz. Tamen videtur velle quod hec pars sit seruanda in pratica propter auctoritatem Accursij innoc. ioā. and. et spec. Et ipse idem imo. ibi in vltima colū. versi. forte posset tolerari videtur etiam in hoc concordare dum dicit posse tolerari quod si vnus testis vidit recolligere ordeuz alius quod vidit recolligere granum: quia sunt contestes in proxima causa secundum eum. idē Jaco. but. in. l. ariani. C. de hereti. et per Baldum in. l. j. C. qui numero tutelarum accedat etiam gloss. in canone nihilominus. iij. q. ix.

5 † Nec obstant iura que dicunt testes singulares ex quo concordāt in probando idem de quo agitur. Coadiuuatur etiam dicta probatio possessionis: quia probatur per Joannemangeli quod Joānes mangecti possedit pacifice et quiete: licet non multum artet: quia non probatur per quantum temporis. Item iuuatur quoniā probatur per plures testes quod post mortem Joannis māgecti possedit dictus Jacobusantonius eius heres. videlicet per Nicolam qui deponit quod vidit dictum Jacobumantoniū possidere post mortem dicti Joannis mangecti per annos quinque. Item per paulum qui deponit de annis tredecim. Item aliquid confert depositio Francisci qui deponit quod vidit dictum Jacobumantonium post mortem Joannis predicti expellere laboratorem de dicta petia terre quod est magnum signum possessionis. Item videtur probari per Euangelistam qui primo deponit quod audiuit dictum Jacobumantonium possidere. xxx. annis: et vltra computato tempore sui auctoris: et sic primo deponit de sua possessiōe in causa sciētie dixit quod prout. s. testificatus est ipse audiuit dici vt supra ipsum Joannem mangecti tenuisse et possedisse supradictam petiaz terre spacio. xx. annorum vel circa vsque ad tempus sue mortis: et qd post mortem dicti Joannis vidit dictum iacobumantoninz vt heredem predictum per tempus. x. annorum vel circa: licet iste testis vel notarius in causa scientie obmiserit verbum possidere: tamen videtur quod subintelligatur ex precedentibus. Per precedētia enim sequentia declarantur. l. si seruus plurium. §. fi. de lega. j. et. l. heredes palam. §. sed si notam. de testa. ideo ex quo supra deponit quod audiuit Joā. mangecti possedisse vsque ad mortem subdendo et post mortem predictam vidit dictum Jacobumantoniumvt heredem videtur quod subintelligatur. s. possedisse qd et demonstratur: quia aliter non fuisset apta responsio nec conueniens interrogatiōi: immo ridiculosa quod non est presumendum: immo responsio intelligitur vt conueniat interrogationi. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. acti. Item dicta in prefationibus censentur repetita in sequentibus. l. titia respondit. §. item respondit. de verbo. obliga. et. l. item quia. ff. de pactis longe fortius dicta in interrogatione censeri debent repetita in responsione saltem quando

6 aliter responsio non accommodaretur interrogationi. † Et insuper nedubiam. Et dictum dubiū testis potest etiam post publicatas attestationes repeti ex officio iudicis. c. cum clamor. de testi. et ibi gl. Innocen. et docto. et glo. in. §. quia vero. in auten. eo. titul. et per gl. in. c. per tuas. eo. tit. et Bal. in auten. atqui semel. C. de probat. itaque si iudici videretur qd dicte rationes non omnino concluderent repetat ipsum testem et non procedet in equiuoco et tantomagisquā to et sine hoc teste remanet probatio qd dictus iacobusantonius possedit per annos saltem quinque et illi coniunguntur cum possessione sui auctoris. l. pōpo. §. cū quis adminiculo cux. §§. sequētib'. de acquiren. posses. ita quod si quod obstaculi haberet dictuz Nicolae propter dictionem vel circa suppletur per coniunctionem possessionis dicti iacobiantonij heredis cū possessione Joānis mangecti: ita quod clarissime est probata possessio longi temporis. xx. annorum et vltra ita quod interest iudici qd sententia omnimodo ferenda pro parte actoris possit iustificari ex pluribus capitibus: et sic qd dictus testis repetatur vt deducatur possessio triginta annorum: licet non putem necessarium: quoniam principale fundamentum facio in possessione. xx. annorum que sine dubio est probata: et per consequens in prescriptione statutaria cui non obstant adducta in contrarium. Non enim obstat quod statutum simpliciter loquēs interpretari solet secundum ius cōmune vt iuris communis correctio euitetur: quia respondetur quod hoc casu secus est dicendū. Naz mens statuti apparet ex pluribus quod non loquitur secundum ius commune vt clare demonstrant verba statuti.

7 † Nec obstat quod statutuz requirit pacificam possessionem cū loquatur in eo qui fuerit in possessione pacifica et bona fide. Nā duo testes deponūt quod ioānes māgecti possedit pacifice et quiete. videlicet Paulus dominici et Joannes angeli: licet ioānes non deponat de quanto tempore. Itē statutum cumulat duas qualitates. s. cum bona fide et pacifica. Bona fides autem non requiritur qd probetur per notata per glo. et doc. in. l. penultima. C. de euic. et in. c. si diligenti. de prescrip. ita quod non requiritur qd probetur aliqua qualitas cum determinentur ab eodē determinabili: ideo pariter determinentur arg. l. iam hoc iure. et. l. lucius. ff. de vulga. et pupil. et. l. hereditatē. et. l. quamuis. C. eo. titulo. Et maxime quia pacifica est que nō habet contradictionē contrarium paci est bellum carentia belli non cadit in sensum testis maxime in huiusmodi particularibus: quia posset quis cōtradicere in absentia testium et impossibile esset quod vnus testis continuo per. xx. annos staret ad videndum an fuerit contradictum mota molestia super possessione talis rei. Adeo qd si esset necessaria probatio quod pacifice possideret per. xx. annos et non sufficeret probare quod possedit per. xx. annos dictum esset quodāmodo elusorium: quia raro vel nunquam probaretur: quoniam ista qualitas non cadit in sensum testis quod non potest probari per testes: quoniam includit in se negatiuam non coartatam loco aut tempore: taliter quod cadere valeat in sensum testis: ita quod est improbabilis per testes iuxta tex. et que ibi habentur in. c. cum ecclesia sutrina. de causa pos. et proprie.

8 † Nec vllo pacto videtur dicendū quod fuerit de mente statuētium quod nitens ex eo statuto habeat docere illā quātitatem: et sic reddere quasi ludibrio illam statutariā dispositionem. ar. c. cōmissa. de elec. lib. vj. vbi ne de facili reddatur ludibrio dispositio interpretatur lex nona aliter quam aliter esset interpretanda facit. l. si pretor. de iud. et. c. abbate sancti syluestri. de verbo. signi. itaque inter preterea istud statutum quod in dubio pacifica censeatur nō probata controuersia seu contradictione prout bonefidei censetur nō probata mala fide: et maxime quia pax est vinculū charitatis. dicit Jo. an. extra de treuga et pace in rubri. et in. c. j. et est affectus charitatis. dicit sanctus Thomas de aquino secunda secūde articu. iij. Et est virt' idē eadem questione articulo. iiij. Et oīa appetunt pacem idem eadē questione articulo. ij. Pacificus dicitur a pace virtuti cōtrariantur vitia: vitia nō presumuntur: sed virtutes. l. merito. ff. pro socio. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. et. c. si. de presump. sed virtutes sic vt dictis iuribus et per glo. in. c. si forte. de elec. lib. vj. que inter cetera dicit quod pacificus quis presumitur: ideo in his terminis videtur ex omnibus iaz dictis tenendum qd sit satis plene probata possessio sufficiens ad victoriam actoris. Laus deo.

Summariū super consilio. clxxxvj.

1 ☞ Substitutio de Jacobo si superuixerit et de filijs Jacobi casu quo non superuixerit restringitur ad temp' mortis testatoris ita qd filij predicti non videntur Jacobo substituti si Jacobus superuixerit. nu. seq. et per totum.

2 Confessio per verbum credit qñ ita preiudicat prout confessio de veritate.

Responsio per verbum credit inducit confessionem.

Filij positi in conditione an videātur tacite inuitati. per totum

3 Substitutio que rūpitur qñ superest persona quam ex verisili mēte testatoris excludit substitutū substentatur quādo illa persona que superest non est successura.

4 Statutum per qd stantibus masculis non succedit femina intelligitur ipsis valentibus et volentib' succedere.

1 In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶† Viso dicto pũcto ⁊ copia instrumẽti mãdati dati syndicis castri fabri ⁊ instrumẽto publico trãsactionis et compositionis facte per dictos syndicos cum eorũ aduersarijs et ponderatis his que hincinde adducũtur per consultantem. Licet videatur prima facie dicendũ ꝙ dicta cõmunitas castri fabri teneatur ⁊ astricta sit stare dicte transactioni que dicitur facta sup terrenis de quibus pendebat lis inter cõmunitatem castri fabri et cõmunitates castri sancti Laurentij ville picacarum et ville fracte cum quibus seu earũ nomine facta est transactio. Nam dicta cõmunitas dedit mandatũ generale ad lites ⁊ causas cum plena ⁊ libera administratione per qd mandatũ censetur etiam cõcessa facultas transigendi sup lite ⁊ causis sibi cõmissis: vt est satis expssum in.c. qui ad agendũ.in fi.de procu.lib.vj.⁊ facit.l.procurator cui libera. ff.eo.ti.vbi Bar.hoc idem no.dicens ꝙ idem importat clausula ꝙ possit facere quicquid facere põt dñs. Et pariter clausula promittens se ratũ habiturũ omne id qd ⁊c. vt ibi latius per eum que due clausule fuerũt apposite in instrumẽto syndicatus de quo agitur. et idem in prima clausula ponit Bar.in.l.creditor.§.lucius.ff. mãdati.de scda ponit idem Bar.in.l.j.ff.de offi.procura.ces. vbi Pe. et Cy.tenent cõtra: qd ⁊ tenet glo.in.l.procuratorẽ.ff.de procura. vbi Ange.allegat Specu.velle idem ꝙ glo.cõtra Bar.⁊ idem glo. Jnno.⁊ Panor.in.c.cõtingit.de transac.⁊ Pau.de cast.etiã in.d.l. pcurator cui libera.licet pro Bar.multũ vrgeat.d.c.contingit. sed non refert: quia sunt alie clausule clare ꝙ fuit cõcessa plena ⁊ libera

2 administratio.ergo transigere potuerũt.† Nec videtur refragari si dicatur ꝙ nõ interuenit decretũ superioris sup creatione syndici: prout videtur requiri per tex.in.l.j.C.de seruis reipublice manu.⁊ tenet glo.in.l.nulli.ff.ꝙ cuiusqꝫ vniuersi.nomine.⁊ Dy.eam sequatur: quia licet illa glo.⁊ Dy.illud teneãt: tamẽ Bar.in.l.actor rem ratam habe.tenet cõtrariũ post glo.ibi.⁊ Gui.in.d.l.nulli. vbi etiã ipse Bar.idem tenet quod ⁊ tenet Panor.in.c.j.de syndico. Licet debeat de mãdato supioris congregari.l.obseruare.C.de decurio. lib.x.⁊ ibi Bar.⁊ idem Bar.in.d.l.actor.⁊ Panor.in.d.c.j.de syndico.tamẽ hoc casu videtur interuenisse: quia instrumẽto syndicatus id asseritur et in dubio standũ est instrumẽto.l.precibus.C. de fide instru. vnde nihil videtur impingi posse dicte transactioni.

3 ¶† His tamẽ non obstantibus cõtrariũ puto de iure respõdendũ ea potissima ratione: q2 in casu isto fuit facta alienatio rei ad vniuersitatem castri fabri spectantis: ⁊ licet in creatione syndici forte regulariter nõ requiratur decretum superioris: tamẽ secus est vbi syndicus creatur ad alienandũ rem vniuersitatis per.l.j.C. de seruis reipublice manu.⁊ no.Bar.in.d.l.j.⁊ in.d.l.nulli. et in dicta.l. actor. non enĩ possunt bona vniuersitatis hmõi alienari sine decreto superioris: vt.d.l.j. et in.l.fi.de venden. rebus ciui.lib.x. ideo in dando mãdatũ ad alienandũ requiritur decretũ superioris: et casu

4 quo nõ requireretur cõstitutioni syndici.† Tamen requiritur in alienatione per illã legẽ.et quia vniuersitas equiparatur pupillo. dicit Bar.in.d.l.nulli.per not. per glo.in.l.j.§.ꝙ si nemo.eo.ti. et per.l.rempublicã.C.de iure reipublice lib.x.et licet.d.l.fi. de rebus ciui.nõ alie.⁊.d.l.j.C.de seruis reipublice possit dici ꝙ loquãtur in bonis ciuitatũ: tamen Bar.loquitur generaliter in vniuersitate: ⁊ ita glo.d.§.ꝙ si nemo.⁊ ipse Bar.in.l.ciuitas.ff.si cer.peta. specialitatem illius legis trahit ad quãlibet vniuersitatẽ.⁊ idem glo. ibi et Jaco.de are.sequens glo.idem ibi Ang.transiens cum Bar.qd saltẽ procedit in vniuersitate: adeo magna ꝙ eius negotia exercet per alios puta per administratores vel consilium: nam tunc cõparatur ciuitati: prout voluit Bar.in.l.res publica.C.ex qbus causis

maior. volēs ꝙ prout res publica ciuitatis habet in integ. resti. ita et alie vniuersitates que negotia sua expediunt per alios: ⁊ ita cōmuniter omnes tenent ibi. ⁊ in d.l. ciuitas. vbi Jaco. but. facit dictam dist. inter vniuersitatem magnā que sua negotia expedit per alios prout castra per syndicos et ꝓpositos: quia nimiū difficile et quasi impossibile foret ꝙ pro singulis negotijs omnes cōgregarētur ⁊ eadē opi. approbat ibi Richar. de saly. ⁊ est equitati ⁊ rationi cōsona ſm Raph. qui ita trāsit. ⁊ idem cōcludit ibi Bal. in recollectis: ⁊ in effectu idem cōcludit in lec. licet per alia verba: ⁊ idem tenent doct. prout ibi dicit Pau. de cast. idem tenēs ⁊ idem finaliter videtur velle Pōta. licet primo sequatur Bar. qui magis generaliter equiparat collegia ciuitati: sed nō refert quo ad propositum nostrū: quia vtraq; opi. cōcludit in casu nostro dictā equiparationem. Cum itaq; in alienatione rerū immobiliū pupilli vel ciuitatis requiratur decretū iudicis: vt. d.l. fi. de rebus ciui. alie. ⁊ d.l.j. de seruis reipub. ⁊ ff. de rebus eo. per totū: ita ⁊ in rebus castrorum et aliarū similiū vniuersitatū requiratur decretū superioris vt alienatio valeat per pdicta: ⁊ prout in simplici alienatione: ita ⁊ in trāsactione requiritur: vt not. per glo. ⁊ doc. in l.ij. C. si aduer. transac. Et ideo quia in trāsactione de qua agitur super re immobili facta non interuenit decretū: ideo transactio nō nocet: ⁊ casu quo valeret ⁊ obstaret dicto castro fabri haberet dictū castrū resti. in integ. per. d.l. res publica prout tenent ibi Bar. ⁊ doct. cōmuniter volentes qd vniuersitates hmōi quarū negotia cōmuniter expediuntur per homines particulares si ledūtur habent restitutionē in integ. et in hoc fere omnes cōcordant. Quinimmo ⁊ parue vniuersitates que quotidie cōgregantur vult Jaco. de are. ꝙ habeant restitu. in integ. si leduntur. dicta em̄ distinctio inter paruā ⁊ magnā vniuersitatem nō probatur iure nec ratione: quia in parua etiā non reperitur cōsensus verus: nec vera negligentia sed ficta cum multi sint pupilli ⁊ infantes qui nō cōsentiunt quinimmo nec possunt cōsentire quorū fauore castri ⁊ ville quantūcūq; parue merentur resti. in integ. ſm Bal. in d.l. res publica. Preterea videmus qd legatus municipij restituitur vt ibi not. ⁊ est tex. in l.j. eo. titu. ergo fortius municipiū: quia ppter qd vnūquodq; ⁊ illud magis aut. multomagis. C. de sacrosan. eccle. ſm eundē Bal. qui hoc firmat qd ⁊ firmat ibi Saly. Et idem tanq̄ equū videtur tenere Jo. and. in addi. spe. in titu. de resti. in integ. prout refert ⁊ sequitur Pau. de cast. in d.l. res publica. accedat opi. glo. Jaco. de are. in d.l. ciuitas. et Bar. ibi ⁊ Ponta. quorū opi. procedat saltē in vniuersitatibus que habent infantes ⁊ personas que nequeunt cōsensum adhibere per rationem Bal. ⁊ distinctio Jaco. but. ⁊ sequaciū procedat in alijs vniuersitatibus puta in vniuersitate scholariū in vniuersitate mercatorum campsorū ⁊ hmōi vel procedat in his qui emunt salinas vel alios redditus ex publico de qbus in l.j. §.j. ff. qd cuiusq; vniuer. nomine in quibus exēplificatur in d.l. ciuitas membrū illud Jac. but. de paruis collegijs: ⁊ nō procedat in castris vel alijs similibus vniuersitatibus in quibus sunt infantes ⁊ mulieres que nō interueniunt in vniuersitatis cōgregatione. Et tamen etiam de earum lesione et preiudicio agitur. Et maxime si cōsuetudine vel statuto disponatur ꝙ nō requiratur ꝙ interueniāt due partes totius vniuersitatis: sed sufficiant tot vel tales ⁊ tales ⁊c. itaq; puto qd dicta vniuersitas castri fabri sit talis ꝙ in alienatione rei sue requiratur decretū iudicis. Item ꝙ si lesa fuit: prout presupponitur haberet resti. in integrū si trāsactio valuisset. Aduertendū etiam est ꝙ etiā in alijs negotijs vniuersitatum nōnulli tenent ꝙ in creatione syndici debet interuenire auctoritas vel cōfirmatio superioris prout tenet gl. in d.l. nulli. ⁊ inter ceteros velle videtur Jmo. in l. si quis mihi bona. §. iussum. de acqui. heredi. licet possit aliter intelligi voluit etiam Bal. in d.l.j. C. de seruis reipub. ma. ꝙ requiritur auctoritas iudicis nisi eorū propositi habeant iurisditionē ⁊ ita videtur intelligendū ꝙ no. idem Bal. in l. omnes. ij. §. hoc mihi. C. de epis. et cleri. dicens qd in constitutione syndici ſm Guil. de cu. non est necessaria auctoritas iudicis. sed subdit Bal. dic ꝙ prepositus habet instar iudicis puta abbas abbatissa prior alicuius cōuentus et similia: sed si est vniuersitas que nō habet prepositum puta aliqua villa non posset cōstituere syndicū nisi haberet vicariū qui teneat ibi instar iudicis. Licet autē dictum castrū habeat superstites ſm ꝙ asseritur in instrumēto syndicatus. Tamē nō puto ꝙ sint tanq̄ caput vniuersitatis ita ꝙ habeāt instar iudicis. Maxime quia video non nominatos primos: neq; inter primos saltem Thomas

5 Luce vnus ex superstitibus. † Item Pau. de cast. in d.l. nulli. dicit pro concordia ꝙ aut sunt vniuersitates que non recognoscunt superiorē ⁊ procedat opi. Bar. ꝙ cum requiratur interuētus iudicis: aut sunt vniuersitates que sunt subdite ⁊ tunc secus. Et hoc tenendo nō obstat ꝙ in instrumēto dicitur ꝙ congregatio fuit facta de licentia potestatis treuij: quia respōdetur ꝙ illa verba enunciatiua actus alio tempore gesti in instrumento prolata nō probant: quia instrumentū non probat nisi gesta tēpore instrumenti vt no. Inno. in c. qm̄ contra falsam. de pba. ⁊ Bar. in l.j. C. de fide instru. et iure aste fisca. lib. xj. ⁊ dn̄i de rota in decisio. lxx. ⁊ cōmuniter tenetur. Preterea aliud est dare licentiam vt vniuersitas cōuocetur et cōgregetur: aliud auctorizare vel cōfirmare seu approbare ea que in vniuersitate disponūtur ꝙ autem vniuersitas cōgregari debeat de mandato superioris probare videtur tex. in l. obseruare. C. de decur. lib. x. ⁊ ibi no. Bar. ⁊ etiā in l. actor. ff. rem ratā haberi aliud autē est dare licentiā vel mandatū vt vniuersitas cōgregetur aliud est approbare gesta per ipsam vniuersitatē congregatā vt de se est notissimum. ⁊ licet Bar. in d.l. actor. dicat ꝙ decretum superioris presumitur quādo vniuersitas congregatur de mādato superioris vel ipsum mandatū precedens censeatur decretū: quia respōdetur ꝙ Bar. loquitur quādo mandatū precederet ꝙ vniuersitas cōgregetur ad tale quid faciendū: ita ꝙ innotuerit superiori id qd erat faciendum in vniuersitate: tunc enim satis apparet intentio mandantis ꝙ approbare intēdebat illud factū. Sed quādo simpliciter mandat qd vniuersitas cōgregetur forte ad instantiā superstitum qui forte narrant in genere ꝙ habēt aliqua negotia vniuersitatis tractare propter que oportet cōuocari vniuersitatē non aūt declarant que sint prout plerūq; contingit ⁊ milies cōtingit in hac ciuitate in qua consiliū priorum ⁊ camerariorum semper de licentia et mandato gubernatoris cōuocatur ⁊ nunq̄ aliter. Et tamē rarissime scit gubernator ad quid conuocetur tunc nulla ratio suadet ꝙ tale mandatū precedens censeatur decretū approbatiuū eorū que in vniuersitate postea fiunt ignorāte superiore: nec hoc casu loquitur Bar. qui loquitur quādo vniuersitas de mandato superioris ad hoc est adunata: vnde intelligatur quando mandat superior ꝙ adunetur ad hoc faciendū in hoc tamen medio nō facio magnum fundamentū: maxime quia cōmuniter prouident statuta vel cōsuetudines qualiter vniuersitates cōgregentur ⁊ qualiter syndici cōstituantur: tamē generalis cōsuetudo vel statutū non traheretur ad casum quo haberet fieri alienatio rerū vniuersitatis in qbus alienandis requiritur decretū: vt. s. in primo principali medio dictū est. Animaduerto etiā ꝙ in dicto instrumēto non dicitur ꝙ homines nominati in instrumento predicto qui sunt. xxviij. numero sint tot ꝙ faciūt vniuersitatē vel ꝙ sint due partes hominū dicti castri prout solet dici in alijs instrumētis factis de gestis per vniuersitatem quādo vniuersitas vel collegiū non habet certum et vniformē numerū: nec dicitur ꝙ vniuersitas faciat. sed ꝙ dicti homines nominibus eorū proprijs ⁊ vice ⁊ nomine aliorum hominū dicte vniuersitatis. ꝙ etiā nō solet dici in alijs actibus collegiorū vel vniuersitatum: itaq; saltē si nō essent illi nominati due partes hominum dicte vniuersitatis nihil potuissent dicti syndici facere in preiudicium dicte vniuersitatis per. l. nulli. ff. qd cuiusq; vniuersi. no. ⁊ l. nominationū. de decurio. lib. x. puto tamē ꝙ hec emanauerint ex

6 imperitia notarij. † Ultimo iuuatur cōmunitas fabri: quia videtur ꝙ fuerit enormiter lesa attēto ꝙ dicta tenimēta erant in totū dicte cōmunitatis fabri: prout mihi ꝓsupponitur: ⁊ attento ꝙ per dictas cōmunitates castri sancti Laurentij ⁊ ville picacarū et ville fracte dicebatur ꝙ ad eas ꝑtinebat dimidia tenimenti de quo litigabatur ⁊ per transactionē est attributa eis maior portio: cum eis attribuātur tres partes de quatuor partibus vbi ipsemet pretenderent habere tres partes de sex partibus sunt tamē aliqua in totum reseruata dicti cōmunitati castri fabri que essent considerāda vtrum sint tante estimationis qd correspondeant illi maiori parti attribute dictis tribus vniuersitatibus cum quibus est trāsactum vel ꝙ faciunt cessare enormē lesionem: attento etiā dubio euentu litis ⁊ vexatione ⁊ expensis que euitantur ppter transactionē que omnia sunt cōsideranda ad discernēdum lesionem in transactione per no. per glo. Bar. ⁊ Jmo. in l. lucius. §. fi. ad treb. ⁊ per eundem Bar. in l. ij. C. de rescin. ven. ⁊ in l. si quis cum aliter. de verb. obli. ⁊ in l. si societatē. §. arbitrorū. ff. pro socio. ⁊ facit optime ꝙ per glo. in l. per diuersas. C. mādati. Et licet nōnulli teneant ꝙ etiā habita dicta lesione nō rescindatur transactio remedio. d.l. ij. C. de rescin. ven. vel simili: tamē omnes cōcordāt ꝙ vbi interuenit dolus rescindatur. Dolus autem solet presumi ex enormi lesione: prout doct. no. in d.l. si quis cum aliter. ⁊ in c. quintauallis. ⁊ in c. cum contingat. de iureiur. ⁊ in d.l. si societatem. §. arbitrorū. vbi Bar. vult qd sufficiat minor lesio quādo actus per aliū geritur quā quando per seipsum: facit quia nō videtur venire in generali ⁊ libera cōmissione id qd verisimiliter non fuisset cōmissum in specie. ar. d. regule in generali. ⁊ l. qui peculij. ff. de pecu. Hoc tamen totū videtur iudicio iudicis cōmittendum: qui habet arbitrari: an sit tanta lesio qd dolus coniecturetur cum dolus ex perspicuis indicijs arguatur. l. dolum. C. de dolo. alia itaq; prima fundamēta sunt magis secura: non enim video quanta fuerit lesio. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxc.

☞ Emphyteosis stipulata pro se vsq; in tertiā generationē an eo stipulatore decedente superstite filia et nepote ex filio masculo premortuo deferatur filie primiori vel nepoti masculo. per totū.

1 Nepos conceptus post aui mortem an ei agnascatur.

Cōtrahentes videntur velle regulari scdm iuris cōis dispositionē.

2 Generationis vel generātis seu generis aut generalitatis appellatione qui veniāt an vero generata vel generāda etiam in stipulatione facta pro se ⁊ suis in tertiam generationem. nu. seq.

Generationis

3 Generationis appellatione non veniunt nati ex femina nec esse de progenie vel sanguine.
Progenies nomen sonat proprie in agnationem.

4 Succedunt filius ⁊ filia eorum parentibus ascendẽtibus exclusis collateralibus iure cõmuni.

5 Diuisio est in arbitrio iudicis et fieri debet ne patrimonij vires confundantur.

Consilium.cxc.

In nomine dñi nostri Jesu christi. † 1 Pluries super hac consultatione cõsultus dubitaui: semp tamẽ fui sententie quã firmare intendo. videtur enim prima facie dicendum ꝙ dicta dña Cornelia ⁊ dicta dña Mariana filie dicti accursij preferãtur in dicta re emphyteotica dicte Felici nepti ex filio dicti Accursij: nam ipse Cornelia et Mariana sunt proximiores ipsi accursio stipulanti: et ideo videtur ꝙ deficiente masculo ipse insolidũ veniant. arg. l. cum ita legatur. §. in fideicõmisso. ⁊ l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. ⁊ l. fi. C. de verb. sig. Facit quia stipulator censetur se conformare cũ dispositione iuris vt qui succedit ab intestato ipse succedat ex dispositione inter viuos vel vltima volũtate per nomina collectiua que cõprehendũt plures psonas que gradatim inuitãtur ab intestato: prout voluit Barto. loquens in similibus terminis emphyteote stipulationis in. l. iurisiurandi. §. si liberi. de oper. libe. cuius theoricam refert et approbat Innõ. in. c. potuit. in fi. de loca. ⁊ in. l. fi. ff. de cõdi. ⁊ demõ. idem Bar. in cõsi. incip. quidã accepit a quodã abbate al's questio ista habet duo dubia in ordine mihi. cxxxij. ⁊ al's in simili post Dy. tenent Bar. Ang. Rapha. cuma. et Pau. de cast. in lec. paduana in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. Pe. de ancha. post Bald. in. l. tres fratres. ff. de pac. ⁊ sparsim doct. in multis locis ideo cum dicte Cornelia ⁊ Mariana sint successure dicto stipulãti saltẽ pro duabus partibus cõcurrẽtes cum Felice nepte: ⁊ fortasse preferrentur in totũ si felix predicta fuit cõcepta post mortẽ accursij stipulatoris per. l. j. si quis proximior. ff. vnde cogna. ⁊ l. fi. ff. vñ legi. et. l. paulus. §. paulus. de bo. liber. Et licet dicta Felix sit proximior dicto Felici eius patri ad quẽ deuenit dicta emphyteosis: tamen dicte Cornelia ⁊ Mariana sunt proximiores accursio stipulanti. Et hoc videtur attendendũ: prout voluit Bal. in quodam cõsilio incipiente premissis verbis statutorũ in quo cõcludit ꝙ si emphyteosis venit in partẽ vni ex fratribus illo decedẽte nõ succedit sibi in emphyteosi eius proximior si est alius proximior stipiti qui emphyteosim quesiuit pro se et sua generatione. Et attenta ratione que põderatur in pũcto pro parte dicte Felicis. s. ꝙ ipsa sit generatio masculina ex quo generata a masculo descẽdẽte ex ipso stipulãte: ita etiã dicte Cornelia ⁊ Mariana pari ratione possent dici generatio masculina ipsius accursij. Et ꝭm hoc dictus Felix nõ debuisset pferri ipsis Cornelie: ⁊ Mariane: ⁊ si tenuit videt̃ attenta dicta ratione tenuisse iniuste ⁊ indebite: ⁊ ideo per hãc viã ipse succedãt 2 saltẽ in duabus partibus de tribus in dicta emphyteosi. † His tamen nõ obstantibus cõtrariũ puto de iure respõdendũ. nam dicta emphyteosis deuoluta fuit insolidum ad dictum Felicem filiũ masculum. nam aduertendũ est ꝙ noĩa verbalia: prout est verbum generatio habent significationẽ actiuam ⁊ passiuam ꝭm grãmaticos. l. filiusfa. ff. de testa. ⁊ ibi glo. et insti. de heredũ quali. et diffe. §. testamẽti factio in terminis autem hmõi solet vt plurimum poni passiue pro persona generata prout dicit Bar. in aut. qui rem. C. de sacrosan. eccle. ⁊ in cõsilio ꝙ incipit cõcessa alicui emphyteosis: er ideo dicitur cõsuluisse Imo. in cõsilio ꝙ incipit in casu premisso anteꝙ veniã ⁊ idem vult Bal. in aut. defuncto. C. ad tertul. ⁊ Bal. in. d. l. cum acutissimi dicit ꝙ generãs dicitur psona genus dicitur parẽtela generalitas dicit̃ illa qualitas in abstractu idest in intel3 lectuali sumpta in omni psona in qua representatur generans ⁊c. ꝭm Bal. ibi. † Et sic generatio masculina dicitur masculus ⁊ nõ femina: licet generata ex masculo. Facit optime quia non prefertur ipsa generatio: prout est in actu actiuo generãdi: sed prefertur psona generata: itaq3 illa verba preferẽdo semper generationem masculinam necessario significant personã generatam: ideo masculus sit generatio masculina. Pro quo facit: quia multi tenẽt ꝙ appellatione generationis non veniant nati ex femina: prout videtur velle Bal. in. l. cum acutissimi. in lec. antiqua. C. de fideicõmis. ⁊ videtur tex. in. c. vbicũq3. de penis in. vj. Et facit optime quia nõ dicuntur de genere ascendẽtis. l. j. ff. de iure immu. ⁊ Bar. ibi: et in. l. quia tale. ff. solu. matri. ⁊ tex. iuncta glo. in verbo generi. in aut. de incestis nup. in prin. ad idem tex. cum glo. in. l. j. ff. de proba. Facit quia nati ex femina nõ dicuntur ex sanguine. l. consanguinitatis. et. l. lege. xij. tabu. C. de lega. here. Item nati ex femina nõ dicũtur de progenie: quia verbũ progenies proprie sonat in agnationem: prout dicit Ponta. in. l. j. in prin. ff. ad sylle. allegat. l. fi. C. de dotis promis. iuncta. l. dedit dotẽ. ff. de colla. bonorũ. Item ꝭm phylosophos naturales in generatione nõ requiritur semẽ mulieris: put refert ⁊ sequitur Fede. de senis in cõsi. ccxl. ⁊ Panor. in. c. fraternitati. de eo qui cog. cõsang. vxor. sue. Et vidi pluries pro hac parte consultũ. et si hoc est necessario ponitur pro persona generata qm̃ al's non possumus verificari verba illa generatio feminina. Sed quicquid sit de dicto articulo an videl3 appellatione generationis veniat descendens ex femina in terminis nostris videtur clare tenendum ꝙ preferri debuerit dictus Felix: qui est ex omni capite generatio masculina ꝙ non cadit in feminis que saltẽ passiue non possunt dici generatio masculina facit aut. itaq3. C. cõmunia. de succes. ⁊ ita est verisimile ꝙ fuerit de mẽte stipulãtis. Hoc psupposito ⁊ firmato ꝙ dicta res emphyteotica de iure deuenerit ad dictũ Felicem filiũ masculum: tũc resultat ꝙ prout felix ipsa succedit patri in hereditate: ita et succedat in emphyteosi. nam maxima suadet equitas ꝙ bona deuoluta ad patrẽ transeant ad suos filios et filias: adeo ꝙ notabiliter inquit Bal. in consilio incip. pmissis verbis statutorum. ⁊ penul. col. mihi in ordine. xxxij. ꝙ qñ pater disposuit ꝙ alique res vadãt de liberis in liberos si vnus ex liberis decedit pluribus relictis liberis donec superest aliqs ex vna linea succedunt superstites illius linee in portione que deuoluta fuit in eius parentẽ ⁊ finita illa linea de numero tũc illa portio deuoluitur ad alios de alijs lineis ꝭm eum ⁊ prout in portione dicitur idẽ dicendum est in toto si tota res ad parentẽ deuoluta fuit quia idẽ iuris de toto quo ad totũ ꝙ' de parte quo ad partem. l. que de tota. ff. de rei vendi. c. pastoralis. versi. si quis cum totũ. extra. de offi. delega. et. l. qui scit. ff. de vsur. ꝙ ⁊ pbatur per casum in. c. j. de natu. succes. 4 feu. ⁊. colla. vbi est tex. multũ notabilis. † Facit etiã optime. l. cum auus. ff. de cõdi. ⁊ demõ. Et pari ratione videtur dicendũ quando ex iudicio stipulãtis tota emphyteosis est deuoluta ad vnũ. s. ꝙ in tota succedant eius descendẽtes. Et maxime quia ex forma stipulationis vnus succedit alteri nõ ipsi stipulanti dũtaxat: ⁊ sic verba sonant ꝙ succedentes consequãtur tanꝙ inuicem successores. ⁊ sic mortuo Felice predicto superstites succedunt in re emphyteotica ipsi Felici nõ immediate ipsi Accursio: prout significant illa verba vnũ alteri succedendo: sed decẽtius est ꝙ filia succedat patri quam sorores fratri: ideo ipsa felix succedat in tota pdicta emphyteosi. Et hoc modo testator se cõformat cũ dispositione iuris cõmunis: q2 ius cõmune vult ꝙ in bonis patris succedat filius ⁊ filia priusꝙ sorores. aut. in successione. C. de suis ⁊ legi. ⁊ aut. cessante. C. de leg. heredi. ꝙ procedit etiã in deuolutis per auũ ad eius filiũ: ita procedat in hac emphyteosi per auũ. s. accursiũ quesitũ eius filio Felici. Et sic sit cõclusio ꝙ integrũ palatium emphyteoticũ sit dicte Felicis. Non obstãtibus adductis in cõtrariũ que vere nõ obstant: non enim obstat ꝙ dicebatur qđ admittũtur proximiores: quia fateor sed intelligitur de proximioribus ei cui quesita est ipsa res non de proximioribus stipiti qui acquisiuit per supradicta: attẽditur em̃ ordo successionis ab intestato: sed succedens primo heredi succedit etiã auctori primo per. l. fi. C. de heredi. insti. itaq3 etiam nõ obstat immo facit pro illud. arg. ꝙ stipulans censetur se conformare cum dispositione iuris prout ⁊. s. deductũ est. Et successiue pari medio respõdetur ad arg. si dicta Felix non fuit concepta in vita accursij: quia licet accursio nõ foret successura immediate ex psona sua per iura. s. allegata: tamẽ est successura mediãte persona sui patris vt de se est notissimũ. Non ob. ꝙ dicit Bal. in dicto consilio incipien. premissis verbis statutorũ: quia rñdetur ꝙ Bald. ibi loquitur quo ad portionẽ que obuenerat in partẽ filio superstiti et in diuisione fuerat cõsignata alteri filio postea defuncto cõtra voluntatẽ stipulantis emphyteosim: quia phibita erat diuisio prout ipse psupponit: vnde mens stipulãtis non videtur se conformare cum isto casu ab eo vel a lege phibito: nos ꝯo loquimur in portione que ad Felicem nunc defunctũ deuoluta fuit ex dispositione ipsius stipulantis emphyteosim cuius mens videt̃ se cõformare cum dispositione iuris in sua dispositione vt qui ab intestato succederet in hac emphyteosi si vna cum alijs bonis ad heredes ab intestato deuoluerentur pariter succedat in re emphyteotica vigore pdicte stipulationis: sed certũ est ꝙ ab intestato succedit dicta Felix in bonis hereditarijs dicte Felicis: ita et succedat hac re emphyteotica que erat 5 dicte Felicis: ex dispositione ipsius Accursij eam stipulãtis. † Itẽ in. d. c. j. de natura. succe. feu. feudũ non deuenit ex diuisione prohibita: sed ex diuisione permissa de qua diuisione permissa potuit cõcedens ⁊ querens feudũ probabiliter cogitare cum soleãt fieri diuisiones vt in titulis cõmuni diuidũ. ⁊ fami. hercis. per totos. et sepe vni vna cõmunis res applicatur tota ⁊ alteri alia res cõmunis similiter tota vel vni res adiudicatur pro pecunia. l. ad officiũ. C. cõmuni diui. l. inter coheredes. §. j. ⁊ l. antepenul. fami. hercis. ⁊ l. arbor. §. iudex. ff. cõmuni diui. Ideo mens cõtrahentiũ etiam hoc casu se cõformare videtur cũ dispositione iuris vt is succedat in re in diuisione obuenta vni sociorũ qui in residuo bonorũ ab intestato succederet. et ita concordetur Bal. qui in dictis duobus cõsilijs videtur varius. Sed non est propter varietatem casuum. Laus deo.

Summarium super consilio.cxcj.

☞ Incrementũ fluminis vi per alluuionẽ factum vel alueum cui cedat ⁊ qñ recuperari possit ⁊ quõ recuperãti incũbat onus pbãdi.

1 Alluuio fluminis quid sit ⁊ quesita per alluuionẽ non restituũtur priori domino sed sunt dño fundi cui adducitur alluuio.

2 Alueus fluminis cui cedat.
3 Seruitus tollitur per non vsum spacio.x.vel.xx.annorum.
4 Prescriptionis cursus an impediatur facti impedimento.
5 Ratio diuersitatis que potest assignari nõ tollit arguendi modũ.
6 Flumen equiparatur rei animate in prescribendo et reuertendo ad alueum.
7 Fluminis alueus quandoqꝫ facit de publico priuatum ⁊ ecõtra de priuato publicum.
8 Flumen turbidum apud nursiam de septennio in septẽnium fluit et non fluit.
9 Cõmuniter quod accidit censetur in dubio accidisse.
10 Alluuio turbida seu fluminis incremẽtũ an possit testibus ꝓbari.
11 Fluminis inundatio non facit de publico priuatum.
12 Fluminis nouus alueus quando dicatur.
13 Equitas specialis quando rigori generaliter scripto derogat non extenditur ad casum specialem.
14 Vix adiectum in oratione ad que referatur ⁊ quomodo vix quandoqꝫ pro non ponitur.nu.2.
15 Seruitus que debetur cessat sublata re seruiente qua refecta reuiuiscit seruitus.

Consilium.cxcj.

In nomine dñi nostri Jesu xpi. † Satis scrupulosa est p̃sens consultatio sup qua egregie diffuse ⁊ subtiliter primo allegatũ deinde cõsultum cõcerno etiã cum magna verborũ elegãtia: equidẽ solito stilo vtens procedam arguendo ad partes. Videtur em̃ primo aspectu dicẽdũ qđ iustitia sit pro parte Pauli: nam ex pũcti serie videtur innui ꝙ nõ probetur ꝙ de fundo Pauli fuerit detractũ a flumine et additũ fundo Martini per alluuionẽ: an vero per aluei mutationem. Si em̃ alluuio fecisset incrementũ cessaret p̃sens difficultas: nõ enim reperitur iure cautũ nec a maioribus nostris in hesitationem deductũ ꝙ id qđ alluuio adijcit fundo vicini restituatur antiquo dño sed iura simpliciter disponũt ꝙ queratur dño fundi cui adijcitur: vt.l.adeo.§.j.de acqui.rerũ domi.⁊.§.preterea ꝙ per alluuionem.insti.eo.titu.⁊.l.j.in fi.C.de allu.⁊ palud.⁊ no. Bal.in rub.ff.de rerũ diui. ꝙ quesitum per alluuionẽ non restituitur: nec in hoc distat equitas a rigore ſm eum alluuio est latens incrementum dicit tex.in.d.§. preterea per alluuionem. nam ita paulatim adijcit ⁊ applicat fundo ꝙ nõ potest discerni quid quoquo momẽto temporis applicet dicit tex.ibi ⁊ in.d.l.adeo.§.j. Qui autẽ dicit sibi quesitũ iure alluuionis videtur ꝙ probare teneatur per regulam iuris.l. ei qui dicit.ff.de proba. aduersarius enim ꝓbat ꝙ fuit suum: ideo fundatã videtur habere intentionẽ ꝙ hodie sit suũ.l. siue possidetis.C.de ꝓba.cum cõcor. Si itaqꝫ Martinus non probat qualiter quesiuit istud qđ olim probatur fuisse Pauli videtur qđ habeat succũbere. Cum reus artetur probare suã defensionẽ.l. in exceptionibus.ff.de proba. Si itaqꝫ nõ probat ꝙ per alluuionẽ quesiuit: nõ videtur posse niti nisi ratione aluei derelicti. † Idcirco discutiendũ est. an possit niti ex hoc capite circa ꝙ videtur dicẽdum ꝙ nõ quia licet stricta ratione ⁊ sic de rigore id qđ fuit alueus fluminis ⁊ postea a flumine derelinquitur efficiatur vicinorum: vt insti.de rerũ diui.§.ꝙ si naturali.⁊.§.seq.⁊.d.l.adeo.§.ꝙ si toto.et §.ꝙ si post.⁊.§.si prius.in prin.⁊.l.maritus.ff. de acqui.rerũ domi. et.l.cum vsumfructũ.ff.quẽadmo.vsusfru.amit. Tamẽ secus videtur de equitate scripta.d.§. si cuius. in fi.ibi: sed vix est vt id obtineat quem Azo. vt refert ibi glo.exponit.i. nullo modo obtineat et hoc de equitate que in hoc aduersatur iuris rigori ſm eundem Azo. cuius sententiã approbat glo.in.§. ꝙ si post.insti. de rerum diui.⁊ in.d.l.cum vsumfructũ.⁊ tangit etiam glo.in.d.l.martius.⁊ in.l.si ager cuius.ff.quibus mod.vsusfru.amit.⁊ firmat Bar.in tractatu tyberiadis in.c.iij. de alueo super dictis verbis vix est vt id obtineat et Bal.in.d.rub.ff.de rerũ diuisione.et licet glo.in.d.§.si cuius super dictis verbis ponat etiã alias solutiones. tamen alie solutiones non repugnant dicte sentẽtie Azo.quã glo. al's in pluribus locis approbat: sed illã potius limitant ⁊ moderant ⁊ Bar. in dicto tractatu de alueo super dictis verbis sed vix ⁊c.dicit quãlibet solutionẽ bonam in casu suo ⁊ ex omnibus dictis solutionibus elicit suam distinctionẽ ſm quam distinctionẽ elicienda est conclusio pro parte Pauli.s. qđ de equitate fundus qui fuit Pauli ipsi Paulo restituatur: licet occupatus fuerit per flumẽ arui: adeo qđ ſm dictam sententiã glo.⁊ Bar. equitas aduersatur rigori et cum sit equitas scripta illa preualet rigori.l.placuit.C.de iudicijs.⁊.l.j. C.de.ll.et moderni scriptores videntur cum hac sententia transire cõmuniter.s.ꝙ dicta verba vix est vt id obtineat interpretẽtur vt non obtineat et hoc de equitate: licet propria vix verbi vix repugnet.l.vix certis.de iudicijs.gl.in verbo vix ⁊ cano. in memoriam. xix.dist.⁊.c.in nostra.de procu.⁊ not.glo.in verbo vix.in proemio clemen.tamen sepe vix ponitur pro nõ tex.in.l.si iure.de leg.iij.ſm Dy.⁊ Bar.tex.cum glo.in verbo vix.in.l. vbi aũt non apparet.§. sed qui vinum.de verb.obli. Jo.and.in.d.c.in nostra.tex.cum glo. in verbo vix.in.l.si seruus lega.§.qui quinqꝫ.de leg.j.et tex.cũ glo. in.l.fi.ff.de assig.lib.⁊ in.l.tutor.ff.ad velleia.⁊ solers indagator in multis locis ita positũ inueniet: itaqꝫ nõ est mirum si glo. Bar.et Bal.⁊ ceteri sequaces: ita capiunt in.d.§. si cuius maxime cum id suadeant verba precedentia stricta ratione a contrario sensu. † Et pro hoc facit tex.in.l.si ager.in fi.ff.quibus mo.vsusfr.amit.⁊.l.si locus.ff.quẽadmo.serui.amit. que lex videtur vrgere pro hac parte iuncta.d.l.si ager.⁊.d.l. cum vsumfru. Nam ibi dicitur ꝙ seruitus restituitur ipso iure si flumẽ occupauit locũ in quo titius puta habebat seruitutẽ dũmodo nõ steterit per tantũ temporis quãto solet amitti seruitus suppleo.s.nõ vtendo ꝙ tẽpus est.x.vel.xx.an.l. corruptionem.C.de vsufru.⁊ si steterit flumen in loco illo ⁊ postea dereliquit illum locũ vbi seruitus debebatur nõ recuperatur ipso iure: sed remedio resti.in integ.vt est ibi tex.cum glo. non aũt restituitur ipso iure. quoniã seruitus etiã ex alio capite esset amissa.s. propter nõ vsum.⁊ impedimentũ facti nõ impẽdit cursum prescriptionis ipso iure.l.j.§.si quis autem propter. de iti.actu. priua.l. fi.in fi.C.de long.temp.prescrip. Sed in hac materia equiparatur seruitus realis et personalis seruitus vsusfru.in.d.l.cum vsumfructum. Item equiparatur seruitus ꝑsonalis vsusfru.⁊ ꝓprietas.d.l. si ager cuius ergo de primo ad vltimum inferendo seruitus in hac parte equiparatur ꝓprietati: ideo prout seruitus amissa ꝓpter fluminis alueum recuperatur si flumen locũ occupatum dimittit: ita pari ratione ꝓprietas fundi occupati per flumen ⁊ ꝓpterea amissi quia factus sit alueus fluminis si postea dimittitur a flumine recuperetur ab antiquo domino: similiter in.d.l.ager.in fi.probatur ꝙ proprietas amissa ꝓpter occupationem fluminis recuperatur per veterẽ dominũ per fluminis recessum. Et ex quo iura varie loquũtur non est mirandum si reducuntur ad cõcordiam per glo.⁊ doct. distinguendo inter rigorẽ ⁊ equitatem. Nec videtur posse responderi ꝙ.d.§.si cuius distinguens inter rigorẽ ⁊ equitatem loquitur quando totus fundus vicini fuit occupatus a flumine in casu nostro fuit occupata pars.⁊ licet de toto ad partem permissa sit argumentatio.l.que de tota.de rei vendi.l.qui scit.de vsur.c.pastoralis. §.si quis.cum totũ.de offi.deleg. tamẽ procedit quãdo non datur ratio diuersitatis inter partẽ et totum. Secus vbi est diuersitatis ratio.l.sed et si lege.§.adeo.de peti.heredi.⁊ ibi glo.in verbo.dimidiam.⁊.l.q̃uis.C.de distrac.pig.cum simi.allegatis per gl.in.l.qui scit.in prin.de vsur.que videtur velle ꝙ sit via brocardica at in casu isto videtur assignari posse rationẽ differentie: quia quãdo totus fundus est occupatus a flumine est dñs fundi destitutus omni remedio de iuris rigore posse a flumine quicq̃ habere ⁊ durũ videbatur ꝙ ipse totũ amittat ⁊ vicinis totum queratur flumine recedente: ideo equũ fuit eidem succurri: sed quãdo flumen fundi partem abstulit erat spes ꝙ flumen tantũdem forte aut plus ex alluuione forte restitueret: ideo talis dimissus est rigori. † Nec forte placuit iurislatori in totũ a iuris rigore recedere qm̃ ad hãc rationẽ videtur posse respõderi ꝙ dicta clausula: sed vix est vt id obtineat.in fi. posita videtur determinare non solũ casum proximũ qui loquitur quãdo totus ager fuit ab alueo fluminis occupatus: sed etiam casum superiorẽ qui magis generaliter loquitur: nam clausula.in fi. posita non ad sola proxima: sed etiam ad remota refertur.l.talis scriptura.de leg.j.l.iij.§.si filius.de libe.⁊ posthu.c.secundo requiris.⁊ c.inquisitioni.de appel.preterea in.d.l.si ager.et in.d.l.si locus nõ apparet ꝙ nihil remanserit dño agri occupati ab alueo fluminis ⁊ tamẽ alueo recedente recuperatur.⁊ propter Bar.in dicto tractatu de alueo sup dictis verbis: sed vix est ⁊c. clare determinat ꝙ id qđ dicitur in toto fundo idem in parte fundi eadẽ ratione: et licet vbi vrgens ratio differẽtie assignari posset inter totũ ⁊ partem nõ sit idem iure in parte qđ in toto: tamẽ non quelibet differentie ratio que imaginari et excogitari posset debet inducere diuersam decisionẽ in toto ⁊ in parte.nam rari casus essent in quibus aliqua ratio differẽtie non posset adduci: ecce in terminis.d.l.que de tota potest assignari ratio differẽtie: quia quãdo vendicatur tota res si fructus nõ venirent restituẽdi officio iudicis dñs quandoqꝫ esset destitutus omni remedio saltẽ speciali fructibus cõsumptis.et tamen si vẽdicat partẽ indiuisam posset fructus recuperare iudicio cõmuni diuidũ.l.iij.⁊.l.si quis putãs.in prin.⁊.§.j.ff. cõmuni diui. Et tamẽ non obstante dicta ratione diuersitatis ꝙ dictum erat in toto trahitur ad partẽ: ita ⁊ in casu isto dicta ratio non sit vrgens ad inducendã differentiã inter totum ⁊ partẽ. et maxime quia ille cui remãsit pars poterat ita dubitare de damno a flumine inferende prout sperare lucrũ.⁊ insuper ꝙ ille cui nihil remansit plus habeat per remediũ subsidiariũ quã ille cui aliquid remansit haberet ex remedio ordinario in casu dimissi aluei videtur a ratione omni alienum: ideo videtur vera decisio Bar.s.ꝙ idem iuris sit in parte qđ in toto in his terminis. † Nec etiam videtur bona responsio si quis respõderet ꝙ dictus.§.si cuius loquitur quando redit ad veterem alueũ quem dimiserat ea ratione quia quãdo reuertitur censetur nunq̃ se firmasse cum reuertitur postea ad veterem animũ: assimilatur em̃ rei animate habenti animũ.argu.l.ergo.§.alluuio. vbi tex.dicit ꝙ flumina censitorũ ⁊ sic certorum hominum vice funguntur.⁊ Bar. in dicto tractatu de alueo vult ꝙ flumina cẽsentur quodãmodo

quodāmodo prescripsisse per .x. annos inter presentes. ⁊ .xx. inter absentes cum censeatur habuisse titulum iuregentium allegādo. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capti. et hoc super verbis sed vix est vt id obtineat. et al's idem Bar. in eodem tractatu de alueo super verbo relicto. in fi. allegat ad propositum fluminis reuertentis. l. naturaliter. §. pauonum. ff. de acquiren. rerū domi. licet non loquatur in his terminis: prout ergo pauones qui reuertuntur non censentur vnꝙ recessisse: ita et presumatur in flumine quodammodo fuisse semp animus reuertendi. Licet ergo ita reperiatur decisum quando redit ad veterem alueū ꝙ de equitate reacquiratur veteri domino alueus dimissus: prout loquitur. d. §. si cuius. in fi. tamen non sit idem quando non reuertitur ad veterem alueum: sed vltra progreditur ꝙ dicta respōsio confutari potest: quia dicta similitudo videtur multū a remotis nec videtur bona quia simile de pauone suaderet ꝙ locus occupatus nūꝙ fuisset publicus. nam animalia mansueta que recedunt nostra esse intelliguntur et mansueta perdurare donec habent animū redeundi: ⁊ sic durante verisimiliter eodem animo censentur perdurare in eodem statu ⁊ qualitate et sub eodē dominio quibus erant ante discessum: vt. d. l. naturaliter. §. in his enim animalibus. de acqui. rerum domi. et insti. eo. ti. §. in his aūt animalibus. Et tamē secus est in flumine ꝙ non solet cōmuniter redire et sic nō habet cōsuetudinē recedendi et redeūdi. Sed casu cōtingit recedere ab vno alueo et casu contingit reuerti. Et hinc est ꝙ statim ꝙ recessit et constituit alueum dicitur alueus antiquus derelictus ⁊ mutat statum qualitatem ⁊ dominiū vetus alueus ⁊ nouus: quia primus de publico efficitur priuatus et vbi nullus erat dominus nisi forte princeps efficitur sub dominio priuatorum. Et nouus alueus vbi prius erat priuatus ⁊ sub dominio priuate persone desinit illius dominiū et efficitur publicus: prout hec omnia probantur in. d. l. adeo. §. ꝙ si toto. ⁊ §§. sequentibus. ⁊ insti. eo. titu. §. ꝙ si naturali. ⁊. d. l. martius. ⁊ alijs iuribus. s. adductis. Et sic longe sunt dissimiles isti termini fluminum ⁊ alueorum eorūdem ⁊ termini animaliū recedentium ⁊ reuertentiū.

8 † Simile qḋ adducit Bar. dum allegat. d. §. pauonum. loquitur in flumine qḋ solet habere vniformē antiquam consuetudinem desistendi et reuertendi: vt ꝺm eum cōtingit in flumine turbido apud nursiam ꝙ ex consuetudine septem annis fluit ⁊ alijs septem annis occultatur: nam tunc illis septem annis quibus nō fluit alueus remanet publicus ⁊ non diceretur alueus derelictus propter consuetudinē reuertendi: prout ibi dicit Bar. qui ad hoc allegat. d. §. pauonum. Et tunc benefacit ille. §. ⁊ sequens. §. cernos et melius facit. d. §. in his enim ⁊. d. §. in his autē. ⁊ sic dicta responsio non videtur bona. Preterea. d. l. si locus nō loquitur quādo redit ad priorem alueū: sed magis generaliter ⁊ similiter. d. l. si ager. in fi. ⁊. d. l. cum vsumfr. in qua tamen glo. vult ꝙ de equitate redeat ad primū vsufructuarium. Ex qbus omnibus videtur cōcludendū ꝙ dicta pars predij olim dicti Pauli que fuit olim occupata ab alueo fluminis pertineat hodie ad ipsum Paulum cuius antea fuerat. ¶ His tamen minime refragantibus contrarium arbitror de iure respondendū. nam premitto ꝙ presupponitur cōstare ꝙ ista pars predij sup quo litigatur fuit olim alueus fluminis ⁊ sic fuit amissa ab ipso Paulo: quia facta publica licet non simul eodem tempore. Sed immutatim in sex vel septem annis. nam ꝺm thema designatum per tantum temporis dictus locus fuit occupatus ⁊ dimissus: quia quolibet anno flumen aliquam particulam occupabat a latere Pauli ⁊ dimittebat a latere Martini: itaꝙ apparet quod licet olim fuerit Pauli: tamen desijt eius esse. Et sic ratione antiqui dominij non potest dictus Paulus se niti quasi dominiū sit continuatum oportet ergo ꝙ nitatur ratione aluei derelicti. ⁊ sic est fundamētum sue intentionis ꝙ alueus sit derelictus: ergo Paulo incūbit onus id probandi et si non probat deficit in salutari suo: ideo succumbere debet. l. actor ꝙ asseuerat. C. de proba. l. qui accusare. C. de eden. c. cum ecclesia sutrina. extra. de causa posses. et proprie. nec sufficit qḋ probetur ꝙ alueus fuit olim vno loco et hodie est alio loco: quia potest hoc cōtingere per alluuionem. nam alluuio potest auferre vni ⁊ dare alteri ⁊ sic diminuit vnum fundū ab vno latere et auget fundum ab alio latere. nam est latens incrementū ⁊c. vt. s. in prin. dictum est nec de facili potest vni fundo applicare vel accrescere quin auferat vel decrescat alteri fundo: prout ⁊ docet experientia que est rerum magistra. c. quā sit. in prin. de elec. lib. vj. ⁊. c. statutū. in princi. eo. lib. Et ratio naturalis viget quam sufficit allegare. l. scire oportet. §. sufficit. de excu. tu. Nec tamen vnꝙ derelinquit veterem alueum: sed idem alueus pedetentim ambulat differt enim acquisitio per alluuionem ⁊ acquisitio per alueum derelictū vt dictum fuit. s. in prin. et sumitur ex dictis Bar. in dicto tractatu de alueo in verbis prope ripam proprie possident. Et quando queritur iure alluuionis: licet tantum ambulet qḋ locus vbi erat prius alueus non dico prior alueus sit desiccatus ⁊ insuper derelictus locus occupatus de fundo vicini nō propterea restituitur priori domino prout voluit Bal. in dicta rubri. de rerū diuisione. ⁊ sumitur ex dictis iurisconsulti in. d. l. adeo. qui in tractatu alluuionis non facit differentia inter rigorem ⁊ equitatem: sed simpliciter dicitur ꝙ id quod adijcit alluuio est eius cui adijcit et ita omnia iura de alluuione loquentia: nec distinguunt vtrum dimittat locum fundi vicini occupatū vel non prout distinguitur quādo agitur de acquisitione iure aluei derelicti. et similiter Barto. in sua egregia tyberiadi vbi materiā alluuionis prosequitur per multas questiones. ⁊ late etiam materiam aluei. et in materia alluuionis nullam adhibet distinctionem nec limitationem quominus absolute queratur id quod adijcit alluuio. sed circa acquisitionem ratione aluei derelicti facit distinctionē distinguendo plura membra ex quibus resultant plures limitationes ad regulā que dictat ꝙ locus aluei derelicti queritur vicinis iure propinquitatis. Cum ergo Martinus possideat ⁊ possessio transferat onus probandi in aduersarium. §. cōmodum. insti. de interdic. et sit reus ⁊ Paulus sit actor et actori incumbat onus probandi intentionem suam per iura vulgaria: et ideo Paulo incumbit onus probandi ꝙ locus quem vendicat sit suus al's succumbit etiam si Martinus nihil probaret de iure suo. l. fi. C. de rei vendi. ⁊. c. cum ecclesia sutrina. in fi. de causa posses. et proprie. ⁊ probatio debet esse necessario concludens. l. non hoc. C. vnde cog. c. in presentia. de proba. Ideo nō sufficit sibi probare ꝙ locus de quo agitur fuit olim suus ex quo probatur per aduersarium ꝙ fuit occupatus a flumine ⁊ factus publicus ⁊ per cōsequēs desijt esse ipsius Pauli: ideo sibi incumbit probare ꝙ redijt postea in eius dominium. ꝙ non probat licet probet ꝙ ille locus sit derelictus a flumine. nam potuit taliter derelinqui ꝙ nō redijt in eius dominium. s. si fuit per alluuionem derelictus. et sic probatio illa non concludit prout concludere debet probatio actoris. ideo hoc respectu succumbere debet actor si nō probatur concludenter: an

9 dimissio fuerit per alluuionē: an vero per aluei derelictionē. † Qḋ maxime dicendum est. quia experientia docet ꝙ cōmuniter in fluminibus accidit ꝙ id quod dimittitur queritur vicino iure alluuionis. et rarissime ꝙ ille qui ab alia parte fluminis predia possidet transeat flumen dicendo istud fuit meum. et si semel contigit acquisitio ratione aluei derelicti decies immo centies contingit acquisitio iure alluuionis: id autem quod cōmuniter cōtingit censetur in dubio contigisse: vt no. ⁊ glo. ⁊ docto. in. d. l. non hoc argumentum a solitis seu cōmuniter accidentibus est optimum etiam in materia probationis: vt no. glo. ⁊ Bald. in. l. neꝙ natales. C. de proba. facit glo. in. l. j. C. de arbi. ⁊ tex. in. l. fi. C. de fideius. ⁊ in. l. ꝙ si nolit. §. qui assidua. cum concor. ff. de edili. edic. Et ideo per hoc mediū vt arbitror martinus reportare habet victoriam: quoniam vt percipio ex natura rei figurate ⁊ ex verbis thematis arbitror ꝙ nō de facili probabitur vtrum ita paulatim dereliquerit ex parte Martini et ita latenter qḋ non potuerit oculis discerni quanto quoquo momento temporis fundo Martini applicuerit dimittendo a latere suo prout est de natura ꝓprie alluuionis. d. l. adeo. §. j. ⁊ insti. de rerum diuisione. §. preterea ꝙ per et hoc est difficile nō enim stant homines quotidie adinspiciēdum quantū quoquo momēto temporis flumen applicet fundo potest enim applicare

10 de nocte prout de die. † Itaꝙ nō videtur ꝙ testis per sensum corporis possit probare ꝙ incrementum fuerit adeo latens qḋ intelligi nequiuerit quantum quoquo momento temporis adijciatur: prout videtur requirere tex. in. d. l. adeo. §. j. ⁊ in. d. §. preterea ꝙ. ⁊ glo. in verbo momento exponit ꝙ est incrementum adeo latens ꝙ si continuo oculis inspiceretur non esset potens visus discernere tam subtilia incrementa vt in cucurbita dicit glos. et in puero qui continuo crescit dicit ibi Barto. in tractatu alluuionis volens qḋ testis deponens superalluuione habet probare per sensum corporis prout est regulare in teste. l. testium. C. de testi. ⁊. l. qui testamento. §. si. ff. de testa. cum similibus. Nec est habēda differentia vtrum flumen augeat fundum apponendo an vero derelinquendo. nam tex. non faciunt in hoc vim. nam vtroꝙ modo est latens incrementum ⁊ paulatim adijcit prout verba iurisconsulti ⁊ verba imperatoris loquuntur. nam vtroꝙ casu crescit fundus et ꝙ dimittitur fundo adijcitur pariter quando adijcit vel auget dimittēdo prout quando apponendo iuxta fundum. ⁊ vtroꝙ casu est propria aluuio vt voluit Azo. in summa in titu. C. de alluui. ⁊ palud. et voluit Barto. in dicto tractatu de alueo in verbo ꝙ si toto vbi sequitur opi. Azo. ⁊ allegat. l. martius. de acquirē. rerum domi. et reprobat ibi glo. que dicit ꝙ est improprie alluuio: et merito vtroꝙ casu est propria alluuio cum vtroꝙ casu verba textuū describētia alluuionem verificantur etiā proprie sumpta ⁊ vtroꝙ casu videtur eadem ratio. Cogitabam autē glossam illam posse saluari ⁊ forte habuisse alium sensum qui etiam multum conferret ad decisionem presentis nostre consultationis. nam sunt tres casus in consideratione: quandoꝙ enim simul alueus totus derelinquitur quandoꝙ paulatim seu minutatim adeo ꝙ discerni nequeat ⁊c. ⁊ ista est propria alluuio: quandoꝙ autem minutatim non tamen adeo paulatim ꝙ fuerit tam latens incrementū ꝙ discerni nequeat quantum vno tempore adijceret: puta quia simul dimiserit quartam vel sextam vel decimam partem vel centesimā partem alueı: ita ꝙ illa centesima pars discerni potuit ⁊ postea alio anno vel tempore alia particula est dimissa ⁊ sic minutatim tamen non ita minutatim quod

contractus interpretatur ꝛ iudicatur ex qualitate ꝛ quātitate eoꝝ que hincinde in cōtractu interueniūt: vt p glo. in. l. j. in prin. ff. de superfi. ꝛ per Bar. in. l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publi. et in sua dispu. que incipit publicanus in decisione questionis in fi. j. col. 10 †Ex quibus videtur apta fronte concludendū ꝙ ẜm primam transactionem dicta auia debeat ante oīa habere integrā quartā totius hereditatis: ꝛ ea detracta de residuo qđ obtinetur debeat habere vnam tertiam: ita ꝙ si in hereditate erant quatuoꝛ milia ipsa debet detrahere mille tanto tñ minus quantum esset quarta pars domoꝝ ꝛ castelloꝝ: ꝛ id qđ non obtinetur erit. Mdccclxvj. et aliquātulum plus vz duo tertia restant. Mdcxxxvj. et vnū tertium. ꝛ de istis. Mdcxxxvj. habent fieri tres partes factis tñ prius detractionibus de quibus in transactione: nec incōuenit si maioꝛ est poꝛtio dicte auie ꝙ̃ poꝛtio dicte amite: qꝛ eius iura erāt longe maioꝛi precio estimanda. Nec aduersat̄ conuentio ꝙ poꝛtio dicte auie nō esset maioꝛ ꝙ̃ poꝛtiones dicte amite: qꝛ dicta cōuētio apte loquitur de tertia poꝛtione que in trāsactione dabatur dicte auie de residuo qđ obtineretur vltra quartam: prout verba trāsactiōis clare ꝛ aperte ostendūtur: vñ non est resticandum in dubium. arg. l. ille aut ille. §. cū in verbis. de leg. iij. ꝛ etiā demonstratur euidenter. nam si tota hereditas obtenta fuisset quarta totius ꝛ tertia residui faciunt dimidiā totius si recte computetur prout dicimus in tertia ꝑ legitima ꝛ in quarta trebellianica extrahēda de residuo. Itaq̄ si ambe simul quarta. s. que ante partē cōceditur ꝑ trāsactionem auie ꝛ tertia poꝛtio residui haberēt esse equales duab⁹ poꝛtionibus que per ipsaȝ primā trāsactionem attribuunt̄ amite illa conuētio ꝙ illa tertia poꝛtio attributa matri non minueret̄ ꝑpter id qđ extoꝛquerēt filij alterius amite nihil operaret̄ cōtra. l. si quādo. de leg. j. cū si. Hactenus est satis plane demonstratū qđ ẜm primā trāsactionē dicta Frācisca auia dȝ de eo ꝙ per ipsas obtinetur de hereditate. d. Lucretie ante omnia detrahere quartam. habito respectu ad totā hereditatē ꝛ de residuo hȝ habere tertiā partem: et ita debent diuidi dicte due poꝛtiones que eis cōceduntur per vltimā trāsactionē: que vltima transactio nō cēsetur inita inter dictas Frācisca auiā ꝛ Margaritā amitā: tum qꝛ inter eas qđ erat iā sopita ꝛ nō erat res dubia nec lis incerta: prout requirit̄ ad esse transactionis. l. j. ꝛ. l. post rem. ff. de trāsac. tum quia ex prefatione dicte trāsactionis demōstratur ꝙ dña Frācisca dña Margarita ꝛ Julius ꝛ fratres filij alterius amite sunt vna pars: ꝛ dñs Jo. ꝛ alij in principio nominati sunt alia pars: ita ꝙ Margarita Frācisca et Julius ꝛ fratres non conueniunt neq̄ transigunt inter se ẜ cū d. Joāne ꝛ socijs: tum maxime quia expresse declaratur in secunda transactione ꝙ vigoꝛe dicti contractus secūdo initi non intelligatur neq̄ sit aliquo mō preiudicatum in aliqua parte q̄uētioni quā insimul habent supradicta dña Frācisca ꝛ filij ꝛ supradicta domina margarita: sed remaneāt in eoꝝ firmitate prout erāt ante ipsum scđm cōtractum: itaq̄ per secūdam trāsactionē nō est in aliquo recessum a prima q̄uētione: ꝛ sic non obstat quominus fiat inter eas diuisio vt. s. demonstratū est. Et per hoc fit rñsum ad scđm quesitū qđ videbatur habere magis scrupuli. 11 †Deueniēdo modo ad decisionem primi dubij in quo videtur hesitari an dictū fortilitium veniat exceptuandū a dicta quarta ꝑpter illa ꝟba preter domos et castella que ponūtur in statuto ꝛ prima trāsactione quasi cōprehēdatur sub illo ꝟbo castella. Nō em̄ videt̄ fiet dubium qđ non comprehendatur sub ꝟbo domos foꝛte: qꝛ non deputatum ad habitationē. Cū lȝ domus dicat̄ illud edificium qđ cōstat ex solo parietibus ꝛ tecto vt habet̄ in. l. eū qui edes. de vsuca. Tamē appellatione domus non venit domūcula. l. senatus. §. marcellus. de lega. j. ꝛ doc. ibi. ꝛ no. Ange. in auſ. de here. ꝛ fal. §. hinc nobis. Itē capāna deputata ad vsum bestiarū sine dubio non venit appellatione domus prout dicit Bal. in. c. ij. de duob⁹ fratrib⁹. de nouo beneficio inuesti. in vsibus feudoꝛum. quasi velit ꝙ illa cēseatur domus que est deputata ad vsum ꝛ habitationem hominū ꝛ al's habeamus ꝙ appellatione domus non venit apotheca in qua quis solū exercet artem non al'r eam inhabitat: lȝ habeat solū parietes ꝛ tecta adeo ꝙ lȝ de iure nō possit quis pro debito ciuili extrahi de domo. l. plerisq̄. ff. de in ius vocā. tñ poterit extrahi de apotheca in qua exercet artem: ꝛ iniuria facta ad apothecā non dicitur facta ad domū. ar. l. lex coꝛnelia. §. domum. ꝛ sequēti. de iniur. ꝛ ibi Bar. ꝛ ar. eoꝝ que no. Bar. in. l. j. §. j. de liberis agno. ꝛ in. l. apud labeonē. §. qui tium. de iniurijs. qđ ꝛ tenuit Pau. de ca. in. d. l. plerisq̄. ꝛ Saly. in consi. incip. cū queritur an prohibitus capi in domoꝛ Bar. in cōsi. incip. statuto cauetur qđ pro maleficio. ꝛ Pau. de ca. in cōsi. xlj. incipiē. viso pūcto. vbi dicit proprie domus illa est que est deputata ad habitandum ex quibus patet ꝙ non omne qđ cōstat ex solo parietibus ꝛ tecto venit appellatione domus: ꝛ ideo cū foꝛte fortilitium non sit foꝛte deputatum principaliter ad habitandum non fit dubiū de verbo domos: sed de verbo castella: nec ego habeo notitiam de qualitate fortilitij: ideo non vlterius sup hoc insisto: pōdero aūt ꝙ domos in quibus maioꝛes sui habitauerūt solet quis merito magis estimare ꝛ carioꝛes habere ꝙ̃ alias res etiam magis vtiles vt. l. lex que tutoꝛes. §. nec enim domum. C. de admi. tut. Et hoc foꝛte ꝯsiderauerunt statuentes exceptuādo domos ꝛ castella. Uideamus itaq̄ an dictum fortilitium comprehendatur sub illo verbo castella. Et profecto licet in iure reperiam plures positum istud vocabulum castellum vel castella ꝛ diuersimode nam reperio positum pro loco vbi est receptaculum aquarū. l. iiij. ff. cōia pred. l. j. §. equissimū. ff. de aqua quoti. ꝛ esti. l. fistulā. in prin. de ser. vrb. predi. Et hoc nō pertinet ad terminos nostros al'r ponitur. C. de fundis limit. li. xj. in rubrica. ꝛ in. l. ij. vbi glo. ꝛ Bar. sumūt ꝑ castro. ꝛ eodē modo videtur ꝙ sumatur in. l. in nomine dñi. post mediū. in §. inter ea. C. de offi. prefec. africe. ꝛ in. c. j. §. illicitas. ibi: per ciuitates ꝛ castella. de pace iuramēto firmā. in vsibus feu. ꝛ in. c. tue fraternitatis. ibi: villas vel castella. villa autem ꝛ castrum sunt nomina designantia vniuersitatem quādam. dicit Bald. in. c. j. de capi. qui cur. vē. x. colla. col. iiij. in fine. allegat Hosti. in. c. ex literis. de in repatro. Castra autem in vulgari nostro dicuntur castelli: ideo nō mirum si iuxta vulgare in iure maxime municipali dicunt̄ castella non tñ quodlibet edificium foꝛte seu deputatū ad defensam qđ solet appellari fortilitium ẜm cōmunem vsum loquendi appellatur castrum vel castellum. Nec dicendo ciuitas Senarum hȝ tot ciuitates ꝛ tot castella non numeratur omnia foꝛtilitia. Et apud nos habemus foꝛtilitia in quibus reducuntur homines circūstātes et non appellātur castra vel castella: ꝛ quādoq̄ ille locus est in armario ꝛ in estimo descriptus pro villa: itaq̄ in iure non est bene declaratum quid veniat appellatione castelli vel castri: ꝛ ideo in hoc stādum est communi vsui loquendi vtrum foꝛtilitium veniat appellatione castelloꝛum prout ꝛ dicit Bald. circa domum quid veniat domus appellatione dicens ꝙ attenditur communis vsus loquēdi qui communis vsus loquendi prout videtur presupponi in pūcto est pro parte matris cum dicatur ꝙ appellatur foꝛtilium ꝛ nō castellum. facit ꝛ pro matre: quia in transactione appellatur foꝛtilitium ꝛ diuersitas nominum denotat diuersitatem rerum. l. si idē codicilli. C. de codicil. 12 †Itē facit quia mater regulā ꝛ ius cōmune pro se qđ succedat in parte omniū rerum: ꝛ aduersa pars se fundat in iure exoꝛbitantissimo ꝛ in exceptione ꝛ pro regula presumit̄. dicit Bar. in. l. quotiēs. ff. si quis cau. ꝛ qui se fundat in iure exoꝛbitāti incumbit ei onus probandi qđ militent ea que in iure exoꝛbitanti ponderantur ꝛ qđ simus in casu ipsius iuris exoꝛbitantis vt per glo. ꝛ docto. in cle. si. de rescriptis. ꝛ qđ per Jo. an. in. c. j. de homi. lib. vj. quem refert ꝛ sequitur Bal. in. l. si quis non dicam rapere. co. iij. C. de episco. ꝛ cleri. ideo puto ꝙ domine Margarite incumbat onus probandi pro appellatione castelloꝛuȝ veniat dictū foꝛtilitium: al's habeat succumbere: ꝛ sic quarta detrahatur etiam de dicto foꝛtilitio. qđ autem detrahatur de fundis ꝛ possessionib⁹ sitis in eisdem pertinentijs. s. dicti foꝛtilitij non video quid obstet quominus de illis prout de alijs bonis quarta habeat detrahi: maxime cum tanta exoꝛbitantia statuti sit restringenda non ampliāda. 13 ¶†Deueniendum modo est ad tertium quesitum pro cuius rei euidentia est videndum vtrum dictis Margarite ꝛ Julio ꝛ fratribus deberentur due poꝛtiones de tribus poꝛtionibus dictarū dotium: et constat qđ de iure communi ad eos spectabant cū ipse Compagnus cui succedit Lucretia ꝛ Margarita ꝛ Agnes essent in pari gradu dicte Lucretie veteris: ꝛ si Agnes predecessisset ei⁹ filij succedunt in locum eius in auſ. de heredibus ab intest. ven. §. j. ver. sic tamen facit. §. cum filius. insti. eo. titu. Et si supererat ꝛ decessit hereditate non adita eius hereditatem transmisit in eius posteros beneficio. l. vnice. C. de his qui ante apertas tabu. tamen prout percipere possum ex quibusdam allegationibus femine excludūtur donec extant masculi ex foꝛma statutoꝛum. Cum igitur masculi ex Bartholomeo vel Lucretia non superessent post moꝛtem Compagni: ideo Margarita ꝛ filij Agnetis reuertebant̄ ad hereditatem matris: ꝛ sic ad vnam tertiam partem dicta Margarita ad aliam tertiam Agnes altera filia si supererat tempoꝛe moꝛtis Compagnis al's ad eius filios saltem si fuerant concepti tēpoꝛe moꝛtis dicte Lucretie eoꝛum auie iuxta notata per Barto. in. l. fina. ff. ad tertu. Et si hoc est circa poꝛtionem obuenta pro dictis dotibus dicto Julio ꝛ fratribus non video quid obstet quominus sit detrahenda ante omnia adeo qđ non debeatur quarta nec tertia dicte Francisce attento ꝙ dicta dos dicte Lucretie quatenus pertinebat ad dictos Julium ꝛ fratres non erat de hereditate Lucretie pupille: sed de hereditate Lucretie auie materne. 14 †Sed circa poꝛtionem dicte domine Margarite inest non mediocris scrupulus attento ꝙ dicta Margarita per pactum iuratum renūciauerat bonis maternis de pñtia ꝛ ꝯsensu ipsi⁹ matris itaq̄ pactūvalet. arg. c. ꝙuis. de pac. in. vj. et. c. cum contingat. de iureiurā. Sed dicta Margarita tempoꝛe dicte renunciationis non habebat filios postea filij superuenerunt et propter superuenientes filios donatio prius facta reuocatur. l. si vnq̄. C. de reuocan. dona. ꝛ cañ. si. xvij. q. iiij. l. si totas. C. de inoffi. dona. idcirco cum dicta dña Margarita donauerit iura sua que habebat vel sperabat habere super bonis maternis et id fecerit tempoꝛe quo non habebat filios videtur prima facie dicendum ꝙ dicta donatio euanuerit propter natiuitatem filioꝛum per iura preallegata. ꝛ si hoc est videtur ꝙ dicte

due partes dotium pertineant de iure ⁊ vigore prime transactio nis ad ipsam Margaritam ⁊ ad Julium ⁊ fratres ad quos al's de iure spectabat pro duabus portionibus vt.s̃.dictum est.tamẽ vi/ detur ꝙ dicta rescissio donationis non resultet hoc casu:nam doc. omnes dicunt dictam.l.si vnq̃.⁊ similes esse fundatas in verisimi/ li mente donantis : q: si tpe donationis cogitasset de filijs verisi/ militer talem donationem non fecisset:prout dicunt Dy.Barto. et Bal.in.l.titia seio tesseram.§.imperator.de lega.ij.⁊ Bal.⁊ An ge.in.l.j.C.de inoffi.dona.⁊ Barto.in.l.j.ff.de iur.codi.⁊ in aut.ex causa.C.de liberis prete.⁊ Jmo.in.c.si.de dona.doc. communiter omnes et habetur respectus ad verisimilem mentem tempore do nationis:quia docto.dicunt ꝙ si tunc.s.tempore donationis co/ gitasset de filijs non fecisset dictam donationẽ:⁊ sic se referunt ad tempus contractus non ad tempus superuenientium filiorũ nec ad aliud tempus futurum:ideo si sumus in casu quo si cogitasset de filijs fecisset talem donationem cessare dz dispositio.d.l.si vnq̃. quia cessat fundamentum dictorum iurium:⁊ propterea Bart.in d.§.imperator.a ratione cessante concludit ꝙ si de filijs cogitauit cessat dispositio.d.l.si vnq̃.⁊ idem vult Bar.in consi.cxj.ſm ordi/ nem perusinum non informis incipiente Philipponus scanbio/ ni.et idem Bald.in.l.j.in fi.de inoffi.dona.in versi.demum quero. volens ꝙ si donans cogitat in genere se habiturum filios non ha bet locũ huiusmodi reuocatio:⁊ tamen in.d.l.si vnq̃.nõ exprimit cogitauerit vel non cogitauerit de filijs.⁊ sic docto.limitant.d.l.si vnq̃.nõ procedere vbi cessat dicta ratio.Sed in casu nostro cessat dicta ratio:quia est verisimile qđ ⁊ si de filijs cogitasset fecisset talẽ 15 donationẽ vt probabo merito cesset dispositio.d.l.si vnq̃.†Jtaqꝫ est aduertendũ ꝙ dicta Margarita puella nondũ tradita nuptui seu tradita viro propter amplam dotem vt audio magis q̃ ſm vi ros patrimonij sibi conueniret renunciauit bonis paternis ⁊ ma/ ternis viua matre et consentiente ⁊ donauit fratri maiori natu cõ currente ꝙ mater que consentiebat dicte donationi poterat eam priuare a legitima supra.item poterat contingere ꝙ ipsa predece deret ⁊ sic renunciatio in nihilo preiudicasset.item ipsa excludeba tur a masculis ita ꝙ si cõpagnus habuisset masculos ipsa veniebat excludenda:ita ꝙ donabat quãdam spẽ que erat minimo precio estimanda:tum quia spes hereditatis viuentis non est considera/ bilis.l.post emancipationẽ.§.illud.⁊ ibi Bar.ff.de libera.lega. li/ cet in filijs ista spes sit approbata a iure vt not.Bart.in.l.is põt.ij. col.ff.de acqui.heredi.tum quia rebus eo modo se habentibꝰ non erat spes succedendi post mortem matris:tum quia si ipsa prede/ cessisset non erat donatio nocitura filijs per ea que habentur in.l.si superstitis.ff.de acqui.here.⁊ in.l.pactum qđ dotali.C.de colla.ita ꝙ minima res censetur donata:quia spes illa erat minime estima tionis.⁊.d.l.si vnq̃.non habet locum in parua donatione: q: etiã cogitantes de filijs ⁊ habentes filios plerũqꝫ faciunt paruas dona tiones prout ⁊ infra deducam coadiuuat hanc coniecturam:quia de facili quis renunciat futuris etiam pro parua re presenti iuxta ea que habentur in.l.cum hij.in prin.ff.de transac.⁊ in.d.l.pactum qđ dotali.item concurrit ꝙ puelle pro nubendo de facili renũciãt et consentiunt consanguineis ⁊ eorum votis satisfaciunt:cum sine eorum consensu non de facili sine dedecore nuberent.item dũ cogi tant de nuptijs que principaliter gratia sobolis procreande ordi nantur.verisimiliter de filijs cogitant adeo qđ pleriqꝫ tenẽt ꝙ.d.l. si vnq̃.non habet locum qñ donatio fit in cõtractu dotali:quia tẽ/ pore quo verisimiliter de filijs futuris cogitatur prout reperio cõ suluisse insignem doctorem dñm Jbonem perusinum preceptorẽ 16 meũ:⁊.d.Angelum de periglis doctorem perusinũ preclarũ.†Cõ/ currit etiam quia prout al's senis in simili materia consulẽdo fuit mihi narratum ꝙ senis solent mulieres facere similes renunciatio nes masculis.itaqꝫ est verisimile ꝙ lꝫ milies de filijs cogitasset fe/ cisset dictam renunciationem cum solitũ sit facere quia trahimur ad faciendum id quod fieri solet:ideo ex his putarem intrepide cõ cludendum ꝙ cesset dispositio.d.l.si vnq̃.ad quod coadiuuandũ ponderandum est qđ.d.l.si vnq̃.est lex satis exorbitans ⁊ nõ vltra terminos trahenda:sed proprie ⁊ stricte intelligenda per iura vul garia.Cum igitur in casu nostro id qđ dicta Margarita dicit do/ nasse tunc temporis erat minimi precij estimandum:nam illa spes succedendi censetur donata.argu.l.spem.C.de dona.⁊ spes estima tur.d.l.in quãtitate.§.magna.ff.ad.l.fal.cum alijs iuribus.s̃.addu ctis:attẽto etiã ꝙ tunc temporis erant tres vel quatuor qui spera bantur venire ad hereditatem adeo ꝙ nedum quarta pars bono/ rum censetur donasse:sed nec vt arbitror estimationẽ decime par/ tis:nemo enim vt arbitror illam spem emisset centum florenis ita ꝙ si tota illa spes censeretur donata non veniret reuocanda per su peruenientiam filiorum multominus venit reuocanda cũ facta fue rit fratri propter dotem excessiuam a fratre datam adeo ꝙ potest dici donatio ob causam:⁊ donatio ob causam et similiter donatio remuneratoria non est proprie donatio.l.j.⁊.l.aquilius.et.l. si pa/ ter.ff.de dona.ideo in ea non debet militare exorbitans dispositio d.l.si vnq̃.prout ⁊ ibi volunt Bal.⁊ Ange.et Ponta. in dicta.l.si pater.§.fina.et in.l.si vero.§.de viro.in.xlviij.fall.⁊ in consi.suo in/

cipiente pro decisione. et Oldradus in consilio.v. incipien. titius dedit.et istas allegationes reperio in quibusdam allegationibus in hac causa factis:et saltem dicta causa facit vt censeatur minus donatum ⁊ sic fortificatur dicta ratio q̃ propter vtilitatem rei do/ nate non militat illa ratio ꝙ si de filijs cogitasset non fecisset dictã donationem:cum dicta ratio et dispositio.d.l.si vnq̃.cesset in par ua ⁊ fortius in minima donatione ⁊ qđ in parua donatione nõ mi litet.d.l.si vnq̃.pluries consului vna cum alijs doctoribus egregie 17 fame etiam apud Senas.†Coadiuuantur premissa quia ius adeũ di etiam iam delatum non dicitur esse in bonis nostris.l.precia re rum.et ibi docto.notant.ff.ad.l.falcidiã.nec potest cedi per ea que habẽtur in.l.paulus respondet per procuratorem.de acqui. here/ ditate.et in.l.mulier.§.ex asse.ff.de iure dotiũ.et per glo.in.l.apud iulianũ.§.vtrum.in fine.ff.ad trebel.vnde videtur quedam renun/ ciatio per pactum iuri futuro q̃ donatio iuris adeundi ꝙ donari non potest:ideo videtur potius resistentia querendi et promissio non querendo facta q̃ ꝓpria donatio prout al's in simili no.Bal. in.l.illud.C.de sac.sanc.eccle.et ita vidi per illud dictum Bal. al's consultum in his terminis:scilicet ꝙ dicta.l.si vnq̃.non habet lo/ cum in donatione que obuiat acquisitioni non confert ius quesi/ tum nec videtur par ratio lucrum non capere prout est nõ acqui/ rere prout quesitum amittere ꝙ ascribitur dãno cum sit diminu/ tio patrimonij.argu.l.fina.cum similibus.C.de codi.facit.l.qui au tem.in principio.ff.que in frau.cre.⁊.l.si sponsus.§.maritus.ff.de donatio.inter virum.et.l.j.§.vtrum si quid in frau.patro.nec vidẽ tur tunc militare verba.d.l.si vnq̃.est itaqꝫ donatio impropria:q: illa spes succedendi donatur.i.ex causa liberalitatis remittitur et extinguitur vt prosit donatario:et ita verificentur verba contra/ ctus quatenus primo renunciat ⁊ postea donat.Ex quibus omni bus puto satis plane concludendum ꝙ dicta renũciatio non cẽsea tur reuocata propter superuenientiam filiorum: qua conclusione facta infertur ꝙ dicta dos Lucretie veteris remansit pro parte di cte Margarite in hereditate lucretie pupille ex quo fuit ab initio quesita Compagno et per eum translata in Lucretiam pupillam eius filiam nec ipsa Margarita poterat ad eam redire ꝓpter ipsaꝫ conuentionem factam cum Campagno patre Lucretie.Jtẽ pon/ dero qđ in prima transactione non disponitur cui querantur due tertie partes dotium dicte domine Lucretie:sed simpliciter reser/ uantur.Et licet forte fuerint reseruate:quia putabantur spectare ad Margaritam ⁊ filios Agnetis:tñ non fuerunt eis ꝑ trãsactio/ nem concesse nec aliquod ius in ipsam Margaritam translatum: quia non dicitur ꝙ ei fuerit quicq̃ reseruatum: ⁊ si dictum fuisset non videretur qđ sibi fuisset aliquod ius quesitum:quia reseruatũ tunc fuisset tanq̃ suum:ideo ius de nouo non fuisset quesitum.ar/ gumẽ.l.iij.§.subtilius.ff.de conditio.ob causam.et.l.si pro fundo. cum ibi notatis.C.de transactio.Ex quo infertur qđ etiam de ista portione dotis que remanserat in hereditate Lucretie pupille ve niat detrahenda quarta primo loco attributa dicte Francisce cuꝫ etiam de hac deberetur quarta ex forma statutorum dicte auie ma terne et quarta integra per primam transactionem debetur dicte Francisce prout integre debetur secundum formam statutorum ad quam formam transactio se refert:vt supra primo loco circa se/ cundum scilicet quesitum late demonstratum fuit:⁊ detractiones que fiunt in prima transactione non fiũt de quarta primo loco assi gnata auie:sed de tribus portionibus residui quod obtineretur vt ex verbis ipsius transactionis clare apparet. Et de residuo dicte dotis ab illis.ccccc.florenis supra per secundam transactionẽ assi/ gnatis ipsi Margarite et Julio et fratribus habet fieri duplex cõ sideratio:vna de tertia parte dotis predicte q̃ in prima trãsactio/ ne nõ fuit detracta:nam habito respectu ad tertiam partem eius qđ restabat apud manus ipsarum Frãcisce ⁊ Margarite vltra ter tiam partem quam retinuerunt dominus Joannes socij et vltra quartam quam vt supra dixi habet ante omnia detrahere dicta Francisca erit diuisio fienda in tres partes quarum vna pars per/ tinebit ad dominam Franciscam et due partes spectabunt ad di/ ctam Margaritam secundum formam prime transactionis: cum vt dixi de illa tertia parte dotis non erat facta detractio: sed due partes illius residui quod obtentum fuit de dicta dote per dictaꝫ vltimam transactionem habent meo iudicio fieri due tantũ par/ tes et tantum attribui Francisce quãtum Margarite secundum formam secunde transactionis:quia de illis duabus partibus in prima transactione nihil disponatur nisi qđ exceptuantur ab illa diuisione conuenta qđ de residuo fierent tres partes ita ꝙ nihil iu ris cuiq̃ erat concessum per ipsam primam transactionem et cum meo iudicio ius succedendi Lucretie potius spectaret ad dictum dominum Joannem et socios et per secundam transactionem tã/ tũdem hereditatis attribuitur vni quãtum alteri ex ipsis domina bus Francisca scilicet et Margarita:ideo super his que non ve/ niunt in prima transactione videt qđ standum sit secũde trãsactio ni cum reseruatio facta in secunda transactione qđ sint firma que conuenta fuerant in prima transactione non trahat ad duas par/ 18 tes dictarum dotium vt dictũ est.¶†Restat deuenire ad quartũ et vltimum

et vltimum questitum circa quod ex vno latere videtur dicendum ꝙ dicti fructus debeant augere ⁊ quartam et tertiam partem que obueniunt per primam transactionem dicte dñe Franciſce prout si non fuiſſet facta dicta liberatio per secundam transactionem ex quo expreſſe conuentum eſtꝙ ꝑ secundum contractum non cēseatur in aliquo receſſum a prima transactione sed prime conuentiones remanere deberent in earum firmitate: ex altera parte videtur dicendum ꝙ de dictis fructibus non debeat haberi consideratio duabus rationibus: vna quia fructus percepti poſt aditam hereditatem non censentur hereditatis nec debentur ei cui hereditas debetur vt eſt tex. in. l. in fideicommiſſaria. §. j. ff. ad trebel. ⁊ facit. l. mulier. §. si heres. eo. titu. Tamen circa iſtos fructus puto ꝙ quo ad quartam que debetur dicte Franciſce cum debeatur de integra hereditate non obſtantibus conuentionibus in secunda trāſactione initis vt supra circa secundum queſitum deductum ⁊ cōcluſum eſt debeatur etiam respectu iſtorum fructuum. Nam fructus etiã percepti poſt aditam hereditatem a tertio augent hereditatem: et ideo veniunt in petitione hereditatis vt eſt expreſſum in. l. item veniunt. §. fructus. ff. de peti. hereditatis. ⁊ facit qꝺ dicitur in venditore hereditatis qui tenetur dare emptori etiam fructus quos poſt aditam hereditatem percepit: quia quicquid habuit vigore hereditatis. l. venditor. §. at cum hereditas venit. ff. de hereditate vel acti. vend. ⁊ facit. l. ij. §. plerũqꝫ. eo. titu. ideo dicti fructus percepti per dictos Bandinum ⁊ Margaritam augent hereditatem: ⁊ consequenter quartam partem hereditatis que ex forma ſtatuti debetur dicte Franciſce auie materne: ⁊ similiter de iure communi: quia si maior pars ergo ⁊ minor: quia ꝙ pluris vtiqꝫ tanti eſt. l. cum furti. ff. de in lit. iur. Et in toto pars ꝯtinetur. l. in toto pars. de regu. iur. l. si quis cum totum. de exce. rei iud. l. si alij fundum. de vsuf. leg. itaqꝫ cum conuenerit in prima transactione ꝙ dicte Frãciſce debeatur quarta dicte hereditatis ſm formam ſtatutorum: ⁊ iſti fructus in quarta ſtatutorũ veniunt per. d. §. fructus. ergo veniunt in prima transactione cui in nihilo censetur derogatũ per secundam transactionem propter expreſſam conuentionem factã in secunda transactione vt supra sepius eſt ponderatum. Quin insuper poteſt attentari qꝺ dictus Bandinus ⁊ Margarita, nō sint liberati in dicta secunda transactione a dicta Franciſca: quia non videtur ꝙ in secunda transactione aliquid fuerit conuentum inter Franciſcam ⁊ Bandinum nisi forte ꝙ ſtaret firma conuẽtio prima: nam secunda transactio fuit inita inter dominum Joãnem et succeſſores Pauli ab vna parte: ⁊ Margaritam ⁊ Julium ⁊ alios filios Agnetis ab altera parte: ita ꝙ vna pars cum altera conuenit: non autem Franciſca cũ Margarita seu cum Julio transegit: nec dominus Joannes cum heredibus Pauli: quia verba id non important: nec erat lis vel controuersia seu dubium inter Frãciſcã ⁊ Margaritam: maxime quia iam erat transactione sopitum: nec inter dominum Joannem ⁊ succeſſores Pauli erat controuersia vel lis: ideo inter eos inter quos nulla erat neqꝫ sperabaẗ lis nulla transactio per. d. l. j. ff. de transac. itaqꝫ non videtur ꝙ Margarita poſſit. d. Franciſce imputare ad diminutionē quarte dicta liberatio facta de dictis fructibus quatenus erant exigendi a Bandino. † Nec obſtat dicta. l. in fideicōmiſſaria. §. j. quia eo respectu qꝛ hereditas adita non eſt amplius hereditas: sed factum patrimonium heredis adeuntis vt per glo. et docto. in. l. j. §. veteres. ff. de acquiren. poſſeſſio. fructus percepti non dicãtur eſſe hereditatis: et ideo cum teſtator heredem rogans de reſtituendo hereditatem censetur habuiſſe respectum ad eam hereditatē quam habuit heres adeundo: ⁊ sic prout erat tempore adite hereditatis prout interpretatur voluntas teſtatoris: ideo in materia senatusconsulti trebelliani fit illa interpretatio prout voluit Barto. in. d. l. in fideicommiſſaria in vltima solutione data ad contrariũ. d. §. fructus. licet ipse dicat de hereditate prout erat tempore mortis: sed melius dictum eſt prout erat tempore adite hereditatis tenendo qꝺ reſtitui debent fructus percepti iacēte hereditate prout tenet ibi glo. et Jmola. licet quidam contra nisi heres fuerit in mora adeũdi: sed non refert quo ad propositum noſtrum: quia non sumus in materia illa: sed sumus in terminis in quibus habetur consideratio hereditatis improprie sumpte: ⁊ sic poſt aditam hereditatem: et maxime quo ad illam quartam debitam Franciſce q̄ iam adiuerat cum sola voluntate aditio resultet. l. si auia. C. de iure deli. et. l. pro herede. et. l. gerit. ff. de acquirē. heredi. et voluntas demonſtratur in ipsa transactione: vel dicamꝰ prout primo loco soluit Bar. dictum contrarium qꝺ. d. l. in fideicommiſſaria loquitur in fructibus per heredem perceptis: nam quo ad eum consideratur hereditas prout erat ante aditam hereditatem: quia poſtea non eſt proprie hereditatis: sed. d. l. item veniunt. §. fructus. loquitur de fructibus perceptis per eum qui non erat heres: ⁊ quo ad eum habetur hereditas pro non adita: ideo augēt hereditatem. Et iſta etiã solutio confert ad casum noſtrum: quia quo ad dictum Bandinũ qui non eſt heres hereditas haberi debet pro non adita ſm iſtam considerationem: ideo fructus ab eo percepti augent hereditatē. Sed quo ad tertiam partem que aſſignatur dicte Franciſce in prima transactione puto ꝙ dicti fructus quatenus erant exigendi a Bandino non sint in consideratione: quia licet augerent hereditatem: tamen non fuerunt obtenti per dictas Franciſcam ⁊ Margaritam vel alteram earum: et dicta tertia pars aſſignata Frãciſce in prima transactione: ⁊ due tertie aſſignate Margarite erãt aſſignate de hereditate quatenus obtineretur vltra dictam quartam debitam Franciſce. Secus autem puto quatenus exigendi erant dicti fructus a dicta domina Margarita: quia ex quo ipsa illos cō secuta fuit et nequeunt ab alijs exigi propter transactionem secũdo loco factam iſta pars hereditatis aucta per ipsos fructus perceptos per Margaritam eſt per eam obtenta: ideo dicta tertia pars designata dicte Franciſce per dictam primam transactionẽ debet haberi etiam de dictis fructibus tanꝙ de hereditate aucta per iſtos fructus per. d. §. fructus. et idem puto ꝙ dicta Franciſca debeat habere tertiam partem denariorum montis per secũdam transactionem conceſſorum Margarite Julio et fratribus: ⁊ hoc vigore pactorum dicte prime transactionis de quibus tamen non queritur forte quia reputatur res clara: ideo non insiſto.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccvij.

☞ Alienata minoris quando poſſint vendicari nō obſtante qꝺ obijciatur ꝙ maior factus tacuerit per quinquēnium et per consequens videatur ratificaſſe. per totum.

1 Ratificare an videatur minor factus si tacuerit per quinquēniũ.
2 Alienari an poſſint res minoris sine decreto. nu. seq.
3 Decretũ obreptitium eſt nullum.
4 Tutor non habet adminiſtrationem ante inuentarij confectionē.
5 Prescriptio non currit contra minorem nec agi poteſt rei vendicatione contra poſſeſſorem etiam male fidei lapsis. xxx. annis etiã de iure codic.
Poſſeſſor bone fidei quilibet presumitur nisi quis se probet antiquiorem.
6 Contractus minoris curatorem habētis non valet tutoris auctoritate non interueniente.
7 Jnfans non dicitur habere rei notitiam nec intellectum.
8 Minor maior factus et quinquēnio tacens an dicatur habere notitiam rei sue vendite vt per eum reuocari nequeat venditio.

¶ Consilium. ccvij.

In nomine dñi noſtri iesu chriſti. ¶ † Videtur prima facie dicendũ ꝙ dicta domina Margarita non poſſit venire contra dictã vēditionem nec dicta Margarita poſſit consequi dicta bona per eius tutorem alienata: ⁊ hoc duobus medijs. Primo qꝛ videtur qꝺ sit decursa prescriptio. xxx. annorũ que generaliter currit. l. sicut. C. de prescrip. xxx. vel. xl. annorum. nam a die venditionis quo tempore incepit poſſidere dictus emptor prout arbitror sunt decursi. xxxij. anni ⁊ mēses quatuor vel circa: ⁊ iam eſt annus vel parum plus ꝙ emanauit prima citatio per quam interrumpitur longiſſimi temporis prescriptio non completa vt. d. l. sicut. sed videtur ꝙ prescriptio foret tunc completa: ideo non videtur qꝺ prosit litis motio per illam legem. Secundo videtur ꝙ dicta margarita non poſſit insurgere contra dictam venditionem nec repetere dicta bona vendita per eius tutorem: quia bona minoris per adminiſtrationem titulo oneroso alienata sine decreto nō poſſunt peti si minor poſt. xxv. annum tacuit per quinquēnium vt eſt text. singularis in. l. fin. C. si maior factus. et ibi glo. quam approbat Saly. scilicet qꝺ illa lex locum habeat in quatuor casibus per gloſſam numeratis. et Barto. et Bal. ibi transeunt cũ glo. non impugnando. ¶ † His tamen non obſtantibus contrariam partem arbitror de iure veriorem: scilicet ꝙ dicta Margarita si doceat bona ipsa alienata fuiſſe sua illa poſſit vendicare petendo illa aduersus poſſeſſores: nam alienatio ei non preiudicat: nam predia minorũ nequeunt alienari nisi cum decreto. l. j. ff. de rebus eorum. et per totũ illum titulum. et. C. eo. titu. in rub. et nig. alienatio itaqꝫ ab initio fuit nulla non interueniente decreto iudicis. item ex alio videtur ꝙ fuerit nulla. s. qꝛ non pñt ꝑdia minoꝝ alienari nisi pro soluendo ere alieno vel ex causa dotis vel simili causa vt. d. l. j. §. j. de rebꝰ eorum. et. l. ob es. C. eo. titu. Sed iſta alienatio non videtur facta ob aliquam ex dictis causis: nam in themate presupponitur ꝙ licet in venditione dicatur qꝺ venditur causa soluendi es alienum: scilicet dotis materne: tamen presupponitur qꝺ non fuit conuersum in dictam causam precium inde redactum. Sed dicta dos fuit aliũde soluta alio modo prout in themate presupponitur ex quo apparet ꝙ non erat neceſſe vendere dicta predia pro soluendo dictã dotem: et ad hoc vt predia minorum vendi poſſint requiritur qꝺ es alienum vrgeat ad vendendum. l. magis. §. si es alienum. in fin. ff. de rebus eorum. hoc eſt ꝙ immineat neceſſitas: quia aliunde solui nequeat. Si enim aliũde solui poteſt non permittitur alienatio etiam cum decreto iudicis. l. j. §. qꝺ si forte. eo. tit. cum ergo appareat ꝙ aliunde solui poterat ex quo aliunde soluta fuit dicta dos propter quam allegabatur venditionem fieri: ideo etiã si decretũ

interpositum fuisset venditio non valuisset quia fuisset obreptum iudici: ⁊ quando obripitur iudici: licet decretum interponat venditio est nulla ⁊ minor potest predia vendita vendicare vt est text. in. d. l. magis. §. penulti. et facit. l. j. §. qđ si forte. in fi. prout ⁊ potest vendicare quando decretum non interuenit. l. non solum. et. l. prediorum. et. l. predia. et. l. si quidem. cum similibus. C. de prediis mi-
3 no. † Et est regulare ꝙ decreta obreptitia sunt nulla. l. thais ancilla. §. subuentum. de fideicom. libe. ⁊. l. j. §. hec verba. ff. ne vis fiat ei. et. l. feie. et. l. tutor si peti. ff. de tu. ⁊ cu. dan. ab his. nec statur assertioni in re al's non permissa: q̄ assertio est suspecta. l. testamẽtum. ff. de proba. et. l. si forte. de castrẽ. pecu. per Bart. ibi. ⁊. l. sciendũ. ff. de verbo. obli. et in. l. j. C. de fide instru. ⁊ iure aste fisca. li. xj. ⁊ p doc. communiter omnes in dictis iurib⁹. ⁊ in. l. si donatione. C. de colla. facit etiam qđ habetur in aut. hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. eccle. et in. l. ciuitas. ff. si cer. peta. Cũ enim iura prohibeant predia minorꝝ alienari nisi ex causa soluendi es alienum allegatio huius cause videtur suspecta: et ideo non videtur sufficere nisi aliter appareat ꝙ ob eam causam facta fuerit per predicta: cũ ergo appareat qđ precium fuit in aliud erogatum vel penes venditorẽ retentum ⁊ non in assertam causam soluẽdi illam dotem satis ex postea secutis ostenditur ꝙ non ob eam causam fuit facta venditio: quia facto datur voluntas intelligi. l. reprehendẽda. C. de insti. ⁊ substi tu. sub cõdi. fac. cum infinitis sĩlibus. ⁊ ex postea gestis prius gesta interpretantur. vt. xxxiiij. q. ij. cañ. cum per bellicam. et. xliiij. multis. et ibi per glo. ⁊ per glo. in. c. scribam. de presump. et maxime cũ solutio poterat fieri incontinenti recepto precio: ideo cum facta non fuerit satis demonstratur ꝙ venditio pauloante facta nõ fuit
4 facta ex causa soluendi onus dicte dotis. † Item peccat dicta venditio in alio. s. quia facta fuit sine cõsensu pupille que erat infans et non interuenit in vẽditione ⁊ sine legitimo administratore. Nã presupponitur in puncto ꝙ dictus tutor qui fecit venditionẽ nõ perfecerat inuentarium: ⁊ tutor anteꝗ̃ inuentariũ confecerit non habet administrationem rerum vel negotiorum pupillariũ. vt est tex. in. l. fina. C. arbi. tu. ⁊ ibi omnes notant. et per Bart. in. l. tutor qui repertorium. in prin. ff. de admi. tu. nec censetur aliquid factuꝫ cum aliquid restat ad faciendum. l. cum sillenianum. in fi. C. de his quib. vt indig. et ideo videtur ꝙ dicta venditio ex pluribus vitietur: ⁊ per consequens sit nulla ⁊ non impediatur Margarita vendicare cum sit prohibita alienatio et sit translatio dominij rerum minoris vt premisi: quinimmo per venditionem rei aliene factam per non habentem mandatum non transfertur dominium cũ nemo det quod non habet per iura vulgaria: ⁊ id qđ nostrum est sine facto vel voluntate nostra a nobis auferri non põt. l. id qđ nostrũ. ff. de reg. iur. itaqꝫ ex his concludo ꝙ dicta Margarita non impe-
5 ditur vendicare dicta bona pretextu dicte venditionis. † Nec obstant adducta in contrarium. non enim obstat prescriptio. xxx. annorum quibus emptor forte possedit post dictam venditionem. quia respondetur ꝙ dicta prescriptio nullatenus obstat: quia illa non currit durãte etate pupillari vt est exp̃ssuꝫ in. d. l. sicut. ⁊ post pupillarem etatem non sunt adhuc elapsi. xxx. anni. multominus dum fuit interrupta per citationem que interruptio facta fuit iã est annus elapsus et vltra: posset etiam attentari ꝙ dict⁹ emptor fuerit in mala fide: quia emit res pupille contra prohibitionẽ iuris qđ prohibet bona minorum alienari: ⁊ qui cõtra iura emit presumitur habere malam fidem. vt in. c. qui contra iura mercatur. de regu. iur. in. vj. ⁊. l. quẽadmodum. C. de agri. ⁊ censi. lib. xj. ⁊ potius presumitur mala fides ꝗ̃ iuris error: vt per glo. in. c. si diligenti. extra de prescrip. et per Bar. et Ang. in. l. sed ⁊ si lege. §. scire. ff. de pe ti. hereditatis. dicentes ꝙ potius presumitur mala fides ꝗ̃ iuris ignorãtia. Et licet Bar. in. l. celsus. dicat ꝙ presumitur bone fidei possessor si alius non probat se antiquiorem per. l. fina. C. vnde vi. prout ipse dicit in. l. celsus. ff. de vsuc. ⁊ etiam contra antiquiorem possessorem possessio. xxx. presumitur bone fidei per eãdem. l. fina. vnde vi. prout eum allegant Imo. et Ponta. in. d. l. celsus. tamen ipsi tenent contrarium: nec probatur. d. l. fin. quia ibi probatur ꝙ post. xxx. annos nõ põt agi ꝯditione ex illa lege. Et non mirũ q̄ de iure codicis non poterat agi aduersus possessorem etiam male fidei post lapsum. xxx. annorum. l. si quis emptionis. C. de prescriptio. xxx. vel. xl. annorum. et. l. sicut. eo. tit. itaqꝫ non requiritur qđ inducatur presumptio bonefidei: nec Bart. vult cõtrarium in. d. l. fina sed dicit qđ allegari non potest presumptio illius legis post xxx. annos. nec potest allegare presumptionem illius legis nisi per antiquiorem possessorem vel per dominum prout ⁊ dicit Bart. in d. l. fina. intelligo. s. intentando remedium illius legis hoc probatur ibi sed qđ non possit ad alium effectum allegari non probatur illa lege per quam se fundat Barto. ideo tunc procedat qđ in contrarium dicit Imo. in. d. l. celsus. ⁊ dato qđ non possit allegari per alium possessorem antiquiorem et non dominum: tamen per antiquum dominum potest allegari per illum text. d. l. fina. et dicit ibi Barto. Ideo non obstant huic antiquo domino. Preterea dato ꝙ cessaret presumptio. d. l. fina. vnde vi non sequitur qđ cesset presumptio de qua hoc casu in quo iste emptor emit rem vt alienam: et emit contra iuris prohibitionem et non potest pretendere excusationem a mala fide nisi errorem iuris qui non presumitur: ⁊ sic se parati sunt termini ⁊ separatorum nõ est illatio. l. fina. ff. de calũ. l.
6 si maritus. C. de dona. inter virum. cum similibus. † Quicquid autem sit saltem primum fundamentum videtur planum quo ad tollendam exceptionem predictam prescriptionis. xxx. annorũ non obstat dispositio. d. l. fina. quia respondetur pluribus modis. Primo quia illa lex procedit quando deficit solum decretum in venditionem: nam lapsus quinqꝫ annorum inducit tacitam presumptã ratificationem ad hunc finem vt sit perinde ac si cuꝫ decreto fuisset facta venditio ibi minime retractari eam occasione pretermissionis decreti: ergo a contrario sensu alia occasione non prohibetur retractari: ⁊ argumentum a contrario sensu est optimum in iure. l. in. §. huius rei optimum est argumentum. ff. de offi. eius cui man. est iuris. et. l. apud antiquos. C. de fur. cum similibus. et hoc voluerunt Iaco. de are. ⁊ Cy. in. d. l. fi. C. si maior fac. dicentes ꝙ. d. l. locum habet solum quando venditio habet dũtaxat defectum decreti: secus autem si non habuit causam legitimam et veram ẜm eos prout contingit in casu nostro quia non habuit veram legitimam causam dicta venditio vt supra deductum est. et facit tex. in princ. ibi sine decreto: et maxime iuncta glo. que supplet qđ si cum decreto intra quadriennium peteretur restitutio in integrum: et sic presupponit ꝙ al's venditio valeret cum al's non competeret restitutio in integrum. l. in cause. in princip. de mino. facit etiam q̄ alie leges illius tituli etiam loquuntur de defectu decreti: et similiter tituli precedentes. itaqꝫ subiecta materia ⁊ id suadet: et sentit ibi Bal. dicens no. qđ tacitus consensus supplet defectum decreti. et idem operatur tempus qđ operatur decretum ẜm eum: sed decretum nihil operaret̃ vbi alius defectus militat: scilicet quia non fit ob es soluendum vel similem causam: merito non operetur lapsus quinquẽnij: et vult ibi Cynus post Iaco. de are. qđ non habeat locum illa lex: nisi venditio sit facta per legitimam personam: et sic si minor curatorem habens contrahit sine eo nõ habet locum. d. lex ẜm eos: qđ et satis sumitur ex notabili Bal. de quo supra proxime de quo infra dicam. Et posset etiam attentari qđ non procedat in pupillo nec in minore non constitutis sub curatoribus ex quo illa lex his casibus non loquitur prout et dicit ibi glo. magna in principio. nec verba text. ad hos casus trahi possunt proprie sumpta: nec ratio in litera exprimitur nec fundatur illa decisio in viua ratione: sed sic placuit legislatori: vnde ratio non videtur attendenda ex quo ratio non disponit de lege prout al's signanter dicebat Bal. in. c. j. §. si decedenti. qui feudum dare possunt. dicẽs ꝙ vbi lex disponit de ratione attenditur lex non ratio. vbi autem ratio disponit de lege attenditur ratio non lex: licet multi libri nõ habeãt illum. §. si decedenti. et si in quolibet minore illa lex intelligeretur non video quare expressit de minoribus sub curatoribus constitutis: ⁊ de his qui veniam etatis impetrauerunt. Tamen q̄ durum est contra stimulum calcitrare: ideo nec per hoc me moueo cum glo. et sequaces secus velint. glo. enim ibi vult ꝙ. d. l. fina. locũ habeat in quatuor casibus: scilicet quando minor cum auctoritate tutoris vel curatoris vendit. item quando minor sine tutore vel curatore vendit. tertio quando tutor vel curator vendit minore presente et intelligente. quarto quando minor impetrauerat veniam etatis. istis enim quatuor casibus locum habet dicta lex. dicit glo. sentiens ꝙ al's locum non habeat. Barto. et Bal. transeũt non recitando illam glo. Salyce. autem recitat et transit cum ea: et vult qđ extra dictos casus ille tex. non procedit. et ideo si minor habens tutorem vel curatorem vendit sine tutoris vel curatoris auctoritate non habet locũ. d. l. fina. quia deficit titulus: ergo non procedit vsucapio. l. si curatorem habens. de mino. ergo nec istud quinquẽnium dicit glo. Saly. autem subdit: sed certe eodem mo-
7 do deficit titulus quando non interuenit decretum. † Preterea nec hic de presumptione proprie tractatur: fateor tamen ꝙ dictũ est verum: quia non est de dictis quatuor casibus hic Saly. ẜꝫ glo. non habuit malum sensum. voluit enim dicere deficit titulus al's quã propter defectum decreti: quasi velit ꝙ quinquẽnium operetur solum titulus vitiatur ratione defectus decreti prout et supra voluit Iacobus de areti. et Cynus et sentit Bal. vt supra retuli: nec dicit glo. qđ lapsus quinquẽnij sit prescriptio: sed de vsucapione loquitur a simili: et qđ non sit prescriptio firmat etiam ibi Barto. et sentit Bal. in dicto notabili: et forte ex his videretur dicendum qđ non habeat locum si pupillus tutorem non habens vendit cum talis non obligetur ex suo contractu: non tamen pertinet ad casum nostrum: ideo omitto. casus autem noster non est de dictis quatuor casibus: quia non est facta venditio presente et sciente puella que erat infans: et nõ presupponitur qđ fuerit presens et si fuisset presens non fuisset intelligẽs seu sciens: quia talis etas quicquid videt ignorat. l. j. C. de falsa moneta. et satis probatur in l. potuit. et in. l. si infanti. C. de iure deli. et. l. si quis suo. C. de inofficio. testamento. Et volunt glo. et Saly. qđ presentia et intelligentia requiratur tempore venditionis: et satis sentit etiam Barto. in eius summario. Sed necꝙ presentia puelle nec sciẽtia interuenit

saltem

saltem tempore venditionis merito non sumus in aliquo: ex dictis quatuor casibus glosse et Salyce. nec sumus sub verbis litere que loquitur in minoribus sub curatoribus constitutis non in pupillis. Et propterea non curandum de responsione facta per eam qd' cõtinuo habui notitiam de tali venditione a tempore venditionis: qm̃ prepõ. a. est nota exclusionis. l. a calligato. C. de nup. et sic nõ cõfitetur de tempore venditionis. 8 †Item licet postea habuerit notitiam venditionis forte non habuit notitiam qd' non interuenerit decretum: ita q potuit credere non posse eam impugnare: et propterea tacendo non censetur consentire vel ratificare: quia qui credit non posse recusare non censetur habere velle. argumẽ. l. is qui putat. cum duabus legibus sequentibus. ff. de acquirenda hereditate. ideo vt habeatur tacitus cõsensus prout dicit ibi Bal. et tacita ratificatio prout dicunt ibi Barto. et Salyce. et glo. in rubrica eo. titu. debet interuenire notitia defectus venditionis: scilicet qd' non valuerit propter dictam rationem: que notitia nõ apparet et ignorantia presumitur. l. verius. ff. de probationibus. cum similibus. Ideo dicta confessio non nocet quod et tertio ex alio non nocet: quia fuit incontinenti reuocata que reuocari potest incontinenti. argumen. ca. preterea. de testibus cogen. prout voluit glo. in. c. fina. de iureiuran. libro. vj. et in cañ. apud. xxxij. questio. j. et Bal. in. l. prima. C. de fur. versicu. iuxta predicta quero. et tanto fortius hoc casu quia satis constat qd' fuit erronea: nam cum tempore venditionis fuerit infans non poterat continuo a dicto tempore citra habuisse notitiam. insuper dictus titulus fuit nullus ex alio q̃ defectu decreti: quia dictus tutor non habet facultaté aliquam vendendi ex quo non fecerat inuentarium vt deduxi merito fuit venditio facta a non habente legitimam personam merito non inducatur dicta tacita reuocatio prout sumitur ex dictis Jaco. de areti. et Cyñ. et etiam ex dictis glo. et Saly. de quib' supra. et sic multis modis patet rñsio ad dictã. l. si. et sic remanet conclusio q dicta Margarita potest vendicare dicta bona.

Laus deo.

¶Summarium super consilio. ccviij.

1 Executio sententie non impeditur exceptione litis pẽdẽtie.

2 Executio sententie impeditur nullitatis exceptione etiam si incidenter deducatur vbi offertur incontinenti probari. per totũ cõsi.

Nullitas processus et sententie causatur defectu citationis litis cõtestationis.

3 Clausula offerens se incontinenti probaturum est magni effectus contra sententie executionem.

Executio sententie an impediatur exceptione tertij non condẽnati pro suo interesse. vsq; ad fi. consi.

5 Filiusfami. an et quando quilibet presumatur. nu. seq. et. 6.

6 Viuere quãto tempore quis presumatur.

7 Patria potestas debet per allegantem probari.

Aduentitiorum filij licet pater vsumfructum habeat illorum: tamen alienatio est sibi prohibita: nec tenet etiam si fiat cum decreto iudicis tanq̃ subreptitio. nu. seq.

8 Vsusfructus non potest cedi nec in aliũ transferri per vsufructuarium: immo si alienatur redit vsusfructus ad proprietarium. idem nec virtute executionis capi. nu. 4. et vsq; ad fi. consi.

¶Consilium. ccviij.

1 In nomine dñi nostri iesu christi. ¶†Quãq̃ in hac consultatione videatur prima facie dicẽdũ q oppositio nullitatis seu iudicij super nullitate non impediat executionem: non enim reperitur iure cautum prout dicit Innocen. in. c. cum in iure peritus. de offi. delega. quem refert et sequitur Ange. in. l. iiij. §. condẽnatum. de re iudi. immo contrarium videtur probari in. l. fina. C. de ordi. cogni. idem domini de rota in decisionibus nouis. decisio. cclxxx. incipien. item licet per viam exceptionis. vt refert Imo. cũ eis transiens in dicto. §. condẽnatum. et idem voluit Bal. in auť. que supplicatio. C. de preci. imperato. offeren. et in. l. j. C. ne liceat tertio prouoc. idem voluit Bald. in. l. tale pactum. §. qui prouocauit. de pactis. versi. xij. quero. licet victoria super causa nullitatis scientie operetur qd' executio sententie interim facta reuocetur officio ipsius iudicis secundum eum. et idem qd' exceptio pendentie litis super nullitate non impediat executionez voluit per illud dictum Innocen. in dicto. c. cum in iure peritus. Ange. in. l. fina. C. si ex fal. instrumenti. dicens esse menti tenendum et pluries habuisse de facto. et idem tenuit Ange. in. l. j. post principium. et idez tenent Ant. de but. Imo. et Panormi. in. c. dilecto. extra de appellatio. et communiter omnes. et similiter si incidenter obijcitur exceptio nullitatis non impedit executionem: prout simpliciter volunt Innocen. et Joan. and. in dicto. c. cum in iure peritus. et facit quia Barto. in. l. si expressim. non facit differentiam si pendet lis principaliter super nullitate et de litis pendentia opponatur: et si opponitur incidenter ipsa exceptio nullitatis sententie: sed exceptio litis pendentie super nullitate principaliter deducte nõ impedit executionem vt supra communiter omnes tenent. Ideo nec exceptio nullitatis incidenter deducte: et per q̃ñs videtur qd' propter allegatam nullitatem sententie non debeat impediri ipsa executio sententie. 2 ¶†Sed his non obstãtibus licet verum sit qd' exceptio litis pendentie super nullitate non impediat executionem sententie per supradicta: nec etiam exceptio nullitatis incidenter deducte coram iudice coram quo executio petitur. Tamen fallit quando exceptio nullitatis incidenter deducitur et offertur probatio incontinenti. Nam tunc impeditur executio vt probat tex. in clemen. j. de re iudi. argumẽ. sumpto a speciali. nam si nõ impedit executionem si sunt late tres sententie conformes: ergo secus si non sunt late tres sententie cõformes. ad idem. d. l. iiij. §. condẽnatũ: quia condẽnatio nulla non est condẽnatio: vt ibi et in clemẽ. pastoralis. eo. titu. et sic non est res indicata que res iudicata meretur executionem. vt in titulo. C. de execu. rei iudica. in rubro et nigro. et qd' sententia nulla non mereatur executionem probatur etiam in. l. si cum nulla. ff. de re iudi. et in. l. j. C. de execu. rei iudi. et in. l. iudicati. C. si ex fal. instrumentis. et in. l. si pretor. §. marcellus. ff. de iudi. et hoc voluit Barto. in dicto. §. condẽnatum. et in. l. fina. C. si ex fal. instrumen. dicẽs q si ex parte opponẽtis nihil est probandum: puta quia exceptio nullitatis opponitur eo quia dicitur non precessisse citationem. l. ea que. C. quomodo et quando iudex. vel propter defectum mandati vel defectum litis cõtest. vel similes defectus: vel si est probãdum ex parte sua offert promptam probationem: hoc est se incõtinenti probaturum his casib' exceptio nullitatis impedit executionem per dicta iura. et idem tenent Ange. et Imo. in dicto. §. condemnatum. et idem concludit Speculator in titu. de libelli concep. §. nunc dicendum. et idẽ vult Bald. in. l. j. C. ne liceat tertio prouo. et in. l. fina. C. de ordi. cogni. et in. l. ab executore. C. quorum appella. col. iij. ver. sed nũquid exceptio. et in auť. que supplicatio. C. de preci. impera. offe. et in. l. iudicati. C. si ex fal. instrumentis. et Speculator in titu. de lit. conte. §. quando autem. versicu. quid de causa. prout refert Flor. in. d. c. cum in iure peritus. idem tenens qd' et tenet ibi Joã. de ligna. qd' et communiter tenetur prout dicit Pau. de cast. in. d. §. condẽnatum. qui idem vult. et ex quo communiter tenetur ita tenendum est: et est bonus tex. in. d. l. j. C. quando prouo. non est necesse. ibi: si promptam habetis &c. 3 †Nec obstant adducta in contrarium: quia licet Innocẽ. et Joã. and. simpliciter dicant q exceptio nullitatis non impediat executionem: tamẽ procedit eorum dictum regulariter: tamen limitatur dicta regula quando est prompta probatio per supradicta: nec Bar. in. d. l. si expressim. post mediũ vult cõtrarium: immo idem cum se remittat ad notata per se. in. d. l. si cũ nulla. et ibi dicat q exceptio nullitatis impedit executionem p illum tex. tamen qualiter procedat se remittit ad notata per se in. d. §. cõdẽnatum. vbi limitat quando est prompta probatio. itaq; cum in. d. l. si expressim. dicat q nullitatis causa non impedit executionẽ sententie: et subdat nisi cum defensione quam dixi in. d. l. si cũ nulla. debet intelligi nisi opponatur exceptio nullitatis coram iudice exequente et offeratur incontinenti probatio nullitatis: et hoc modo concordat cum premissis: aut ergo opponitur exceptio nullitatis et opponens offerat eam incontinenti probare: et tunc impedit executionem vt dictum est: aut opponitur exceptio pendentie litis super nullitate: et tunc siue offeratur prompta probatio siue non executio non impeditur: et ita procedat id quod primo loco in contrarium adductum est: cum itaq; in casu nostro: licet nullitas fuerit principaliter deducta et penderet causa nullitatis: tñ quia coram iudice adito sup executionem sententie fuit opposita nedum exceptio litis pendentie super nullitate: sed etiam exceptio nullitatis: et excipiens obtulit se incontinenti probaturum nullitatem sententie que petitur executioni mandati: ideo debet admitti ad probandum nullitatem et super executione supersederi per supradicta: et tales sunt partes iudicis: et hoc circa primam hesitationem. 4 ¶†Circa secundum autem de quo queritur hesitatio. s. an dicti tertij pro eorum interesse possunt se opponere executioni et illam impedire eo quia pretendant animalia esse eorum. licet videatur prima facie dicendum q ipsi filij nihil opponere valeãt ex eo quia pater habet disponere de ipsis bonis ac si frueretur pleno dominio. l. j. C. de bonis mater. ibi: omnia agere tanq̃ solidum perfectumq; dominium eorum eis acquisitum fuisset et factũ iudicis cẽsetur factum partis. l. si in causam. C. de euic. et filiusfamilias viuo patre non potest reclamare. d. l. j. in fi. de bo. ma. et. l. j. in fi. C. de annali excep. Ergo videtur q dato q dicta animalia filiorum essent aduentitia nihilominus non possit per filios impediri in ipsis executio: qd' maxime videtur procedere respectu vsusfructus qui pertinet ad patrem: et sic pro ipso vsufructu possint dicta bona capi in tenutaz et postea adiudicari creditori paterno prout capi pñt bona alia paterna pro debito ipsius: et si dicatur q non sunt seu nõ pbatur q sint in potestate patris: et predicta loquunt qñ filij sunt alieni iuris: quia constituti sub patria potestate vt in illis iuribus apparet. rñdet q quis presumi videtur filiusfamilias

nisi probetur sui iuris.l.si filius ff.de proba.et.l.si emancipati.ibi: probatum &c.C.de colla.ad idem quod not.Bal.in.l. titia.ff.solu. matri.& Bar.in.l.is potest.versi.expeditus. de theorica huius legis veniamus ad questiones allegando glo.in.l.sed si de sua.eo.ti.

¶ Sed his non obstātibus contrariū videtur de iure rn̄dendum: nam primo & principaliter non probatur ꝙ isti qui se opponūt/dicentes animalia esse sua sint filij familias prout alleganti quē filiūfami.incumbit onus probandi.l.titia.ff.de solu.ma.& dicit Bart. in consi.mihi.cxliij.incip.visa inquisitione facta ꝯtra Frāciscum. tenet ꝙ quis semper presumatur sui iuris:& sic paterfa.per.d.l.titia.vbi dicit esse casum & p rationē quia non constituitur sub patria potestate nisi precedat matrimonium ex quo natus sit:sȝ matrimonium non presumitur nisi probetur ſm eum.& hoc nisi pater sit in quasi possessione patrie ptātis:nam tūc filio incumbit onus probādi se patrēfami.ita intelligitur tex.in.d.l.si filius prout & innuunt verba illius tex.ibi:quasi ad libertatē proclamat.& no.bal. in.d.l.titia.et idem videtur velle Bar.in.d.l.is potest.d.ver.expeditus &c.Secus si filius esset in quasi possessione existētie sui iuris. vt no.glo.in.d.l.titia.et sentit Barto.in.d.versi.expeditus. & glo.

5 in.d.l.titia.& esset clarum.†Nec obstat tex.in.d.l.si emancipati.qr ibi presupponebatur filium fuisse legitimū & sub patria potestate solum allegabatur existentia sui iuris propter emancipationē: nā tunc allegans emancipationem hȝ eā pbare vt est ibi tex.& glo.in d.l.sed si de sua.presupponit quē fuisse sub patria potestate: sȝ dubitatur an esset factus sui iuris p mortē patris & dicit ꝙ non:quia quis presumitur viuere centū annis.l.fi.C.de sac.sanc. eccle.& l.an vsusfructus.ff.de vsufr.Sed prout dixi legendo.d.l.si emancipati. in.ij.col.& al's consulēdo illa iura non pbant ꝙ quis presumaᷣ viuere centum annis:sed ꝙ presumitur non viuere vltra cētum annos quia illa est longissima vita hominum vt dictis iuribus in qualibet materia superlatiuus gradus est perrarus vt experiētia clare docet que est rerum magistra.c.quā sit.in princi.de elec.lib.vj.et.c. statutum.in prin.eo.titu.& libro.& qd̄ raro contingit non presumitur contigisse:sed id qd̄ cōiter contingit vt est theorica glo.& doc. in.l.non hoc.C.vnde legit.& glo.& Bal.in.l.neqꝫ natales.C.de proba.cum ergo cōiter oēs moriuntur ante centum annos et de mille vnus non attingit centesimum annum:ideo vr̄ falsum ꝙ quis presumatur viuere cētum annis:& ꝯtrariū videtur probare sing.tex.l. hereditatum.ff.ad.l.fal.& dato ꝙ quis presumeretur viuere centū annis:tn̄ ignoratur an simus intra dictos centum annos si ignora

6 tur initium vite & sic tempus natiuitatis vt de se constat.†Et ꝙ qs non presumatur filiusfa.tenet Rapha.cuma.& Ponta.in.d.l.sed si de sua.qui volunt ꝙ non presumatur quis sui iuris: nec etiā sub patria potestate:sed qui se fundat in patria potestate hȝ illā probare.qui autem se fundat in existentia sui iuris hȝ pbare put al's dicimus in tēpore & in minori vel maiori etate qui se fundat in altera ex eis habet probare.l.si in minorem.C.de in integ.restit.mino.& ista theorica & legendo & consulendo mihi visa fuit & videtur probabilis & confert ad terminos istos:quia qui volunt comparētes pro suo interesse & docentes de iure suo repellere:quia sint filijfami.se fundant in patria potestate:ideo illam habebant necesse probare ꝙ non fecerunt:ideo ruit omne eorum fundamentum:et ppterea si illi pbant de iuribꝰ eorū.s.ꝙ ipsi sint dn̄i dictorū animalium seu possideant non potest in eis fieri executio ad hoc.l.a diuo pio.§.si super rebus.ff.de re iud.& hoc medium reddit in hac parte rem claram:non tn̄ esset expeditū ꝙ si pbata esset patria potestas

7 non essent audiendi:†nam pater prohibetur alienare bona aduētitia.l.j.in fine.C.de bonis mater.ibi quas alienare prohibitū est: itaqꝫ prout pater prohibetur alienare bona aduentitia : ita et iudex cuius factum reputatur factum partis.d.l.si ob causam prohibetur alienare bona aduentitia filiorum pro debito paterno: & licet facta alienatione per patrē non possit filius agere contra possessorem:non sequitur ꝙ non possit dicere patri & sibi ostendere ꝙ nō pōt alienare ita & possit iudici ostēdere qd̄ nō pōt alienare loco patris p debito pr̄no & multa fieri phibenᷣ q̄ facta toleranᷣ iuxta ea q̄ hn̄r i.l.pr̄e furioso. de his q sunt sui vel alie.iu.& i.c.ad apostolicā.de regula.& defensio pmittiᷣ cui non permittitur actio.c.intelleximus.de iud.c.cum inter.de excep.l.error.de iur.& fac.igno.et.l. militis codicillis.§.veteranus.de militari testamento.cum multis similibus.Et constat ꝙ filius pprietarius possidet ciuiliter & pater vsufructuarius naturaliter.l. quisquis.de dona.l. naturaliter. de acquiren.possessio.et si quis vellet eum expellere de sua possessione nonne posset resistere.l.iij.§.eum igitur.de vi & vi arma.l.j.C.vnde vi.idem videtur si mediante iudice iniusto.arg.l. meminerint.eo. titu.possit resistere allegando iura sua:& maxime cum ista decreta interponantur iudicis officio:& vbi iudicis officio agitur filiusfa. habet legitimam personam.l.cum filius.ff.si certum peta.& p glo. in.l.j.C.qui admi.& si caperentur ista bona tāꝙ̄ bona debitoris cū essent filiorum videretur obreptū iudici & decreta subreptitia sunt nulla.l.thais ancilla.§.subuentum.de fideicom.liber.l.j.§.hec verba.ff.ne vis fiat ei.cum similibus.& iudex debet conari ne decreta sua sint nulla & sic elusoria.l.si pretor.in prin.de iudi.ideo dȝ discutere an bona sint ipsorum opponentium necne:et licet pater forte habuerit vel habeat vsumfructum in dictis bonis:tamen non fuerunt capta dicta animalia ratione vsusfructus:& sic non fuit decretum interpositum super vsufructu:sed super ipsis rebus:et sic sup

8 proprietate.†Preterea vsusfructus cedi & in alium transferri nō potest per vsufructuarium:immo si alienatur redit vsusfru. ad pprietatem.insti.de vsufruc.§.item finitur.et ibi glo.& l. si vsusfru. ff.de iure dotium.& propterea non potest capi vsusfru.in tenutam pro executione sententie:cum postea sit deueniendum ad venditionem.l.a diuo pio.§.in venditione.ff.de re iudi.que venditio de vsufructu fieri non potest per predicta:itaqꝫ concludendum est ꝙ probato ꝙ dicta animalia sint ipsorum opponentium nō possunt dicta animalia in tenutam capi:et si capta sunt debet reuocari et non potest ad venditionem deueniri.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccix.

☞ Legatum factum de centum pro dotis restitutione de quibꝰ testator asserit instrumētum apparere manu.F.notarij in quo instrumento sola apparet confessio promissionis sibi facte a tertia persona an istud legatum habeat executionem ex forma statuti.per totum.

1 Legatum ex falsa causa an vitietur.
2 Instrumentum asserens numeratam pecuniam parti que tamen simpliciter erat confessata dicitur falsum.
3 Testium dicta sunt quātum fieri potest concordanda.
Legati facti de eo quod debet tertia persona actionem cedendo an heres liberetur.nu.6.
4 Legatum an vitietur ex falsa demonstratione.
Heres actionem cedendo an liberetur.
5 Confessio dotis recepte preiudicat confitenti licet non receperit.nu.seq.
7 Dubitationis tollende gratia que emanāt ius non alterant.

¶ Consilium.ccix.

In nomine dn̄i nostri iesu

1 christi.¶ †Licet in hac cōsultatione videtur prima facie dicēdum ꝙ non possit peti dicta executio testamenti in ducatis centum prout verba testamenti prima facie videntur sonare:nam falsa causa vitiat plerūqꝫ legata et fideicommissa.Nam si quis legat que titius sibi debet si est falsum qd̄ debeat non valet legatum:et similiter si quis legat centum que legatarius sibi debet.l.si sic.§.qd̄ si addiderit.de legatis primo.et l.non quocūqꝫ modo.§.qui gaium.in fin.quando enim falsa causa legato coheret vitiat legatum.l.cum tale.§.legato falsam. de conditio.et demonstra.Sed falsa videtur causa.s.ꝙ ꝯsecuta fuerit dotem cum illam non fuerit consecuta prout videtur presupponi: et probatur ex deductis in themate vt infra subijciam. et etiam patet quia confitetur se recepisse & habuisse centum legatos tempore scilicet contracti matrimonij vt sonant verba testamenti: nam illa verba tempore contracti matrimonij reguntur ab illis verbis habuisse et recepisse:ideo illa determinant:sed tempore contracti matrimonij solam promissionem receperunt non solutionem dotis merito illa confessio dotis recepte est falsa:et maxime quia verba testamenti videntur se referre ad instrumentum publicum manu ser Francisci &c.In quo instrumento solū apparet de pmissione et non de solutione. Preterea et clarius fuit articulatum pro parte heredum conuentorū ꝙ dictus testator dum legauit dictos centum ducatos expressit et declarauit ꝙ relinquebat illos centū ducatos quos sibi promiserat domina Antonia et nondum tradiderat vocando dictam dominam Antoniam an hoc esset verum: que respondit qd̄ sic: et qd̄ dictus testator nō reliquit alios cētum ducatos nec aliā dotē nisi illos quos sibi promiserat dicta domina Antonia & nōdum sibi tradiderat & dictū articulū nisi sunt pbare quinqꝫ testes prout presupponitur:lȝ attestationes nō viderim:& sic non videtur verū ꝙ dictus testator habuerit & receperit dictos centū ducatos prout cōfitetur & tanꝙ̄ receptos reliquerit in testa

2 mēto.†Nec repugnare vidētur testes deponētes ꝙ vera sunt contēta in instrumēto dicti testamēti:quia dicte attestatiōes possunt cōcordari.Nam tabellio fuit rogatus de verbis testatoris:et sic de relicto facto de cētum ducatis & de cōfessione.an autē veridica fuerit confessio necne seu an vere receperit & habuerit necne non continetur in instrumēto nec de hoc rogatur notarius qui rogaᷣ de his que interueniūt tp̄e instrumēti coram eo & testibus nō de alijs ad hoc no.per glo. Bar.& doc.in.l.si ex cautione.C.de nō nu.pecu. vbi notatur ꝙ si partes coram notario asserūt pecuniam mutuatā vel numeratam notarius debet facere instrumētum de confessione nō ꝙ ꝯfitens habuerit pecuniam mutuo vel numerata fuerit immo notarius inciderit in falsum si diceret instrumētum mutuauit & numerauit &c.Ad idē qd̄ p glo.& Bar.in.l.j.C.de fide instrōꝝ et iure aste fis.lib.x.itaqꝫ si testes deponūt ꝙ vera sunt oīa ꝯtēta in instrumento

instrumento deponunt ꝙ verum est ꝙ legauit testator centum et cõfessus fuit ꝙ habuit ꝛ recepit ab ea ꝛ pro ea ꝛ legataria acceptauit confessionem omnia ista potuerunt esse vera prout ꝛ presumitur pro veritate cõtentorum in instrumento.l.cum precibus.C. de proba.maxime cum inuentur attestationibus tot testiũ deponentium vera esse contenta in instrumento ꝛ etiam esse vera que cõtinentur in dicto articulo conuentorũ: quia non obstante ꝙ ita confessus fuerit domine Dionysie et legauerit vt in instrumẽto: tamẽ tunc vel prius vel postea voluerit declarare suam mentem et veritatem rei que forte nõ declarauit coram notario ꝛ testibus instrumentarijs vel si declarauit coram eis non rogauit notarium de dicta declaratione sed voluit instrumentum confici prout scriptum fuit. itaqꝫ notarius de dicta declaratione nõ rogatus non cõfecit de ea instrumentum.
3 † Nec in instrumento continetur an voluerit testator relinquere illos centũ ducatos quos promiserat dicta domina Antonia an alios: itaqꝫ stat veritas instrumenti ipsius testamenti siue voluerit testator illos relinquere siue alios. quid enim testator in mente gesserit nõ attestatur instrumentũ: itaqꝫ instrumentum ꝛ dicta testium possunt de plano ꝛ sine aliqua verborum impropriatione concordari prout ꝛ sunt cõcordanda.c.cum tu. de testi.ꝛ habetur in.c.in nostra.eo.ti.ꝛ in.c.cum ioannes eremita.de fide instru. et per Bal.l.scripture. et in.l.in exercendis.C.eo. titu. etiam si oporteret verba impropriari per ea que habentur in.l.ij.§.creditum.ff.si certum peta.et in.l.sed et si possessori.in princi. de iureiuran.ꝛ Bar.in.l.j.in prin.de noui ope.nuncia.ꝛ Bar. Jmo.ꝛ Ponta.in.l.si finita.§.si autem.de dam.infec.ꝛ Anto. de bu.in.c. nihil.de verbo.signi.ꝛ multa possent adduci.multo igitur fortius in casu isto in quo nulla cadit verborũ impropriatio: ideo videtur quod per superiora dicta non valeat dictum legatum tanꝙ emanatum ex falsa causa inherente legato vel si videlicet heredes conuenti liberantur cedendo actionem quasi sint legati centum quos debebat dicta domina Antonia prout declarauit dictus testator: sed quando legatur qđ debet tertia persona heres liberatur cedendo actionem quam testator habebat contra illam tertiam personam siue in legato sit designata certa quãtitas siue non vt est tex. in dicta.l.si sic.§.proinde.ꝛ si titio.in fi.vbi casus legis facit.l.apud iulianum.§.idem iulianus.vbi casus in simili singularis.de lega.j. vtrum obstet ꝙ non fuit forte opposita exceptio ad quam adaptetur articulus de quo.s.nõ me intromitto: quia non vidi exceptiones: et an fuerit datus terminus ad proponendum exceptiones peremptorias necne.
4 ¶ † Tamen his minime refragantibus contrarium puto de iure respondendum.videlꝫ ꝙ dictum legatum sit exequendum in centum ducatis legatis nec censeatur satisfactum si per heredes cederetur actio contra Antoniam: nam ex quo est designata certa quantitas ꝛ legans confitetur se illam recepisse: et sic relinquit eam tanꝙ debitor legatum valet: licet re vera non sit debitor vt est tex.in.l.j.C.de falsa causa. adie.leg.ꝛ.l.ij.ꝛ.iij.ꝛ.l.fina. eo.titu.et.d.l. si sic.§. cum si.x.ꝛ.d.§.legato falsam. cum similibus. Non enim est causa legato coherens et potest dici demonstratio falsa prout et demonstrationem appellat tex. in dicto.§. cum si.x. et in dicta.l.ij.ꝛ falsa demonstratio non vitiat legatum.l.demõstratio falsa.de condi.ꝛ demõstra. Et sic non obstant primo loco adducta in contrarium: quia alijs casibus loquuntur.s.quando legatur certa quantitas quam legatarius vel tertius debet: nam si non est verum debitum legatum non valet: et si est verum debitũ legatum valet: tamen si legatur certa quãtitas puta centum quam testator debet vel quam confessus fuit testator se habuisse et tenuisse: tunc licet testator nihil debeat legatũ valet: vt.s. proxime dictum est: et iste videtur casus noster ꝑm verba testamenti: ꝛ nõ obstat primũ medium in contrarium adductum. Aliud vero medium videtur magis vrgere attentis his que probãtur per testes.s.quod dictus testator expressit ꝛ declarauit quod legabat illos centum florenos quos domina Antonia sibi promiserat ꝛ non tradiderat: et cõstat ꝙ si legasset simpliciter centũ aureos quos domina Antonia sibi promiserat ꝛ non tradiderat sufficeret si heredes cederent actionẽ si quam haberent contra dictam Antoniam.d.l.si sic.§. proinde. et si titio. Ergo similiter in casu isto ex quo apparere videtur quid testator volebat relinquere. mens enim attenditur vbi de ea constat et non verba.l.in conditionibus. primum locum.in prin.ff.de condi.ꝛ demonstra.ꝛ.l.cum virum.C.de fideicõmissis. cum multis similibus. Mens autem videtur aperte declarata per verba clara ipsius testatoris: vt.s.articulata ꝛ probata merito videtur ꝙ sufficiat heredibus ꝙ cedant actionem vt dictũ est: sed licet verũ foret si testator simpliciter reliquisset centũ quos Antonia promiserat et non tradiderat et legatum valuisset si sufficeret actionẽ cedere: tamen in casu nostro secus videtur dicendum: quia nõ legat tanꝙ debita prout loquitur.d.§.proinde.et si titio sed tanꝙ accepta: et sic demonstrat testator voluntatem suam ꝙ legabat tanꝙ accepta: licet soluta nõ fuerit al's illa cõfessio sciẽter facta ꝛ acceptata nihil operaretur quod non est dicendum per.l.si quando.de lega.j.
5 † Et insuper cõfessio facta presente parte probat ꝛ preiudicat confitenti nisi sit erronea in casu isto non censetur erronea ex quo est super facto proprio in quo non cadit error.l.ꝙꝙ.ff.ad velleia.et in.c.ab excõmunicato.de rescriptis.ꝛ per Bar.in.l.non fatetur.de confes. itaqꝫ illa verba quod fuit cõfessus habuisse ꝛ recepisse ab ea et pro ea non potuerunt reuocari per verba contraria dicendo qđ dicta domina Antonia nõ tradiderat. Non enim ex hoc probatur rem aliter se habere: et dato ꝙ probaretur non propterea probaretur error: immo presumeretur scientia per dicta.s. Quinimmo probatur contrarium cum tempore quo fecit dictum relictũ declarauit. Satis enim censetur declarasse tempore quo fecit legatũ si parum ante vel post declarauit ꝛ expressit ꝙ.d. Antonia non tradiderat. que enim incõtinenti fiunt censentur tunc fieri.arg.l.lecta.versicu. dicebã.ff.si cer.pe.ꝛ.l.iurisgentiũ.§.quinimmo.de pact. et dicũtur partes stare in eodẽ loco: licet distent vnus ab altero ita ꝙ nõ occupent vnum locũ: quia vbi ego sedeo tu non potes sedere.l.iij.§. ex contrario.ff.de acqui.pos. ita ꝛ dicatur factũ eodem tempore si sit aliqua temporis distantia cum de loco ad tempus procedat.ar.vt no.in.l.vinũ.ff.si cer.pe.ꝛ in.l.in hac.de triti. ꝛ si in absentia Dionysie illud declarasset parum postea vel antea verificaretur articulus ꝛ dicta testium: ꝛ tamen non tolleretur virtus cõfessionis acceptate per partem presentẽ: quia euolat emissum irreuocabile verbum.xlij.dist.§.pariter.in tex.ꝛ glo.et maxime quia potest vnum dictum cum altero cõcordari: quia potuit alius tradere ꝛ non dña Antonia: licet hoc non videatur de mente.
6 † Secũdo potest cõcordari ꝙ dicta cõfessio verificetur: quia voluit ꝙ quo ad dictã Dionysiam habeatur perinde ac si fuisset vere soluta dicta quantitas ꝛ verificetur quasi voluerit illud nomẽ debitoris cessisse insolutum: quia intantũ estimauerit illud nomen debitoris prout al's dicunt Jaco.de are.ꝛ Bar.in.l.penul.§.si vir.ff.solu.ma.in eo qui confessus fuit habuisse ꝛ recepisse pro dote mulieris centũ ꝛ postea pater vel extraneus promisit pro dote mulieris dare ista centũ. Nam tũc censetur recepisse illud nomen debitoris estimatũ pro centum ꝑm eos: ꝛ quãdo istud resultat tunc possunt repeti centũ per mulierẽ ꝛ non sufficit sibi cedere actionem pront declarat Ang.in consi.suo cclv.ꝑm ordinẽ informis incip. gener a socero volens ꝙ si tunc maritus legat vxori dotẽ suam debebitur illa quãtitas ꝛ non liberabitur a legato cedendo actionẽ ꝛ concludit vna cum Jaco. de are.et Bar.quãdo fuit confessus recepisse ab vno puta a muliere ꝛ alius promisit: licet incõtinenti sequatur promissio al's hoc est si ab codẽ fiat promissio distinguit vt ibi per eum ꝛ sententiã Jaco.de are. et Bar.sequitur Jmo.in.d.§.si vir.ꝙuis ꝑm eum secus velit Bal.in eadẽ.l.§.si mulier supple.ꝛ in.l.si absentis.iiij.col.C.si cer.pe.ꝛ in.l. legem.C.de pact. vbi sequitur Jaco.de are. si promissio emanauit ex interuallo secus si incontinenti ꝑm eum. Sed prout dicit Jmo. subtilius loquitur Bar.ꝛ eum sequitur etiã Pau.de cast.in.d.§.si vir.ꝛ licet nõ simus in illis terminis: tamen deduxi ꝙ cõfessio põt emanare eo respectu: quia censetur velle cõfitens ꝙ nomen debitoris censeatur cessisse insolutũ ꝛ non potest aliter quicꝙ operari in casu isto cum al's sufficiebat simpliciter legare centum que apparebant manu talis notarij: ꝛ saltẽ confiteri sibi promissa centũ non se habuisse ꝛ recepisse prout cõfessus fuit ipse testator.
7 † Nam obstat ꝙ se refert ad instrumentũ: quia nõ se refert ad instrumentũ respectu cõfessionis seu ꝙ habuerit ꝛ receperit: sed de dote asseruit constare manu illius publici notarij: nam primo dicit pro dote ꝛ dotis nomine postea dixit de qua.s.dote asseruit cõstare publico instrumento ꝛc. Censeatur ergo testator voluisse ꝙ censeatur dos soluta ad finẽ vt centũ legata peti possint ꝛ non liberentur heredes quasi dos nõ fuerit soluta. Nec obstat illa declaratio facta per testatorẽ prout ꝓbatur per testes: q2 illa declaratio emanauit ne censeretur voluisse legare centũ habita ꝛ reseruare ius petẽdi cessionem illius ꝓmissionis: vel ne diceretur ꝙ.d. Antonia centũ promisit et alius vel ipsa centũ alia soluerit: ꝛ ad tollendũ omne dubiũ illa declaratio emanauerit ꝛ que dubitationis tollẽde gratia emanant ius nõ alterant.l.que dubitationis. de reg.iu.ꝛ.l.testamentũ.C. de testa. facit pro ꝓdicta cõclusione: q2 sumus in testamẽtis in qbus lata sit interpretatio.l.in testamẽtis.C.de testa.ꝛ in causa dotis que est fauorabilis.l.j.ff.so.ma.et in dubio pro dote rñdetur.l.in ambiguis pro dote.de iur.do.ꝛ.l.in ambiguis pro dote.de reg.iu. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccx.

1 ☞ Vsufructuaria matre relicta a filio testatore an istud relictum debeat regulari scđm consuetudinem patrie.per totum.

2 Tutor incertus a testatore relictus et a matre declaratus conscia intentione testatoris an sit a iudice confirmandus.

3 Tutor datus ꝛ confirmatus anteꝙ esset confirmandus an preferatur alijs tutoribus datiuis preferendis eidem confirmato.

¶ Consilium.ccx.

Repetito diuino numine.

1 ¶ † Claram arbitror cõclusionẽ domini consulentis in relicto facto matri testatoris cum consuetudo bulgari loquatur de vxore: adeo ꝙ dubitauit Barto. in

dicta.l.titia cum testamento.scꝫ titia cum nuberet.de lega.ij.⁊ reli quit cogitandū.⁊ licet Bal.et Imo. cōcludant ꝙ extēdatur etiam ad matrem testatoris: quia talis cōsuetudo est inducta in fauorem filiorum.⁊ idem fauor militat in relicto facto matri per eadē verba qui militat in relicto facto vxori: tamen negari nequit quin sit du bium cum ratio nō sit descripta in consuetudine prout al's dicebat Bar.in.l.liberorū.de verb.signi. ꝙ non poterat in terminis illius statuti de quo per eum argui a ratione statuti: quia ratio non erat descripta in statuto:et insuper licet ex parte filiorū sit eadem ratio fauoris: tamē ex parte matris nō est eadē ratio: quia magis debet induci filius ad relinquendū vsumfru.integrū matri.arg.l.nam ⁊ si parentibus.in prin.de inoffi.testa.quā vxori que ab intestato non inuitatur nisi in subsidiū post omnes:⁊ de iure pretorio nō de iure ciuili.l.vnica.C.vnde vir ⁊ vxor.mater autē post descendentes vo catur ⁊ de iure ciuili per auc.defuncto.C.ad tertul.⁊ auc.cessante. C.de legi.here.⁊ etiam de iure pretorio per vnde legi. per.l.ij.§.fi. et.l.generaliter.ff.vnde legi.⁊.l.quotiens.C. de suis ⁊ legiti.⁊ ante alios ptor fratres vtrinqꝫ cōiunctos cum quibus cōcurrit per.d.l. ij.in fi.⁊.d.l.generaliter iuncta.d.auc.defuncto.itaqꝫ nō esset abso num tenere ꝙ nō trahatur ad matrē:licet nō deuiarem in decisiuis a sententia doc. Tamē ponderaui quia magis de leui debet in ma tre quis ex alijs coniecturis vel verbis induci ad ampliandū hmōi relictum quo relinquitur dn̄a ⁊ vsufructuaria quā in vxore et pon derandū est ꝙ licet a prin.testator cum verbo vsufructuaria adiun xerit verbum dominam: tamen postea pluries ⁊ pluries nominat vsumfructū sine verbo dn̄a ⁊ nunqꝫ repetit verbū dominā nisi dum dicit ꝙ sit vera domina ⁊ vniuersalis vsufructuaria. Sed tunc non dicit absolute ꝙ sit dn̄a sed ꝙ sit domina dicti vsusfructus in quo vsufructu datur quasi dominiū: vt deducit dn̄s consulens ⁊ quādo in relicto fit mētio de solo vsufructu nō adiecto verbo domina vt quia testator dicit relinquo vsufructuariā omniū meorū bonorum censetur relictus vsusfru.⁊ nō alimenta etiam vxori.dicit Saly. in dicta auc.hoc locū in.iiij.col.C.si secūdo nup.mul.et forte fuit etiā de mente Bal.ibi licet nō ita clare pari ratione in casu nostro cum totiēs repetat vsumfru.sine verbo dn̄a vel equipollenti: alia tamē media ponderata per dn̄m cōsulentem quibus tanqꝫ meo iudicio

2 planis sum cōtentus. ¶ †Circa scd̄m aūt consultationis articulū dominus cōsulens inclinat ꝙ tales tutores a matre nominati sal tem sunt cōfirmandi:licet non videatur precise velle firmare. Ego insuper nō audendo recedere a decisione Bar. cōsidero ꝙ Bar. in dicta.l.quidam cōsiderat plures casus: nam quādoqꝫ testator reli quit tutorem incertū qui veniret declarandus ex futuro euentu: ⁊ sic testator non sensit de certo: ⁊ tunc absolute dicit ꝙ datio tutele est inutilis per.l.tutor incertus. ⁊ tūc starem in ambiguo an iudex deberet cōfirmare puta relinquo tutorem qui veniet ex asia vel qui erit cōsul.apparet enim tunc ꝙ testator nō sensit de certo : quia de futuris non est certa natura vt habetur in.l.cum quidam.§.suum. de acqui.heredi. quia esset diuinare quod facere non possumus di cit vicarius christi in.c.j. vt eccle.benefi. Et ideo non videtur po tuisse esse salubre consilium paternū in quo lex solet cōsidere tanqꝫ salubre cōsilium et proficuū pro filio.arg.l.fi.in prin.C.de cura.fur. et.l.penul.ff.eo.titu.⁊.l.j. in fi.iuncta.l. vtilitatem.ff. de confirma. tuto.sed quando ipse dat sibi incertum tunc regulariter non vide tur salubre consilium.Quandoqꝫ testator sensit de certo:sed igno ratur de quo sensit:⁊ tunc datio valet.dicit Bar. in dicta.l.quidā. sed deficit probatio per.l.duo sunt titij.de testamen.tute.ſm eum: et huic mēbro videtur applicandus casus noster:quia ex quo testa tor dicit ꝙ mater est plene informata de sua intentione circa tuto res dādos filijs:⁊ ideo ipse dat quos nominauerit sua mater vide tur solam nominationem consistere in matre ⁊ postea nominati a matre videntur fuisse illi de quibus testator sensit : ita ꝙ nomina tio matris videtur probare: quia videtur tanqꝫ quodāmodo testis de voluntate testatoris ꝙ illos voluerit relinquere tutores prout al's in.l.theopompus.de dote prelega. ⁊ attēto etiam ꝙ nomina tio matri cōmissa que est auia pupillorum. de cuius etiam iudicio iura non diffidunt : licet non prout de iudicio patris: vt.l.j.C. de cōfirma.tuto.⁊.l.pater.ff. de testa.tuto. Ideo iudex concurrens a volūtate patris mortui et auie viue debebit magis audacter et procliuior esse ad confirmandū:⁊ ideo putarem ꝙ deberet per iudi cem confirmari. Si vero diceretur ꝙ non sit omnino certū ꝙ testa tor de his senserit respōdetur ꝙ nec iura dictant ꝙ tutor incertus datus a patre non sit confirmandus. Licet enim dictant qd̄ tutor incertus non possit dari testamento profecto si confirmatur a iu dice non censetur datus testamēto:sed a iudice propter testamen tum:et ideo sunt diuersi tituli de testamentaria tutela ⁊ de confir mata.⁊ in.ff.⁊ in.C. ideo putarem quod in hoc casu dicti tutores a matre nominati deberent per iudicem confirmari vel tanqꝫ legiti me dati in testamento tanqꝫ appareat ex nominatione matris de quibus testator senserit quasi non deficiat ius neqꝫ probatio per.l. duo sunt titij.de testamē.tute.⁊ ꝙ per eam dixit Barto.in dicta.l. quidā iuncta.d.l.theopompus. vel debeant cōfirmari tanqꝫ inuti liter dati. ¶ †Tamen dubium erit: an mater ⁊ frater consobrinus etiam si sint tutores per tex.in.l.si vt proponis.C. de confirma.tu. vbi est tex. ꝙ si anteqꝫ tutor confirmandus cōfirmetur alter detur tutela a iudice illa datio tutele valet : nec vitiatur licet confirme tur ille alius tutor qui erat confirmandus:sed aduertendum: quia Barto.prout in dicta.l.si vt proponis.refert Barto. dicere ꝙ illa lex procedit si tutor datur proprio motu iudicis al's si non fieret mentio de cōfirmando esset obreptum iudici:ideo non valeret da tio prout vult Barto.ſm eundem Bald.qui non impugnat: licet ad alias solutiones transeat: tamen est aduertendum an iudex decreuerit tutelam seu administrationem tutele matri vt legiti me prout facere debebat si non fuisset dictum testamentum cum donec est locus legitime tutele cesset datiua tunc videretur quod non valeret: quia confirmatus excludit legitimam prout habetur in dicta.l. si vt proponis. et volunt Barto. Bald. et docto. com muniter in.l. neqꝫ.eo.titu. Super hoc non insisto : quia non vidi formam illius decreti interpositi ad petitionem matris et fratris consobrini. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccxj.

Fideiussor obligatus ad penā conuentionalem promissionis de non offendendo an inquisito ⁊ accusato cōdemnato pro contu macia que pro cōfessione habetur sit exigendus.per totum.

1 Stipulari ꝙ alteri absenti etiam fisco nemo possit nisi notarius si fiat stipulatio cum iuramento non stipulante notario an iuramen tum validet contractum stipulationis.nu.3.vsqꝫ ad fi.consi.

2 Masculinum non concipit femininū in cōtractibus etiam verbo infrascriptorum quod est masculini generis.

3 Confessio facta parte absente valet ad cōscientie exonerationem.

4 Stipulatio alteri absenti facta notario absente nec stipulante pro absente notario an pariat obligationem naturalem.

5 Fideiussor in cōfessione vera an trahatur ad fictam confessionem vt ex ea possit compelli ⁊ quid in fideiussore contractus vel iudicij hoc qui fideiussit iudicatū solui an possit cōueniri nō discusso prin cipali etiam ex sententia lata contra principalem.nu.seq.⁊.8.

Confessio ficta vigore statuti ꝙ pro cōfesso habeatur.

Contumax an fideiussori noceat.

6 Sententia lata cōtra principalem an noceat fideiussori.

Confessio ficta ꝙ cōtumax pro cōfesso habeatur an noceat heredi mortuo inquisito.

7 Statutum per quod pater tenetur soluere condemnationem filij non habet locum in condemnatione ficta.

8 Confessio ficta in vna causa non preiudicat in alia causa etiā inter easdem personas.

¶ Consilium.ccxj.

In nomine dn̄i nostri Jesu

1 christi. ¶ †Quāqꝫ in presenti consultatione videatur prima facie dicendum ꝙ dicti fideiussores teneantur ad dictam penam camere apostolice: quia dicta pena est aperte pro missa per principalē. Et consequenter etiam per fideiussores: itaqꝫ cum constet per fictā confessionē ⁊ condemnationē principalis qd̄ ipse cōtrauenit.res enim iudicata habetur pro veritate.l.res iudi cata.ff.de reg.iur. Et ideo videtur ꝙ ex quo principalis est cōdem natus ⁊ dicitur non esse soluendo ad penam veniant in ea condem nandi fideiussores qui id qd̄ principalis promiserūt. Et sic dictam penam applicandā fisco: nec refragari videtur ꝙ dicta pena nō sit promissa fisco et propterea non possit exigi per.l. stipulatio ista.§. alteri.de verb.obli.cum concordā. prout in proprijs terminis no. Barto. post Dy.in.l.j. in fine principij.ff. de iure fisci.per tex.in.l. arbiter intra certum.ff. de arbi. vbi Bar. idem vult ꝙ dictum al's vidi obseruari in pratica: nam respondetur quinimmo videtur fa cta stipulatio pro fisco seu camera apostolica quod in idem recidit: quia notarius vt publica persona promissionem recepit ⁊ stipula tus est nomine omniū scriptorū in illo instrumēto:sed in illo instru mento erat descripta camera apostolica prout Hieronymus here des successores ⁊ cōsanguinei sui. Nam illa indefinita infrascripto rum equipollet vniuersali.arg.l.si pluribus.de leg.j.l.de precio.de publi.c.quia circa.de priuile.cum simi.⁊ clausula.in prin.posita ad omnia sequētia refertur si referri potest.l.si quis ex argentarijs.§.si initium tabularum.ff.de eden.⁊.l.iij.§.si filius.ff. de libe.⁊ posthu. et.c.secūdo requiris.de app. Et propterea illa verba que premittū tur.videlicet stipulāti ⁊ recipienti vice et nomine infrascriptorum in principio cōtractus apposita videntur referenda: ⁊ ad principa lem promissionē de non offendendo: ⁊ ad penalem stipulationem: prout etiam refertur ad promissionem fideiussorum: nam al's pro missio fideiussoria nulla esset nisi illa verba presenti recipienti et stipulanti etiam ad illam fideiussoriam stipulationē referreretur: ideo referenda videtur etiam ad cameram apostolicam per predi cta. Et licet deficiant illa verba vice vel nomine a quibus regitur verbum infrascriptorum: tamen non videtur referre : quia ex quo satis ex precedentibus et sequentibus de mente contrahentium

videtur

videtur ꝙ debeat suppleri.ar.l.j.§.fi.ff.de heredi.insti.⁊.l. verbum volo.C.de fideicõ.Et maxime videtur hec pars iuuãda quia interuenit iuramentum qđ sui natura facit actũ valere quo melius valere potest.l.cum pater.§.filijs matrẽ.de leg.ij.Item videtur ꝙ iuramentum iuuet de iure cañ. stipulationem alteri factam per no. per glo.in cañ.quotiẽs cordis oculus.j.q.vij.que hoc videtur velle per tex.ibi.⁊ in cañ.iuramenti.xxij.q.v.Facit quia ex stipulatione alteri facta queritur obligatio naturalis vt vult gl.in.l. si vnus.§. pactus ne peteret.ff.de pac.et in.l.stipulatio ista.§.alteri.de verb. obli.⁊ ibi Bar.⁊ Ang.⁊ Cy.in.l.pacto successorum.C.de pac.ideo iuramentum videtur pariter ꝙ astringat:maxime quia videtur ꝙ de iure canonico agi possit etiam vbi sola de iure ciuili obligatio nascitur.c.j.de pactis. Ideo pariter agatur ex stipulatione alteri

2 facta saltẽ si est iurata. ¶†Tamẽ his non obstantibus contrariũ puto de iure respondendum.videlicet ꝙ dicta pena per cameram apostolicã exigi nequeat:ex pluribus.et primo quia dicta pena nõ est ꝓmissa camere apostolice necꝫ aliquis pro ea recepit. Nõ enim ad eam refertur illud participiũ infrascriptorũ: nam est masculini generis:⁊ de se patet ⁊ in cõtractibus masculinũ non cõcipit femininum:prout voluit Archi.post Guid.de suz.in cañ.si quis suadẽ te.xvij.q.iiij.quod dictũ refert ⁊ sequitur Ponta.in.l.ij.in prin.de verb.obli.post mediũ.col.xxij.dicens nõ esse alibi illud dictum.Et ꝙ inter legistas fuit notũ soli Bal.in.l.gallus. illud etiam dictum refert ⁊ approbat Imo.in.l.si quis ita sit scriptũ filiabus. de leg.j. trahẽs ad emphyteosim:et similiter in.c.potuit.in fi.de loca.idem tenet similiter trahens ad emphyteosim dicens se ita cõsuluisse:et ita vidi ab alio Imo. nostro tempore consultũ ⁊.al's consului quo infertur ꝙ cum camera apostolica sit feminini generis illud verbũ infrascriptorũ qđ est masculini generis non cõcipit camerã apostolicam que est feminini generis: ⁊ sic remanet ꝙ non est stipulatus

3 aliqs pro camera:⁊ sic sumus in terminis.§.alteri. ¶†Nec obstat iuramentũ quatenus habet virtutẽ clausule si non valet qđ ago vt ago valeat vt valere põt: quia in casu isto.s.stipulatio facta alteri nullo modo valere põt: qm̃ oportet ꝙ valeat vel vt stipulatio vel vt pactũ nudum: prout al's cõtingit in.l.si vnus.§. acceptilatio.ff. de pac.⁊ in.l.an inutilis.ᵬm vnam lecturã.in prin.ff.de accepti.tamen minus valeret vt pactum nudũ:quia nec potest quis alij paci sci.l.si tibi.§.si pactus.ff.de pac. nec obstat ꝙ iuramentũ alteri factum obligat: quia licet illa glo.d.cañ. quotiens cordis oculus ad illud allegetur: tamẽ non ꝓbatur iuribus que allegat prout dicũt Imo.⁊ Ponta.in.d.§.alteri.qui tenent cõtra dictã glo.quia in.d. c.iuramenti nõ dicitur ꝙ ius queratur alteri:sed dicitur ꝙ iurans peccat qui mendaciũ dicit iurãdo vel simpliciter loquẽdo.Et similiter in.d.c. quotiens cordis oculus nõ dicitur qđ actio queratur absenti sed potius videtur tẽdere ille tex.ad obligandũ deo. Cum stipuletur Petro ⁊ eius vicario ⁊ suis successoribus:⁊ deinde si cõtraueniat se obligat pene eterne: ⁊ promissio ⁊ iuramentum respicit rem que pertinet ad animam. Et ideo forte nõ immerito Bal. in.l.illud.C.de sacrosan.eccle.dicit illam glo. esse verã in promissis ad pias causas:et esse vnicam glo.ꝙ possit quis pijs locis per verba directa stipulari:licet aliud velit ibi Bar.item Bald.in.l.generaliter.C.de non nu.pecu. allegat illam glo.ꝙ cõfessio facta parte absente ad exoneratiõe conscientie parte absente ꝓiudicat: vnde volunt Imo.et Ponta.in.d.§.alteri ꝙ de iure cañ.nõ possit quis alteri paciscí prout nec de iure ciuili:quia immo de iure cañ.prout de iure ciuili inspicitur an intersit.c.cum inter.R.seniorem.extra. de elec.⁊.c.non solent.ij.q.vj. ᵬm eos propter quã ratiõe vitiatur de iure ciuili stipulatio alteri facta: vt in.d.§. alteri est expressum: ideo cõcludit Ponta.ꝙ stipulator agere non potest:quia sua non interest per.d.c. cum inter.R.nec ille cui stipulatur per.c.ꝙꝙ. de vsuris.lib.vj.ibi aut alij qui possit ei acquirere ᵬm eum. et sic non cuilibet:et cõsequenter non vult ꝙ quilibet alteri possit acquirere obligationẽ ei stipulãdo:licet stipulatio illa tendat ad exoneratio nem cõscientie: quia pro soluẽdis vsuris: quod est magis notabile

4 propter dictũ Bal.de quo.s.†Et licet multi teneant ꝙ ex stipulatione facta alteri oriatur obligatio naturalis. multi tamen tenent contra prout habetur in.d.§.alteri.tamẽ dicit Ange. ibi ꝙ ex ista naturali agi nõ potest etiam de iure cañ. nec sequitur discrepãtia inter ius canonicũ ⁊ ciuile in naturali que oritur ex pacto nudo ex qua agi potest de iure cañ.⁊ non de iure ciuili.ergo idem in alijs naturalibus obligationibus cum discrepantie inter ius cañ.⁊ ciuile non sunt extendende.arg.c.cum expediat. iura iuribus concordari.de elec.lib.vj.⁊.l.vnice.C.de inoffi.do.⁊ insuper potest dici ꝙ licet de iure ciuili ex pacto nudo oriatur sola naturalis obligatio. tamẽ de iure canonico oriatur etiã obligatio canonica similis ciuili obligationi:put oritur actio. Cum regulariter ad productionẽ actionis requiratur obligatio ciuilis ⁊ naturalis.l.licet.§. ea obligatio.de procura.Non tamẽ expedit aliter hoc firmare.Preterea quãdo ex stipulatione alteri facta oritur obligatio naturalis. tũc illa queritur stipulanti nõ illi alteri ꝑut voluit Bar.in.d.§.alteri. et etiam alij inter eos enim scꝫ stipulantem et promittẽtem negotium geritur: quia verba obligatiua diriguntur in stipulantem:

quia promittitur sibi dare alteri.Si enim verba obligatiua dirigerentur in alterum non in stipulantem nulla obligatio etiam naturalis orietur.arg.l.quecũꝗ gerimus.de acti.et obli.prout volunt glo.⁊ Ang.⁊ Imo.in.d.l.stipulatio ista.§.si quis insulam.Non eñ potest tunc queri obligatio ex quo nullum negotium gestum est inter stipulantem ⁊ promittentem ᵬm ipsos Ang.et Imo.Et isto casu procedit opi. Rapha.cuma.⁊ Pau. de cast.in dicto.§. alteri. tenentes qđ ex stipulatione facta alteri nulla obligatio oritur per tex.in.l.eum qui ita.§.qui sibi.eo.titu. probans ꝙ qui alteri stipulatur intendit alteri querere non sibi.⁊ in.l.si ita stipula.§.grisogonus.eo.titu. vbi dicit nullam obligationem queri:si nullam: ergo nec naturalem.⁊ in.§.si quis alij.insti.de inutili.stipu. vbi dicitur ꝙ nihil agitur ᵬm eos:⁊ in hac opi.videtur etiã fuisse Christophorum de caste.in.l.si ita stipulatus.§.possum.eo.titu.ex his in quibus eum refert Imo.in dicto.§.alteri.⁊ dicta iura eo casu intelligi possunt vt latius dico in.d.§.alteri. Ex quibus clare deprehenditur qđ vbi aliqua obligatio oritur illa competit stipulanti. ergo si qua obligatio oriretur ad penam illa competeret stipulantibus ⁊ non fisco itaꝗ si qui agere possent ex naturali nõ fiscus:sed illi pro quibus fuit stipulatũ agere possent:illi tamen agere non possent: quia eorum non interesset ꝙ applicaretur fisco: ⁊ ꝙ etiam interueniente iuramento pena in huiusmodi terminis non possit vidi cõsultum per dominũ Benedictum capram doctorẽ maxime aucto-

5 ritatis.† Iuuatur insuper ⁊ clare pars fideiussorum qui cõueniuntur ad penam a camera fiscali: quia nõ probatur contrauentio: et sic non probatur promissio pene:adeo ꝙ etiam si pro fisco interuenisset legitima stipulatio non posset pena exigi : quoniam nulla probatio contra ipsos fideiussores facta dicitur quinimmo speratur non posse probari : quoniã fortasse non fuit facta offensa per promittentẽ: et paria sunt nõ esse ⁊ non apparere.l.duo sunt titij. ff.de testa.tut. cum concor. Ideo si actor non probat suam intentionem reus etiã si nihil ostendiderit venit absoluẽdus.l.qui accusare.C.de eden.l.actor qđ asseuerat.C.de proba.cum simi. Et ideo si pro parte fisci non probatur ꝙ per cõtrahentem vel personam in contractu cõprehensam fuerit offensa perpetrata: ⁊ consequenter pena cõmissa fideiussores nõ debent inquietari.Nõ obstat ꝙ principalis fuit inquisitus ⁊ cõtumax et tacite confessus stante statuto ꝙ contumax habeatur pro cõfesso et deinde vigore talis ficte confessionis cõdemnatus. Et sic videtur probatum ⁊ liquidatum per confessionem ⁊ sententiã homicidium: ⁊ sic cõtrauentio aduersus principalẽ.ergo etiam fideiussor teneatur vt in cõtrarium deducebatur: quia respõdetur ꝙ dicta liquidatio habet fieri cum fideiussore vt sibi preiudicet: qm̃ res inter alios acta alijs nõ preiudicat: vt in titulo.C.res inter alios acta in rubro ⁊ nigro.cum cõcordan. Quod procedit etiam in fideiussore contractus.Licet eñ sint opi. an res iudicata contra principalẽ mandetur executioni cõtra fideiussorem iudicij hoc est qui fideiussit in iudicio iudicatum solui de quo per Barto.in.l.j.iud.sol.⁊ per Cy.⁊ Bald.in.l.sanciuit.C. de vsur.rei iudi.glo.⁊ doc.in.c.j.de iniurijs.⁊ dam.da.lib.vj.⁊ Specu. in titu.de execu.sententie.§.sequitur.versi.quid si sentẽtia. tamen pro claro presupponunt secus esse in fideiussore cõtractus hoc est qui extra iudicium fideiusserunt prout contingit in terminis no-

6 stris.† Et ideo dicit glo.in.d.c.j.de iniurijs.⁊ dam.dato.lib.vj.qđ cõdemnato principali nõ censetur condemnatus fideiussor et eam sequũtur doct.ibi.⁊ Specu.in.d.§.sequitur.versi.quid si sententia simpliciter dicit ꝙ sententia lata contra principalem non preiudicat fideiussori cõtractus.⁊ Io.and.ibi in addi.trãsit: ideo censetur approbare iuxta no. per eum in proemio addi.Specu. Facit quia in sententia quasi cõtrahitur.l.iij.§.idem scribit.de pecu.Sed contractus principalis non nocet fideiussori.l.fi.ff. de pac.merito nec noceat sententia. Et cui non nocet sententia minime nocent acta probatoria iuxta theoricã Innocen.in.c.cum causam.de testi.per Bar.in.l.sepe.in fi.ff.de re iudi.et in.l.si mater. in fi.ff.de excep.rei iudi.⁊ Bal.in.l.ij.col.penul.C.de eden.et Ange.in.l.cum filius.in prin.de verb.obli.Et dato ꝙ vera cõfessio principaliter preiudicaret fideiussori:tamẽ ficta confessio prout est ista resultans ex contumacia nõ preiudicat alteri persone:immo nec heredi post mortem confitentis si decedit ante sentẽtiam vt est tex.singularis in.l.eius qui delatorem.de iure fisci.⁊ ibi Barto.⁊ Bal.in.d.l.ij.§.C. de eden. col.fi.Si autem decedit post sententiã tunc preiudicat heredi ipsa sententia cum heres censeatur eadem persona cum defuncto. in aut. de iureiuran. a mor.presti.§.j. sed sententia lata contra principalem non preiudicat fideiussori vt dictum est merito nec ficta confessio siue lata sit sententia siue non sit lata : et qđ sententia lata ex ficta confessione non preiudicet alteri.probatur ex not. per Barto. in disputatione sua que incipit perusie ciuitatis statuto. et in.l.cum filius.in princi.de verborum obliga. in quibus iuribus concludit ꝙ si statutum dictat ꝙ si filius cõmiserit maleficium pater teneatur soluere condemnationem pro filio : licet si filius condemnaretur ex vera cõfessione vel vera probatione pater teneretur ᵬm eum. Tamen secus si condemnatur in cõtumaciam ex ficta confessione statutaria : quia de delicto filij non constat : quia ficta

confessio non egreditur personam.d.l.eius qui delatorem: et quia vbicũq; sentẽtia lata cõtra vnũ preiudicat alteri illud fallit quãdo sententia est lata in contumaciã.l.qui repudiãtis.in fi.ff.de inoffi. testa.z.l.papinianus.§.meminisse.eo.titu.z.l.ideo.ff.de euic.ẽm eundem Bar. qui et alia adducit.z doct. ibi in hoc transeunt cum eo.z idem voluit Bal.in.l.j.vj.q.C.ne filius pro patre.vbi tandem in fi.l.allegat pro dicto Bar.glo.ordi.et notabilem in.§.fi.insti. de noxali.

7 † Et idem videtur velle Bal.in.l.transigere.C.de transac. et Ange.in.l.ij.ff.si ex noxa.causa agatur:z per eundem Bal. in.l. vnica.§.si pcurator.ff.si quis ius dicẽ. nõ obtẽ. dicentẽ q statutũ disponẽs q pater teneatur soluere cõdemnationẽ pro filio condẽnato pro homicidio nõ verificatur si filius condẽnatur ob cõtumaciam. Et dicit ita fuisse consultũ:z ita tenere Iaco.but.Io.de lig.z Ray.de forli.de quo ẽm eum est casus in.l.si perlusorio.§.fi. et ibi Bar.ff.de appel.

8 † Quinimmo ficta cõfessio in vna causa nõ preiudicat in alia causa etiã inter easdẽ personas prout no. Bar.in.d.l. eius qui delatorem.in fi.princip̃ij per.l.ij.§.diuus.eo.titu.quod et firmat Bal.in.d.l.ij.C.de eden.in vlti.col.loquẽs per vniuersalem nunq̃.s.q nunq̃ ficta cõfessio etiam inter easdẽ personas nocet in alio iudicio:z hoc per duas leges.vcz per.d.l.ij.§.diuus.z per.l.iij. C.de fide instru. Cum itaq; in casu nostro sint diuerse psone. Item sit diuersa causa z iudiciũ vnum criminale aliud ciuile vnũ ad penã legalem z capitalẽ aliud ad penam cõuentionalem z pecuniariam. Item vnum contra principalem officio iudicis nobili aliud cõtra fideiussores iure ordinario.s.actionis nullo pacto illa ficta cõfessio et sententia eius vigore lata probat maleficiũ in hoc nouo iudicio nec preiudicat ipsis fideiussoribus per p̃dicta. Et ita hoc anno cõsului in simili hic perusie similiter in pena rupte treuge:nam principalis fuerat captus z fractis carceribus aufugit z frãgens carceres habetur pro cõfesso. instabatur cõtra alios qui promiserãt pro eo in treuga. Conclusi q nõ tenebantur nõ probata aliter offensa. Et fuit vt arbitror obtentũ:quia postea nõ audiui q fieret verbũ. Si eñ fuissent ingetati rediissent ad me. Cum itaq; mihi dicatur q homicidiũ cuius pretextu dicitur cõmissa pena conuentionalis nõ probetur nisi per dictã contumaciã principalis: nõ potest vllo pacto exigi pena aduersus fideiussores per predicta. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccxij.

1 ☞ Vsure dotis non solute debẽtur viro etiam in foro poli loco alimentorũ seu heredibus eiusdẽ durante anno luctus.nu.3.
Alimenta debentur iure naturali quod artat quodlibet ens ad se alimentandum.

2 Dotis actio seu exactio est viri z non vxoris.

3 Dote non soluta seu restituta venit vxor alenda ab his seu heredibus dotem non soluentibus aut restituentibus.

4 Alimenta debentur etiam pro tempore preterito ei qui ab alio suscepit alimenta q̃ ab eo a quo erat alimentãdus z an sint in rebus vel pecunia prestanda.

5 Dotis causa z pro alimentis pactũ per quod maritus debeat fructuare vnam apothecam cum voltis supra positis an valeat dicta concessio z an restringantur volta pro longitudine apothece z nõ vltra.nu.seq.
Alimenta preterita nõ prestita an transmittantur in heredem vt peti possint.

6 Via necessaria seu iter venit in dispositione cum re in cõtractibus et vltimis voluntatibus.

¶ Consilium.ccxij.

1 In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ † Premittẽdum est q ẽm veram et cõmunem sententiam doctorum vsure pro dote non soluta debentur viro:z licite ab eo exiguntur etiam in foro poli propter onera matrimonij propter que maritus percipit dotẽ et fructus dotis.l. pro oneribus.C.de iure dotium.z.l.dotis fructus.ff.eo.titu.z ideo propter cõpensationem onerũ promissio alicuius rei seu fructuũ alicuius predij loco alimentorum seu proprius loquendo loco vsurarum.videlz z tenet vt est expressum in.c.salubriter. de vsur.z per Bar.z doct.in.l.si insulã.§.vsuras.ff.solu.matri.z Bal.z doct.in.l. fi.§.preterea.C.de iure dot.et est indubitata opi. non instandum: sed mulieri in dote restituẽda secus:prout cõmuniter tenetur licet Bal.cõtra in auc.ei qui.C.de bo.auc.iud.pos.non em̃ tenetur mulier se alere propter dotem:sed natura artat quẽlibet animantium ad se alimentandum:nam omnis charitas incipit a seipso.l. si preses.C.de serui.z aqua: sed educatio liberorum descẽdit a primeuo iure naturali institu.de iure naturali gen.z ciuili.in princi. ergo et educatio suipsius a fortiori z docet experientia que est rerum magistra.c.quã sit.in prin.de elec.lib.vj.z.c.statutum. in prin.eo.titu. et lib.

2 † Et tantofortius quanto dos promittitur marito et non vxori: z actio marito cõpetit non vxori ad petẽdum dotem a promissore dotis: adeo q soluto matrimonio vxor non potest dotem ab eo qui dotem pmisit petere nisi actio sibi cedatur a marito vel heredibus mariti cedatur vt est casus in.l. si pro te.C.de iure dot. Ideo ex quo nõ potest a promittẽtibus dotẽ exigere sortem principalem multominus videtur q possit exigere alimẽta seu vsuras que veniunt accessorie ad sortẽ principalem. maritus aũt seu eius heredes nõ supportant onera matrimonij nisi cõstante matrimonio vel forte intra annũ post solutum matrimoniũ per ea que habentur in.l.vnica.§.exactio.C.de iure do.z in.l.fi.C.de bo. mater. et voluñt Inno.Io.and.et do.Anto.in.d.c.salubriter.z Imo.post eos.in.l.diuortio.in prin.ff.solu.matri.nisi forte mulier nõ habeat vnde se possit alere z non posset recuperare dotẽ .vt per Raph. in dicta.l.fi.sed nõ pertinet ad casum nostrũ : ideo concludendum est circa primũ quesitum q donec matrimoniũ durauit alimenta seu vsure dotis nõ solute debebantur marito et potuit retinere dictas apothecas z voltas superiores pro dictis alimẽtis:nisi forte redditus earũ fuerit nimis excessiuus respectu residui dicte dotis. Audio autem q fuit multum tenuis propter dissensiones z guerras z malam dispositionẽ ciuitatis predicte tudertine.

3 † Post mortem vero mariti saltem post annũ non debẽtur heredibus mariti dicte vsure que vulgariter appellantur alimenta dotis : nec de iure cõmuni debẽtur mulieri per.s̃.dicta: sed licet nõ debeantur de iure cõmuni: tamẽ debentur de iure municipali disponẽte q filia excludatur ab hereditate patris: tamẽ debeat dotari z alimẽtari donec maritetur z dos soluatur integre:ista est lex municipaiis aperta:z vbi casus legis ibi nulla est dubitatio.l.ancille.C. de fur.l.illã.ver. de modo.C.de colla. Nec ob.si dicatur q statutũ permittens vsurã non tenet:quia nutritiuum peccati: immo statuentes puniuntur. cle.j.de vsuris:vnde si prout.s̃.dictum est vxor nõ potest aduersus non soluentẽ dotem petere alimenta dotis nõ solute:z q sibi esset vsura illicita : licet secus in marito.ergo si est vsura non potest per statutũ permitti:quia ad hoc respõdetur q istud statutũ non permittit vsurã:sed vult q filia alimẽtetur a masculis ea ratione:quia statutũ excludit a successione z bonis paternis ex quibus si successisset potuisset verisimiliter percipere alimẽta: prout ergo iura disponunt ex causa q vna psona cogatur aliã alimentare vt in titu. de libe.agno.ita z statutum istud possit hoc disponere ex ea causa: quia filia per ipsum statutũ excluditur a successione. Istam tamen obligationem alimentandi voluerũt statuentes limitare vsq; quo dos fuerit soluta: solutio dotis est causa liberãdi masculos ab obligatione seu onere alimentandi. Non autẽ mora vel dilatio soluẽdi dotem est causa obligandi ad prestationẽ alimentorũ:prout cõtingit in vsuris:quia non solutio et retentio pecunie creditori debite causat onus vsurarũ in casu isto secus est vt premisi : et apparet ex eo quia istud onus alimentandi causatur anteq̃ dos debeatur et anteq̃ matrimoniũ contrahatur sine quo dos esse nõ potest.l.fi.C. de dona. ante nup.z.l. dotis promissio.z.l.stipulationẽ. cum simi. ff.de iure dotiũ. Ergo nõ debetur ex eo quia differatur solutio dotis:sed ex eo quia priuatur hereditate:z in hoc honoratur masculi et ipsa oneratur propter qđ in aliquo releuatur vt masculi onerentur onere eam alimentãdi.

4 † Et licet maritus aut heredes mariti eam alimentauerint nõ sequitur quin alimenta ipsa preterita non prestita possint peti aduersus eos qui prestare illa tenebantur.l.de alimẽtis.C.de trãsac.l.j.z ibi Bal.C.de fideicom.z Bal. in auc.cui relictum.in fi.C.de indic.vid.z in.l.j.in fi.vj.q.C.de heredi.insti.et Bar.in.l.libertis.§.j.ff. de alimen. lega.vbi Bar. tractat qualiter habeant prestari alimẽta preterita:an z quãdo estimatio: an vero et quãdo ea que pro alimẽtis erant necessaria puta frumentũ vinũ et hmõi:z prout mihi persuadeo ex his que in facto percepi longe plus sumabunt ista alimenta etiam pro tempore quo vixit dicta Bartholomea:quia post mortẽ ipsius nõ habent prestari alimẽta pro tempore postea nominãtur:quia nõ transmittũtur hoc respectu ad heredem. vt per Bal.in.l.fi.C.de heredi.insti.in.vj.q. z per eum in auc.cui relictũ.in fi.de indic.vid. quã sument omnia que dictus Baptista et eius heredes susceperint ex dictis apothecis et

5 voltis superioribus. ¶ † Deueniendo ad scdm quesitũ:licet mihi videatur minimi interesse p̃supposito eo quod premisi q interfuit filiorum z heredũ dicte Bartholomee potius petere z cõsequi alimenta que ex forma statuti erant prestãda Bartholomee que alimenta pro tẽpore quo vixit transmittũtur ad heredẽ hoc est heres potest petere alimẽta preterita que fuerant prestanda suo auctori in vita ipsius auctoris nũc defuncti.s. respectu temporis quo viuebat: quã prosequi redditus perceptos ex dictis apothecis cum dictis voltis integris:nihilominus vt cõsultanti morẽ gerã:z respõdeam ad quesitũ. Licet videatur primo aspectu dicendũ q nõ censeantur cõcesse ad vsufructuandum dicte volte nisi quatenus sunt supra duas apothecas que fuerũt cõcesse ad vsufructuandũ. Nam ex quo dicitur in instrumento cum voltis supra dictas apothecas positis illud participiũ resoluitur in verbũ z relatiuũ ẽm grãmaticos:itaq; resoluitur in voltis que sunt posite supra apothecas zc. Sed relatiuum qui vel que exponitur pro quatenus.l.stichum qui meus erit.de leg.j.z ibi per doc.z in simili per Bar.in.l.j.ff. de iure codicil.z eum z doct.in auc.ex causa.C.de lib.prete. z Bald.in.l.fi. C.de codicil. Ideo dicte volte censeantur cõcesse ad vsufructuandum quatenus sunt posite supra dictas apothecas. Pro quo facit quia verba contractuum sunt interpretanda contra eum pro quo faciunt

quo faciũt qui potuit legẽ apertius dicere. l. quicquid astringẽde.
ff. de verb. obli. ⁊ l. labeo. ⁊ l. si in emptione. in prin. ff. de cõtrahen.
emp. ⁊ l. veteribus. cum ibi notatis. ff. de pact. ergo contra dictos
Baptistam ⁊ Bartholomeũ qui stipulati fuerunt et qui ex cõtra-
ctu nituntur. Et per consequens dicta verba cum voltis supra eas
positis interpretentur contra ipsos Baptistam et Bartholomeũ
et eorum heredes per predicta: et sic intelligantur quatenus sunt
supra dictas apothecas: attẽta etiam ꝙ ex quo erãt quatuor apo-
thece quatuor erant volte supra eas posite: ⁊ illa verba cum voltis
verificantur in duobus. l. inter illam. in fi. ff. de verbo. signi. c. plura-
lis locutio. de reg. iur. in. vj. ⁊ l. vbi numerus. de testi. ¶ Tamẽ his
non obstantibus contrariũ puto de iure respõdendum: nam pre-
suppono ꝙ ille volte erant vtiles ad vsufructandum a latere supe
riori. a latere em̃ inferiori etiã sine dicta adiectione cum voltis ⁊c.
veniebãt appellatione apothecarũ: quia erant partes ipsarum vt
de se est notũ: ⁊ de se al's sunt inutiles: quia cõmuniter artifices nõ
vtũtur superficie apothecarũ. dicte autem volte a latere superiori
cum nõ haberent nisi vnum tramedium nõ iudicarentur nisi due:
attẽto ꝙ a latere superiori nulla signa sunt ꝙ separetur vna volta
ab altera nisi per vnum tramediũ per quod cõstituuntur due non
plures volte. quod ⁊ demõstratur: quia nõ habent nisi duos introi
tus: ita ꝙ demonstratur ex hoc ꝙ non habebantur a dño nisi pro
duabus voltis. Et insuper volta quatenus per directum est supra
vnam ex dictis apothecis: quia nõ est iuxta introitum esset inuti-
lis ad fructandum sine residuo volte: quia nõ posset ad eam accedi
nisi per residuũ volte: ⁊ per hostium quod est apud residuum dicte
volte: ita ꝙ illa cõcessio ad fructandũ dictam voltam fuisset inuti-
lis: ita ꝙ non est verisimile ꝙ fuerit de mente contrahentiũ: mens
autem cõtrahentium preualet verbis. l. in cõuentionalibus. ff. de
verb. sig. multofortius vbi verba cõueniunt menti prout ⁊ hic cõ-
ueniunt. Nam due possunt dici volte ⁊ due cõmuniter iudicarẽtur
a latere supiori ⁊ non plures ⁊ ille volte sunt superiores: ita ꝙ hoc
respectu possunt dici tote supra volte: put si dicamus sol est supra
lunã tales stelle supra solem: quia cõstitute in altiori loco: licet non
sint per directũ supra: ita et dicte volte tote sunt supra apothecas
hoc est pro parte per rectã lineã pro parte aliter. Itẽ satis possunt
dici supra ꝓprie ex quo pars earũ est supra et cooperit eas prout si
dico arbor tua est supra fundũ meũ propria est locutio: licet nõ pen
deat tota arbor. prout ⁊ tangit Bar. in tractatu tyberiadis. in lib.
de insula in verbo ꝙ si ex vno latere. Et sic concurrunt verba et
6 mens. † Et maxime vltra p̃dicta mens: quia al's illa cõcessio vsus-
fructus volte que habet aditũ supra aliam apothecã esset inutilis:
quia sine aditu nullam vtilitatem afferret. l. binas edes. al's incip.
gaius. ff. de serui. vrba. p̃di. Et licet edibus legatis iter necessarius
censeatur etiam cõcessus: tamen secus si per contractũ inter viuos
concedantur. l. via. in fi. ff. de serui. rusti. predi. ⁊ l. in vendẽdo. ff. de
cõtrahen. emp. prout ⁊ not. doct. in dictis iuribus. ⁊ Bar. ⁊ doc. in
dicta. l. binas. ⁊ ideo si non cõcederetur dicta volta quatenus esset
supra apothecã non cõcessam cum aliũde nõ haberetur aditus illa
concessio esset de se inutilis sine dicto aditu. Et ex altero latere illa
pars alterius volte que ex altera parte est supra aliam apothecam
non cõcessam cum nõ habeat aditũ nisi per voltam que est. s̃. apo-
thecam cõcessam remansisset apud ipsos fratres cõcedentes inuti
lis. Que nõ sunt de verisimili mente ipsorũ contrahentiũ: itaq; cõ-
siderato etiam ꝙ dicte volte prius retinebantur per conductores
dictarũ duarum apothecarũ que fuerunt cõcesse ad fructandum ⁊
tote deputate fuerũt ad vsum dictorũ conductorũ: et sic dictarum
duarũ apothecarũ demonstratur etiã mens loquentiũ ⁊ disponen
tium ex vsu ⁊ consuetudine sua. arg. l. si seruus pluriũ. §. fi. de leg. j.
et. l. cum seruus. circa finem. ff. de cõdi. ⁊ demõstra. ⁊ l. sed iulianus.
§. quod dicitur. ad mace. ⁊ l. vel vniuersorum. ff. de pigno. acti. cum
concor. ⁊ sic multa nos artant in hanc interpretationẽ nec recedi-
mus a verbis: nam exponere que pro quatenus est impropriatio:
nam prout relatiuũ substãtie qui vel que differt nomine a dictione
quatenus. ita et proprie sumptum differt significatione. l. si idem
codicilli. C. de codicil. Restat itaq; cõclusio ꝙ dicte volte integre
veniunt in dicta concessione.   Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxiij.

1 ☞ Societas an cõtrahatur tacite cum pupillo maxime habente matrem promiscue facientem actus sociales attento ꝙ maior factus potest ratificare postea. nu. seq.
2 Societatis lucrũ cum pecunia cõmuni patrui et pupilli factũ nepotis factum an sit cõmunicandum vsq; ad. nu. 6.
Lucrum factum cum pecunia aliena an ascribatur partim pecunie ⁊ partim industrie. nu. seq.
3 Societatis lucrum quomodo diuidatur vbi est vnius pecunia et alterius industria.
4 Filiusfami. quesita patris pecunia vix contemplatione censentur profectitia.
5 Socius qui plus ponit ⁊ plus opatur plus de lucro debet pcipere.
6 Socius emens rem cõmuni nomine et soluens precium rei empte an presumatur facta dicta solutio de cõmuni pecunia vel propria.

¶ Consilium. ccxiij.

In nomine dñi nostri Jesu

1 christi. ¶ † Philippus decius de Mediolano cõsuluit
senis sup facto quorũdam fratrũ: sup pluribus dubijs sa
tis claris meo iudicio saltem quatenus ipse decidebat: inter cetera
allegando pro parte cõtraria ꝙ esset contracta societas subdebat
hoc videlz: nõ ob. ꝙ inter eos vnus erat pupillus quo casu inter-
uenientibus etiã quibuscũq; actibus nõ inducatur societas: quia
nõ potest esse etiã si expresse velit pupillus inire societatẽ vt decla
rat Bar. in. l. si societatem. §. altero. de admini. tu. ⁊ in. l. si patruus
cõmunia vtri. iud. ⁊ Ang. qui loquitur in pupillo infante: ita cõsu-
luit cõsi. lx. incip. ad hoc dicendũ est ꝙ pupillus in casu nostro ha-
bebat matrem tutricem: et ipsa potuit actus ꝓmiscuos cõmunio-
nis pro pupillo facere: ⁊ res adinuicẽ cõmunicare: ⁊ hoc modo po
tuit cum pupillo cõtrahi societas omniũ bonorum vt dicebat no.
Bal. in addi. ad tractatũ Bar. de duobus fratribus col. vj. versicu.
idem dico: sed cõtraria locũ habent quãdo cum solo pupillo fierẽt
tales actus ꝓmiscui: quia se nõ potest obligare. Secũdo licet esset
pupillus: ⁊ cum eo non valeret cõtractus tacite societatis: si tamẽ
respiciebat vtilitatem ipsius potest maior factus ratificare vt no-
tabiliter voluit Bal. in. d. addi. sequitur et latius probat Alexan.
de imo. consi. xlix. incip. mature ponderatis. col. ij. et consi. xxxvij.
incip. consideratis. his idẽ Petrus de vbaldis in nouello tractatu
societatis. in tertia parte. in principali in. ij. col. vbi limitat ⁊c.

¶ Subscriptio.

In nomine dñi nostri Jesu

2 christi. ¶ † Satis clare mihi apparent Petrophilippo
de Corneo. U. J. doctori de perusio conclusiones facte
per prestantem iuris doctorem dñm Philippũ deciũ vti fratrem
hono. Et per suam reuerentiã egregie et abunde cõprobate sunt:
adeo ꝙ sup eis non videtur fere opus elaborare. Nulli enim actus
reciproci ex themate eliciuntur qui tendant in societatẽ omnium
bonorum vel lucri ⁊ questus: ita ꝙ nihil adducitur ex quo elici possit
inita societas: ita ꝙ res est luce clarior qd nulla fuit inter dictos
fratres inita societas omniũ bonorũ vel lucri ⁊ questus. Quo fit ꝙ
exinde nulla lucra veniunt ratione societatis cõmunicanda prout
et concludit dñs consulens nõ insisto super re clarissima. Sed duo
vidẽtur dubia insurgere nõ multũ discussa per dñm consulentem:
quia presupponitur in themate ꝙ dictus Antonius habuit apud
manus suas. cc. flo. vel circa redactos ex p̃cio domus vẽdite cõmu-
nis inter eum ⁊ Martinũ pupillũ: ⁊ cum in themate dicatur ꝙ di
ctus Antonius diligẽter se exercebat in arte mercãtie est verisimi
le: licet in pũcto nõ exprimatur ꝙ dictos. cc. flo. trafficaret: ⁊ cũ eis
lucratus fuerit. Itẽ in themate p̃supponitur ꝙ dictus Antonius
postea accessit in curiã romanã cum florenis. c. de bonis patrimo-
nialibus: ⁊ sic de bonis cõmunibus: et ibi lucratus fuit. cccc. ita qd
est verisimile qd primo dicti. cc. floreni cõmunes iuuauerint dictũ
Antoniũ ad lucrandũ in patria: ⁊ successiue dicti. c. flore. in aliqua
parte causauerint dictũ lucrũ. cccc. flo. quia qñ quis trafficat cum
pecunia ⁊ lucratur pars lucri ascribitur industrie et pars pecunie
prout volũt Bar. Bal. ⁊ doc. in. l. cũ oportet. in prin. C. de bonisq;
libe. Bar. in tractatu suo. de duobus fratribus. ⁊ in. l. j. §. nec castrẽ
se. ff. de colla. bo. ⁊ in. l. illud. C. de colla. Bal. in aut. ex testamento.
in. x. c. C. de colla. ⁊ ibi Pon. idẽ Pau. de cast. in. d. l. illud. ⁊ specu.
in titu. de iudi. §. sequitur. versi. quid si alter filiorũ videtur potius
ascribere pecunie quatenus vult ꝙ si filiusfamilias negotiatur cũ
pecunia patris lucrũ totũ acquiritur patri tanq; quesitũ ex re pa-
tris: ⁊ idem voluit Bal. in. l. certũ. C. fami. hercis. itaq; lucrũ vide-
tur saltẽ pro parte ascribendũ pecunie: ⁊ ideo pars dicti lucri vide
tur ptinere ad dictũ Martinũ cum eius pecunia videat̃ pro parte
3 quesitũ. † Et dicit Bar. in. d. §. nec castrẽse. ⁊ in. d. l. illud. ꝙ de con
suetudine id qd quis lucratur cũ pecunia aliena dimidia attribui-
tur psone ⁊ dimidia pecunie: licet Bal. in. d. aut. ex testamento re-
prehendat Bar. dicens ꝙ Bar. loquitur de suo capite ⁊ non bene:
sed Bar. refert cõsuetudinem nõ dicit esse de iure: ⁊ in dicto tracta
tu de duobus fratribus aliter loquitur prout ⁊ aliter vult Bal. in
dicta aut. ex testamẽto dicẽs ꝙ remittitur arbitrio iudicis quãtũ
attribuatur pecunie: ⁊ cõsequẽter quãtũ industrie. qd ⁊ satis est de
intentione Bar. in. d. tractatu de duobus fratribus. Non em̃ esset
equũ ꝙ si vnus rudis ⁊ parũ industriosus trafficaret cũ. x. milibus
flo. paternis vel socij ⁊ multa lucraretur diuideretur lucrũ per me-
dium prout si trafficasset cum. c. flo. nec si vnus multũ industriosus
operaretur cũ centũ nũmis alienis fieret equalis diuisio lucri: put
si trafficasset cum mille nũmis: ⁊ ad ꝓpositũ nostrũ Specu. in ti. de
iudi. quarta parte. §. sequitur. versi. qd si isti. dicit ꝙ illud qd queri
tur cum pecunia mea vel occasione pecunie mee debet mihi resti-
tui: ⁊ allegãdo illud dictũ Spe. licet variet in versi. Ang. in cõsi. lx.
sm ordinẽ informis incip. morte dicti filij. col. ij. concludit ꝙ si pa-
truus lucrat̃ cũ pecunia cõi sua et nepotis lucra sunt cõicãda nepo
ti nisi quatenus attribuẽda essent operi ⁊ industrie: nam illud esset

precipuũ ipsius patrui sm eũ: ⁊ sm hoc pars lucri esset attribuẽda dicto Martino ratione sue pecunie. qd licet esset equũ: ⁊ si ex consumptione illius pecunie ipse Martinus passus fuisset aliqd dam num vel interesse pretẽderet de iure deberet illud sibi resarciri ꝓut et cõcludit idem Ang. in d. cõsi. lx. in fi. j. col. Et maxime hoc videtur dicendũ cum dicatur fuisse pecunia pupilli: nam mercãtie empte de pecunia pupilli efficiũtur pupilli. l. curator. C. arbi. tute. ⁊ l. ij. ff. quãdo ex fac. tu. prout in milite. l. si vt proponis. C. de rei ven. Et ex venditione illarum merciũ lucrum resultat. item dicit Ang. in dicto consi. lx. ꝙ tenetur ille patruus ad interesse ipsi nepoti: et similiter Bar. in d. l. titium ⁊ meniũ. §. altero. de administra. tuto. Tamẽ ꝙ lucrum factũ cum pecunia fratris debeat sibi tradi quicquid dicat Ang. non videtur verũ. Non eñ cauetur iure nec negotium aliquod inter fratres tunc geritur: ideo nõ oriatur inter eos actio. l. si in area. ff. de condi. indebi. ⁊ l. si me ⁊ titium. ff. si cer. peta. arg. sumpto a speciali. Et ex quo frater negotiatur suo nomine: si damnũ contigisset periculũ erat ipsius negotiantis cum pecunia pupilli vel alterius. Ideo decet ꝙ et cõmodum sit ipsius. arg. l. sm naturam. ff. de reg. iur. ⁊ l. manifestissimi. §. cum in scda ibi minime lucrum ad dñm peruenire. Ubi enim periculũ ibi lucrum ⁊c. C. de fur. ⁊ l. si id quod. §. si quem questũ. in fi. ff. cõmo. Et contrarium si nomine proprio negotiatur. s. ꝙ lucrũ sit propriũ negotiãtis cum pecunia cõmuni no. Bar. ⁊ Bald. in l. si patruus. C. cõmunia vtri. iu. ⁊ Bar. in d. §. altero. in ij. col. versi. quero quid si patruus. per dictam. l. si patruus. ⁊ per. l. cum duobus. §. fratres. ff. pro socio. et Bal. in addi. ad tractatum Bar. de duobus fratribus. in. j. q. circa gesta post mortẽ patris: nec empta ex pecunia pupilli queruntur pupillo nisi sint gesta per tutorẽ vel administratorẽ pupilli: ita loquuntur. d. l. curator. ⁊ d. l. ij. ad propositũ. s. allegate: secus si emãtur per non administratorẽ per. l. filie. ff. de solu. ⁊ ibi glo. ⁊ Bar. et idem Bar. in d. §. altero. ⁊ in d. l. si patruus. ⁊ Bal. Ang. ⁊ Saly. ⁊ Rapha. ful. C. de rei ven. in. l. si vt ꝓponis. ⁊ est cõmunis opi. ideo cum dictus Antonius non esset administrator dicti Martini pupilli: ideo empta ex pecunia pupilli per dictũ Antoniũ facta fuerunt sua propria: ideo lucratus fuit ex rebus suis non ex pecunia pupilli. Et si fuisset administrator pupilli: licet mercãtie empte ex pecunia cõmuni fuissent facte cõmunes: tamẽ precium redactũ ex dictis mercãtijs venditis nomine ꝓprio per ipsum Antoniũ fuit factũ ipsius Antonij quia preciũ redactũ ex venditione quã facit tutor de re pupilli per eum nomine suo vendita efficitur ipsius tutoris non ipsius pupilli vt est tex. in d. §. altero. ⁊ ibi not. Barto. ⁊ in d. l. si patruus. vbi dicit ꝙ ideo si fuisset tutor ⁊ cum pecunia pupilli vel cõmuni proprio nomine negotiatur lucrũ prime mercãtie empte cũ dicta pecunia efficitur pupilli pro rata sue pecunie: sed alie merces empte ex pecunia redacta ex primis mercibus nõ efficiuntur pupilli sed administratoris nomine proprio negotiantis. sm eum: qd ⁊ dixit Bal. in d. addi. ad tractatũ Bar. de duobus fratri. Et cum dicti primi. cc. flore. fuerunt sm p̃supposita in themate redacti ex venditione cuiusdam domus: si dicta domus fuit per dictum Antoniũ vendita nomine proprio vel simpliciter etiam ex hoc capite prime merces nõ fuissent facte pupilli: ⁊ idem circa dictos centũ flore. quos secũ detulit in curiam romanã: licet aũt vltimum medium nõ militaret in facto remanent alia. s. deducta. Ex his deducitur ꝙ dictũ Ange. in d. suo. lx. cõsi. non procedit quatenus dicit ꝙ lucrũ factum per patruũ cum pecunia sua et nepotis pupilli est cõmune: quia lucrũ resultans ex pecunia vel occasione pecunie mee est meũ: quia regulariter loquendo est falsum ex quo empta cum pecunia mea nõ sunt mea: vt. s. deduxi: et ꝓbatur in. l. si ex pecunia. C. de rei ven. ⁊ in. l. ex pecunia. C. de iure dot. ⁊ in d. l. si patruus. ¶ † Nec ob. auctoritas Specu. quã Ang. allegat: quia dictũ spe. potest intelligi sm terminos de quibus tractat. s. in filijs cõstitutis sub patria potestate: nam verũ est ꝙ quicquid queritur per filiũfamilias cõtemplatione patris vel ex substantia seu pecunia seu re paterna censetur profectitiũ ⁊ acquiritur patri. insti. per quas ꝑsonas no. acqui. §. j. ⁊ d. l. cum oportet. in prin. Et ita procedunt ea que habẽtur per doct. ibi: ⁊ d. aut. ex testamento. et in d. l. illud. ⁊ in d. l. certum. ⁊ in alijs locis. s. in contrariũ adductis. licet Ponta. in d. aut. ex testamento etiã in filiofa. idẽ dicit. s. ꝙ si negotiatur nomine ꝓprio cum pecunia patris lucrũ sit propriũ ipsius filij in totũ: sed quicquid sit in patre et filiofa. in alijs videtur clarũ per predicta. Et sic in hac parte remanet clara cõclusio dñi consulentis: quo ad omnia lucra facta per dictũ Antoniũ sua industria: licet iuuante etiã pecunia cõmuni: nõ sunt cõmunicanda fratri in aliquo per predicta: nec p̃supponitur qd dictus Martinus fuerit passus aliquod damnum ratione negotiationis predicte facte per Antoniũ cum pecunia sua: ideo nõ insisto circa aliud quod tangit Ang. in d. suo cõsi. lx. † Illud etiã constat ꝙ etiã si fuisset cõtracta societas tacite vel expresse inter dictũ Antoniũ et Martinũ lucra nõ deberent diuidi pro virilibus: sed maior portio esset attribuenda Antonio ratione sue industrie quã et operarũ quas ipse ⁊ non Martinus posuit in societate. Nam lucra debẽt attribui opere et pecunie: prout. s. in cõtrariũ deducebatur probatur in. l. si nõ fuerint. §. ita coiri. ff. pro socio. ⁊ natura societatis lucri et questus est ꝙ qui plus ponit in societate maiorẽ partẽ postea lucratorũ debet ꝑcipere: quia partes debent equales ꝓportionabiliter ad capitale prout sentit glo. interlinearis in verbo equales institu. de socie. in prin. ⁊ hoc voluit Nico. de mat. vt refert Bal. in l. j. in. iiij. q. C. pro socio. qui idem tenet ⁊ idem firmat Saly. in. l. mutius. in. vj. q. ff. eo. titu. non autem oportet insistere cum societas nõ fuerit tacite vel expresse cõtracta. ¶ † Scdo in themate dubitatur: an per allibramentum illi. cccc. flor. qui in curia romana suplucrati sint cõmunicati vel censeantur cõmunes vigore statuti Senensis disponentis ꝙ si fratres oẽs aliquas res allibrassent in allibramento cõmunis nullus eorũ audiatur dicens ipsas res nõ esse cõmunes: ⁊ idem per omnia in alijs ꝑsonis que fecissent librã cum alijs ꝑsonis vel separatim ⁊c. videtur ꝙ dicti. cccc. flo. descripti in estimo dictorũ duorũ fratrũ censeantur esse cõmunes. Nec possit per Antoniũ cõtrariũ allegari vigore dicti statuti dñs consulens pro hoc statuto allegat ꝙ idem est de iure cõmuni. s. ꝙ allibrãtes simul vna cẽsentur cõmunicasse. ꝓut vult no. Bar. in. l. rura. C. de cõmuni agro deser. lib. xj. vbi formaliter dicit no. hanc legẽ cõtra fratres qui nomine ꝓprio fecerũt emptiones p̃diorũ postea talia bona reperiũtur descripta cõmuni nomine in catastro. Ex hoc eñ alijs fratribus dominiũ est acquisitũ ad hoc etiam tex. ⁊ ibi Bal. in. l. censualis. C. de dona. vbi Bal. dicit per illũ tex. ꝙ si res tua me sciente ponitur in meo catastro dominiũ mihi queritur. idem cõsuluit Pe. de perusio in consi. incip. factũ sic ꝓponitur apparet in catastro. idem Lud. ro. in cõsi. ccxcj. col. iij. itẽ Petrus Matthei de vbal. in tractatu suo de soci. in tertia parte prin. co. x. Nam allibramentũ est factũ per ipsos fratres: ⁊ in eodẽ allibramẽto sunt allibrati dicti. cccc. flore. ⁊ maxime cum dicat statutũ si fecissent librã cum alijs ꝑsonis vel separatim. Et sic ex quo in allibramẽto cõmuni dicti. cccc. floreni sunt allibrati videtur militare dicta municipalis cõstitutio: quia non videtur obstare qd dictus Antonius dixit in allibramento: e io Antonio ho. cccc. flo. insul bãcho per mio capitale. Et sic separatim videtur ponere dictos. cccc. flo. tanq̃ suos nõ tanq̃ cõmunes cum distinxerit dictos. cccc. flo. ab alijs bonis pro cõmunibus: ⁊ cõmuniter allibratis. Cum statutũ videatur ꝓuidere etiã hoc casu qñ separatim vna res allibratur ab vno. Istud eñ videtur importare illud capitulum vel separatim: ⁊ maxime quia illa verba io Antonio ho nel fondeco. cccc. floreni per mio capitale: possunt intelligi ꝙ habebat in fundico pro. i. nomine sui capitalis: tũ de bonis cõmunibus habebat: tamẽ ipse quia suo nomine trafficare faciebat ⁊ erant descripti pro suo capitali. Et forte hunc respectũ habuit dñs consulens qui hũc articulũ omittit: licet tãgatur in themate. Quicquid aũt sit de eius mente. Tamẽ premissis nõ obstãtibus: puto cõtrarium tenendũ: nam ex quo. s. per dñm cõsulentem est conclusum ⁊ recte probatũ ꝙ dicti. cccc. floreni q̃siti fuerũt dicto Antonio ⁊ nõ erant cõmunicandi dicto Martino: nec forte attẽto patrimonio ⁊ industria Martini ⁊ ipsius Antonij est verisimile ꝙ alij. cccc. floreni fuerint ad manus dicti Antonij peruẽti maxime cõmunes inter eos: non est p̃sumendũ ꝙ dictus Antonius voluerit iactare suũ. l. cum de indebito. ff. de ꝓba. Esset enim quedã tacita donatio que non presumitur qñ potest alia cõiectura excogitari. l. si cum aurũ. ff. de solu. l. solutũ. §. qui reprobos. ff. de pig. act. ⁊ l. cõtra iuris. §. fi. ff. de pac. ideo dicta allibratio nõ censetur in dubio facta animo donãdi: nec interpretari vt. cccc. flo. ꝓprij ipsius Antonij censeantur cõmunicati fratri. ꝓprij enim p̃sumuntur ex quo vt suos retinebat ⁊ trafficabat: quia ex possessione p̃sumitur dominiũ vt per Inno. in c. olim. de priui. per moder. in rub. ff. de no. ope. nũ. ad hoc. l. sicuti. §. si queratur si serui. vẽdi. vnde dicit Bar. ꝙ qui soluit preciũ pro re empta cõmuni nomine vel pro expẽsis alteri factis cẽsetur expo suisse pecunias suas: vt late. s. deducit dñs cõsulens nõ insisto. qd non ex alio nisi vigore dicte p̃sumptionis. Spe. aũt dicit ꝙ recurrendum est ad cõiecturas: ꝓut ⁊ habetur in. l. cum oportet. in prin. de bonisqꝫ lib. prout Specu. dicit in ti. de iudicijs. quarta parte. §. sequitur versi. vt aũt. ⁊ refert ⁊ videtur sequi Bal. in cõsi. mihi. lxxxj. incip. vnus vcꝫ Joãnes. Cõiecture autẽ sunt pro Antonio ex quo p̃supponitur ꝙ ipse erat diligẽs ⁊ industriosus in exercitio mercature: ⁊ p̃supponitur ꝙ in curia romana lucratus fuit. cccc. flo. ideo est verisimile ꝙ illos quos habet in traffico quẽ facit proprio noĩe et habet pro suo capitali sint sui: ⁊ hoc clarũ: et dicta descriptio in libra idem demõstrat: nam ex quo separat istos. cccc. flo. a bonis cõmunibus datur intelligi ꝙ nõ assignabãtur in libra dicti. cccc. flo. pro bonis cõmunibus: sed vt ꝓprijs dicti Antonij: ita qdẽ innuũt verba. Si eñ fuissent cões dicti. cccc. flo. fuisset cõtinuato sermone. Item. cccc. flo. liquali tieni Antonio dicto per suo capitale nel fondeco. Et tunc posuissent in libra ambo fratres. videlꝫ Antonius ⁊ Martinus: sed ex quo separauit istos. cccc. flo. ⁊ per diuersum modum loquendi: quia vt arbitror circa bona cõmunia verba assignationis dirigebãtur ad vtrũqꝫ: ⁊ assignabãtur ab vtroqꝫ fratre. Sed subiungẽdo e io Antonio ho insul bancho. cccc. flo. per mio capitale ipse solus cẽsetur ponere in libramẽto cõis non oẽs prout loquitur primũ rñsum statuti. secus ergo a cõtrario sensu ꝓbatur in dicto

dicto principio statuti si omnes fratres nō allibrauerint: sed istos cccc. florenos: vnus frater allibrauit. vcʒ Antonius nō etiā Martinus igitur dictū principiū statuti non ob. Antonio: ⁊ illud solum principiū loquitur de fratribus sequēs respōsum loquitur de alijs psonis: ita ꝙ illud verbū separatim posset euitari dicēdo ꝙ loquitur in alijs psonis non in fratribus primū respōsum loquēs in fratribus loquitur per verbū omnes qđ est vniuersale collectiuū non particulare neqꝫ distributiuum vt per Barto. in. l. hoc articulo. de heredi. insti. per glo. ⁊ Bar. in. l. si pluribus. de lega. ij. per eundem Bar. in. l. mechis. ff. de iure fisci. Et ideo cōuenit verbo omnes qđ vnus solus separatim allibrauerit. Et insup esset absurdū ꝙ statutum disponeret ꝙ si vnus allibrauerit ipse nō possit dicere esse suā propriā ⁊ non aliorū sed ꝙ alij prohibeātur dicere non esse suā. statuentes eñ forte volētes trahere quēlibet ad faciendū sibi libram voluerūt inducere ꝙ libra pbaret pro allibrantibus: ⁊ ideo disponit ꝙ si omnes simul allibrant probetur res allibrata cōmunis et nullus eorum possit cōtrarium asserere ⁊ dicens non audiatur. Si autem vnus separatim sibi allibrat nullus alius possit dicere non esse suam si non reperiatur posita in alia libra vel datium inde soluat: ita ꝙ istud statutū ita intellectum potius facit pro Antonio quam contra: ita ꝙ sibi iudicio meo nullatenus obstat: si alia interpretatio a consuetudine nō sit data cum cōsuetudo sit optima legum ⁊ statutorum interpres. l. cum de interpretatione. de. ll. ⁊ c. cum dilectus. de cōsue. in ceteris autē dubijs seu quesitis acquiesco dictis per prefatum dominū consulentem ipsius decisionibus inherens quaset claras arbitror. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxiiij.

1 Renūciatio per sororem de bonis paternis ⁊ maternis facta fratri promittēti dotem in qua est lesio excessiua renūciantis cum iuramento nō tollit quominus petita absolutione agat petitione hereditatis. per totum.

Alienare minor prohibetur etiam cum decreto nisi iusta interueniat causa que partim dicitur dos sororis aut matris.

2 Restitutio in integrum an detur aduersus contractum iuratum absolutione petita vbi interuenit lesio minor dimidia. nu. 4.

3 Renuncians exceptioni doli mali an perdat remedium lesionis enormis. nu. seq.

4 Iuramentū nō impedit ꝙ vbi est magna lesio nō petat absolutio.

5 Renunciari an liceat enormi lesioni.

6 Decretum iudicis facit in dubio cessare doli presumptionem.

7 Contractus rescinditur etiam iuratus lesione enormi que causat doli exceptionem iuramenti tamen absolutione prehabita. nu. 4.

¶ Consilium. ccxiiij.

1 In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ † Uiso puncto ⁊ copia instrumēti videtur prima facie dicendum ꝙ dicta dña Francisca sit exclusa ab omni iure petendi aliquid de bonis paternis maternis vel fraternis. Cum de illis fecerit finē et refutationē dicto Ugoni suo fratri interueniētibus omnibus solēnitatibus a iure cōmuni vel municipali reqsitis ex quo interuenit decretū iudicis auctoritas curatoris cōsensus proximiorū cōsanguineorū ⁊ viri: ⁊ insup licet de iure minores prohibeātur alienare bona immobilia etiā cum decreto iudicis et auctoritate curatoris nisi interueniat iusta causa put est es alienū. l. ob es. C. de predijs mino. nō alie. et. l. j. in prin. cum si. ff. eo. ti. tamē interuenit causa dotis ppter quā bona immobilia per minorē alienari possunt. l. lex que tutores. C. de admi. tu. ⁊ no. glo. in. d. l. ob es. ⁊ insup interuenit iuramentū per qđ iuramentū validantur alienationes immobiliū factas per minorē etiā sine dictis causis ⁊ sine solēnitatibus al's requisitis: vt in auť. sacramēta puberum. C. si aduer. vendi. ⁊ facit. c. cum cōtingat. de iureiur. ⁊ c. ꝙuis. de pactis. in. vj. Et ideo nō oportet multū insistere: an ipse contractus citra iuramentū fuisset validus de quo esset hesitandū. 2 † Tamen ex quo interuenit iuramentū siue al's esset validus siue inualidus ppter iuramentū validatur per. d. auť. sacramēta. ⁊. d. c. ꝙuis. et. d. c. cum cōtingat. licet posset forte colorate instari ꝙ intersit id inuestigare: quia vbi al's valuisset tunc sublata virtute iuramenti mediāte absolutione remaneret contractus de se validus vbi vero cōtractus esset de se nullus pōt dici ꝙ sublato iuramēto per absolutionem sequatur rescissio cōtractus qui validabatur sola virtute iuramenti prout hec videntur sentire Joan. cal. ⁊ Pau. de leaz. in quodā eorū consilio prout refert Panor. in. d. c. cum contingat. in xij. col. tamē id non est expeditū quia Ange. in quodā suo consi. qđ incipit dña Catherina tenet ꝙ vbi cōtractus firmatur iuramento non pōt quis venire cōtra cōtractū: licet per superiorē absoluatur a iuramēto: quia actus est de se validus propter interpositionem iuramēti. Et hoc casu absolutio solum operatur ꝙ absolutus non incidat in periuriū. Non aūt annullat contractū secus vbi iuramētum nō firmat contractū sed solū ligat. ꝑm eum: quare al's legendo dictā auť. sacramenta puberū. dixi esse distinguendū ꝙ quandoqꝫ contractus nō firmatur iuramēto: sed sustinetur eo respectu: quia contrahens artatur timore periurij ad seruandū contractum: licet inualidū vt in terminis capituli debitores. de iureiur. Quandoqꝫ autem cōtractus erat de se validus: sed aduersus eum cōpetebant iuris remedia que tollūtur per iuramentum: ⁊ tunc dicta remedia non tollūtur: ita ꝙ iuramentū solū tunc tollit resti. in integ. ⁊ tunc absolutione petita possit peti resti. in integ. vt latius prosequitur in. d. auť. sacramenta pube. tamen istud de resti. in integ. non puto pertinere ad presentē consultationē: qm̄ non puto intra tempus cum sint. xx. anni cum dimidio ꝙ cōtractus fuit celebratus et ipsa cōtrahens erat tunc nubilis etatis: licet posset attētari ꝙ ex quo erat impedita petere restitutionē in integ. propter timorē periurij. l. j. C. si aduer. ven. tempus illud quadriennij dati ad petendum restitutionē in integ. cum ab initio sit vtile. l. fi. C. de temporibus in integ. resti. nō censeatur elapsum nisi a tēpore remoti obstaculi. Quod esset summe notandū si procederet: nō tamen approbo nec reprobo pro nunc. Solū imminet dubitatio: an ratione enormis lesionis dictus cōtractus aut virtus iuramenti reddatur inutilis: seu detur remediū aduersus dictū contractū: ita iuratum. Circa ꝙ videtur dicendū ꝙ non ea ratione: quia iuramentū tollit remediū resti. in integ. l. j. C. si aduer. ven. ⁊ restitutio in integ. nō datur pro parua lesione. l. scio. ff. de in integ. resti. titu. generali: ergo magna lesio nō impedit virtutē iuramenti. item in. d. c. ꝙuis. de pac. in. vj. cōtingit multotiens ꝙ mulieres grauiter decipiūtur. Et procedit ille tex. etiā si renūciantes nihil haberent prout ibi volūt Jo. and. et Dominicus de sancto gemi. ⁊ sic si leduntur in toto eo ꝙ renunciant: fortius si in parte prout cōtingit hoc casu. Itē ⁊ tertio deducitur. Quia vbi est lesus vltra dimidiā iusti precij iuramētum supplet. Licet eñ quis sit lesus vltra dimidiā iusti precij: tamē si iurat seruare contractū tollitur remediū. l. ij. C. de rescin. vendi. ⁊ c. cum dilecti. ⁊ c. cum causam. de emp. ⁊ vendi. prout volunt glo. Bar. et Bal. ⁊ doct. cōmuniter in. d. l. ij. ⁊ glo. ⁊ doc. cōmuniter in. d. c. cum causam. ⁊ glo. in verbo custodiātur. in fi. in auť. sacramēta pube. C. si aduersus vendi. ⁊ doc. ibi qđ videtur pcedere nō solū in maiore: sed etiā in minore si iurauit non venire cōtra ratione minoris etatis vel alia ratione prout sentit glo. in. d. l. ij. ꝙ ⁊ volunt ibi Bar. ⁊ doc. ⁊ glo. in dicto verbo custodiantur. ⁊ Ang. ⁊ Saly. ibidē. ⁊ doc. in. d. c. cum causam. ⁊ Jmo. in. d. c. cum cōtingat. col. xxviij. sed non videtur dubium ꝙ lesio vltra dimidiā iusti precij sit enormis lesio: ideo ex hoc videtur ꝙ dicta renūciatio non vitietur ratione enormis lesionis nec veniat dicta de causa rescindenda. 3 † Et insup potest renunciari exceptioni resultanti ex enormi lesione vt inquit Bar. in. d. l. si quis cum aliter. de verb. obli. sed dicta dña renunciauit exceptioni doli mali: vt patet ex serie instrumēti: ideo videtur renunciasse exceptioni que resultat ratione enormis lesionis que est exceptio doli mali: vt in. d. l. si quis cum aliter. Item decretum iudicis videtur ꝙ faciat cessare presumptionem doli per. l. j. cum sua glo. C. de predijs curi. lib. x. ⁊ dicit Bar. in. d. l. si quis cū aliter.

4 ¶ † His tamē non ob. contrariū puto de iure respondendū: nam in puncto presupponitur qđ ipsa Francisca erat heres patris ex persona sua ⁊ sui fratris ordinis minorum pro dimidia: et ꝑm hoc erat dña rerum hereditariarū pro dimidia ascendente ad estimationem mille flo. ⁊ ipsa recepit in dotem. ccl. ⁊ sic solūmodo quartā partem: ⁊ per consequens fuit lesio nedū enormis vltra dimidiam iusti precij que reputatur magna lesio: adeo qđ causat remedium rescissiuū contractus. l. ij. C. de rescin. vēdi. ⁊ c. cum dilecti. ⁊ c. cum causam. de emp. ⁊ vendi. ⁊. l. si quis cum aliter. de verb. obli. sed etiā longe maior: quia lesio in triplo: ⁊ tantofortius quanto renunciauit etiā bonis maternis ⁊ omni alie successioni per illa verba ⁊ generaliter de omnibus bonis que occasione alicuius defuncti vel quocūqꝫ iure ⁊c. quibus renūciauit ⁊c. Quādo autem est excessiua lesio tunc est dolus re ipsa. d. l. si quis cum aliter: ⁊ quādo est dolus re ipsa: quia viget enormis lesio tunc non videtur ꝙ iuramentum adeo liget quin possit peti absolutio a iuramento et postea veniri contra: nam prout dicit. d. Anto. in. d. c. cum cōtingat quarto casu suo principali si nō arguitur aliqua deceptio que habeat annexū dolū saltē presumptū nullum remediū cōpetit contra iuramentū: sed vbi lesio esset enormis tunc iurās habet remedia veniendi contra ad hoc no. per glo. in. c. veniens. et in iuribus ibi allegatis. de iureiuran. quia in enormi lesione presumitur dolus ⁊ subest causa presumēdi. l. omnes. §. lucius. de his que in frau. credi. ⁊ idē firmat Pe. de ancha. in repe. canonū in. xj. q. col. lxxvj. nam ꝑm eum iuramentum nō debet esse iniquitatis vinculū cañ. inter cetera. xxij. q. ij. et extra. de iureiur. c. et si christus. Item paria sunt inesse dolum ex proposito ⁊ dolū re ipsa. l. si quis cum aliter. de verbo. obli. ⁊. l. ij. §. circa. de excep. do. ꝑm do. Anto. qui cōcludit ꝙ dicta auť. sacramenta pube. ⁊. d. c. cum cōtingat. ⁊. d. c. ꝙuis. nō habent locū quando interuenit dolus re ipsa cuius verba satis placent Panor. put ipse dicit in. d. c. cum cōtingat col. xxvj. vult autē Pe. de ancha. ꝙ iuramentū liget tamē possit peti relaxatio seu absolutio a iuramēto: ita respōdens ad id qđ dicit Jo. and. post Jaco. de bel. in addi. Spe. in ti. de sententie prola. §. vt aūt. ⁊ in titu. de resti. in integ. §. j. ad fi. prime col. sed do. Anto. vult ꝙ nō astringatur iuramēto: ita ꝙ nō sit necessaria absolutio: qꝛ dolus re ipsa ⁊ dolus ex proposito

videtur exceptus a iuramento facit.c. quintauallis. vt latius per eum cuius dicta in effectu ibi sequitur Panor. colū.xxxj.et.xxxij. ea ratione quia presumitur dolus: vt ibi latius per eum. siue ergo non liget iuramentum siue liget ⁊ possit peti relaxatio ⁊ absolutio habemus propositū. ⁊ licet Jmo.in.d.c.cum cōtingat.multa adducat in contrariū cōfutando rationes. d. Anto. tamē dicit ꝙ negari nequit quin articulus attētis rationibus que hincinde adducuntur: ⁊ rñdet ad rationē ꝙ in integ.resti.non datur pro leui lesione: sed pro graui seu enormi.l.scio.ff. de in integrum resti. nam leuis lesio aliter sumitur in terminis.d.l.scio. ꝺm eum: qui videtur velle ꝙ in minore muliere ⁊ rustico iuramentū non tollat remediū causatum ex enormi lesione prout est illa que excedit dimidiam iusti precij: ⁊ ita videtur limitare opi.glo. ⁊ doct. que habet ꝙ iuramentum tollit remediū.l.ij.C.de rescin.vendi. prout habetur in ea.l.ij. et de emp. ⁊ ven.c.pe. Cum itaq; in casu nostro simus in muliere ⁊ minore: lesio de qua agitur respiciat non solum dimidiā iusti precij: sed etiā totum preciū videtur cōcludendū ꝙ possit peti per ipsum iurantē absolutio a iuramento. Nec ob. rñsioni date.s. ⁊ per Jmo. in.d.c. cum cōtingat.ad.d.l.scio. de in integ.resti.l.j.C.si aduersus vendi.pig. que requirit grauem lesionē vt cōcedatur resti.in integ. quia est speciale in illo casu prout sumitur ex dictis doc.ibi. ⁊ Bar. et Bal.in.l.ij.eo.ti. ergo regulariter contra prout ⁊ ipsi volunt ad hoc.l.j.ff. ad muni. ⁊.l.j.C. de thesau.lib.x. Preterea licet magna lesio requiratur: prout dicit ibi tex. nō tamē videtur ꝙ requiratur quod sit tanta lesio ꝙ excedat dimidiā iusti precij seu equipolleat lesioni dimidie iusti precij. paruū enim et magnū sumitur arbitrio iudicis ꝺm subiectā materiā. arg.l.j.ff. de iure delibe. qualitercūq; sumatur ibi magnū et paruū non est vis ad hoc propositū cum vt dixi sit ibi speciale. in materia aūt nostra potest sumi enormis lesio pro illa que in aliquo excedit dimidiam iusti precij quo casu multi tenēt ꝙ iuramentū prouideat aduersus dictā lesionem ⁊ est cōmunis opi.glo. ⁊ docto. quā tamen Jmo. limitat: vt.s. ꝙ non procedat in minore muliere ⁊ rustico. Et in ista enormi lesione procedat opi. eorū qui volunt ꝙ enormis lesio nō impedit vires iuramēti. Item potest sumi enormis lesio pro multū plus excessiua: puta quia excedit tertiā vel saltem quartā iusti precij hoc est quia nō datur tantū vni quantū est tertia vel quarta pars iusti precij prout cōtingit in casu nostro quo casu loquūtur Bal. in corpore.d.aut. sacramenta pube. hoc est in.c.j.§. sacramēta. de prohib.feu.alie. per Fede.col. x. ⁊ ita procedat eorū opi. ⁊.d. Anto. ⁊ Panor. ⁊ sequaciū ⁊ Uincē. et Jo.and. ⁊ aliorū: ⁊ ita sepius consului: vz. ꝙ vbi cadit tam enormis lesio iuramentū non astringit saltē petita absolutione a iuramento que eo casu debet concedi ad cautelā si non est necessaria: ⁊ ita hic perusie in causa in qua fui aduocatus vidi consultū per clarissimos preceptores meos ⁊ patres obseruādos dominū Joannē petrutij de nobilibus de monte sperello et dominū Benedictū de bñdictis integerrimos ⁊ recti iudicij cōsultores. Nec ob.d.c. ꝗuis. et qd ibi dicunt Jo.and. ⁊ Domi.s. ꝙ procedat etiam vbi nihil est datū in dotem: quia rñdetur primo ꝙ nōnulli tenent cōtra prout et sunt Richar. ⁊ Bartholo. de saly.in.l.pactū dotali.C.de colla. ⁊ videtur de mente Rapha.fulg. ibi ⁊ profecto hec pars videtur iuuāda ea ratione: quia mulieres cupiūt nubere et nupte fortius mitti ad maritum: ⁊ turpe est ⁊ verecūdantur illud postulare vel nubere vel nupte ire ad maritū sine deliberatione suorū: qui plerūq; impedirent vel procrastinarent si mulieres nō implerent eorū votum: ⁊ puelle propter reuerentiā ⁊ propter hanc causam ⁊ nōnunq̄: quia parū intelligūt trahūtur ad faciendū quicquid sui postulant: que etiam cōtingere de facili potuerūt in casu isto. Dato autē ꝙ dictū Jo.and. ⁊ Domi. militaret nihilominus non obstat: quia tunc in effectu est quedā donatio in qua nō censetur semp lesus qui donat: nam inquit dñs. Beatius est dare quā accipere.c.cum marthe. de celebra.missa. ⁊.xvj.q.j. p̄dicator. Et quando quis donat nō habet recōpensam scit quid facit non ita decipitur prout qñ dat propter recōpensam non cōdignam: quia pōt credere ꝙ nō sit tāta disproportio: ⁊ nō ita de leui trahitur quis ad gratis cōcedendū vel renūciandū: prout ad renūciandū propter recōpensam in qua de facili potest ledi facit.l.si ego.ff.ad velle. ¶ † Nec ob. ꝙ potest renūciari enormi lesioni: prout vult Bar.in.d.l.si quis cum aliter. de verbo. obli. in casu isto non est renunciatū enormi lesioni: ⁊ licet sit renunciatum exceptioni doli mali: tamen trahitur ad modicā lesionem non ad magnā lesionem prout cōcludit Barto.in.d.l. si quis cum aliter. Et si traheretur ad magnā lesionem nō est verisimile ꝙ traheretur ad maximam prout al's dicunt do. Anto. et moderni in.c. quintauallis. de iureiur. ꝙ promittens non venire contra ratione enormis lesionis poterit venire contra ratione enormioris lesionis: ista aūt lesio nedū est enormior: sed est enormissima merito ⁊c. et facit qd not. Bar.in.d.§.idem quesijt: ea eñ facilitate qua inducitur ad cōtrahendū inducitur ad renunciandū. † Nec ob. ꝙ interuenit decretū ⁊ decretū facit cessare presumptionē doli ⁊c. vt.s. in cōtrarium dicebatur: quia Jmo.in.d.l. si quis cum aliter. dicit qd decretū facit cessare presumptionē lesionis ⁊ cōsequenter delere et successiue sequitur ꝙ et presumptionē doli ex proposito resultantis ex enormi lesione: tamē potest probari contrariū si probatur enormis lesio: ⁊ cōsequenter probatur presumptiue dolus ex proposito: ideo dicta p̄sumptio causata ex interpositione decreti non operatur. Et maxime quando nedum est enormis: sed enormissima lesio prout est in casu nostro. † Nec ob. si diceretur ꝙ contractus sine iuramento est de se validus: nam potest hoc negari: quia nō suberat causa dotis in faciendo tam excessiuā renunciationē: ⁊ dato ꝙ valeret nihilominus propter tam excessiuā lesionem causatur exceptio doli per.d.l.si quis cum aliter. nam potest dicta.d. Frācisca intentare petitionē hereditatis ⁊ si opponitur de dicto contractu replicabitur de dolo re ipsa ⁊ de p̄sumpto dolo ex proposito ex quibus et altero eorū causatur replicatio doli per.d.l.si quis cum aliter. nihil enim aliud est replicatio nisi exceptio competens actori aduersus exceptionē.l.ij.§.j.ff.de excep. itaq; exceptio doli cōpetit hoc casu aduersus stipulationē de non petendo. Dictus eñ cōtractus nō transfert ius cōpetens ipsi mulieri in ipsum stipulantē: sed causat exceptionē aduersus ius actricis que pmisit: item causat actionē vt nō petat vigore stipulationis. Ita sonāt verba: que verba sunt interpretanda contra stipulantē.l.quicquid astringende. de verb. obli. ⁊ in.l.veteribus.ff.de pac. facit.l.si pro fundo.C.de trāsac. vbi dimittēs rem ex trāsactione nō trāsfert suū ius in reū possidentē: prout ibi habetur: ideo sublato vinculo iuramēti vel ipso iure vel mediāte absolutione a iuramēto siue cōtractus sit al's validus siue validatus iuramēto cōpetit dicte Francisce ius petēdi dicta bona que renūciauit et si opponit̃ de cōtractu replicabitur ꝙ dolo petit seu excipit. Exceptio eñ censetur sua petitio.ar.l.j.ff.de excep. ⁊.l. in exceptionibus.ff. de proba. a qua exceptione solū repellebatur propter iuramentū. Et sic militant que.s. dixi circa principiū super dictis Jo.cal. Pau.de leaz. Ange. ⁊ Panor. Posset etiā attētari qd non fuit iuratū non venire cōtra sed restrictū ad non veniendū contra ratione minoris etatis: licet premittantur verba generalia aliqua ratione vel causa de iure vel de facto: tamē immediate subditur pretextu minoris etatis ⁊ verba illa postea posita referēda videntur ad omnia p̄cedentia ⁊ illa omnia restringere.l.talis scriptura.de leg.j.l.iij.§.si filius.de libe. ⁊ posthu.c.scdo requiris. ⁊.c.inquisitioni.de appel. et sic restringere vidētur illa verba aliqua ratione vel causa.s. p̄textu minoris etatis vel petendo resti.in integ. vel dicendo tex.ipso iure nullū: ⁊ verba sequētia necnon sub pena piurij p̄stiti iuramenti nō obstent: nam qui venit contra ratione minoris etatis incidit in periuriū.l.j.C.si aduer.vēdi. ⁊ sic in penā periurij: et sic illa duo habeāt cōcurrere: ⁊ facit quia verba cōtractus interpretantur cōtra eum pro quo facit contractus ⁊ qui vult ex verbis iuuari.l.labeo. ⁊.l.si in emptione.in prin.ff.de cōtrahē.emp. et que ibi dicūtur pro solutione illorū iurium que inuicem aduersantur. et.d.l.veteribus. ⁊.d.l.quicquid astringende. ⁊ si hoc esset nō obstaret in aliquo iuramentū hoc casu quo nō venitur cōtra ratione minoris etatis: licet hoc vltimū tolerari possit: tamē aliter nō firmo: nec expedit: quia militat aliud mediū.s. firmatum. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccxv.

1 Diuisoriū iudiciū an requirat ꝙ exprimatur causa specialis cōmunis vel sufficiat deducere ꝙ ad actorē pro indiuiso pertinet iure dominij vel quasi. per totum.

Responsio per verbum credit ita p̄iudicat prout precisa confessio quo ad omnia articulata.

2 Respōsio simplex refertur ad id quod principaliter deductum est non ad qualitates ⁊ ad alia que incidenter propter aliud demōstratiue proferuntur.

3 Negatiua rei ⁊ ecōtra an actor vel reus possit niti vt quando vnus ponit vnum alter vero negat vel ponit aliud.

4 Responsiones seu assertiones partium sunt ita concordande pro vt testium dicta gratia periurij euitandi.nu.seq.

5 Aditio ab intestato nō facit quē heredē vbi est heres ex testamēto.

Periurus in propria cā an repellatur vel priuet̃ vtilitate sue cause.

6 Presumptio que versatur circa factum proprium non que circa alienum debet allegari.

7 Iudex non potest supplere exceptionem cum actione concretam.

Pactū de reuendēdo est facti ex quo oritur obligatio ad interesse in non adimplendi conuenta.

Obligatio facti nō astringit quem ad illud factū sed ad interesse.

¶ Consilium.ccxv.

In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ † Uiso ⁊ diligēter percūctato toto processu agitato inter coralgliū Philippū ⁊ Alexandrū olim filios Christophori graffi ex vna parte agentes et bonānem quondam Bartoli ex altera parte cōuēctum quē sigillatum recepi cum literis dñi potestatis mudigliani iudicis dicte cause de voluntate partiū per dictū iudicem trāsmissum pro cōsilio decisiuo suam ipsa causa reddēdo: licet multa hincinde per solēnes patronos cause hincinde allegata: tamē breuiter ⁊ substātialiter procedā: prout mei moris est: ⁊ aliquādo sine iurium ⁊ rationū allegationibus fretus auctoritate Specu. qui fuit summus praticus qui vt ita fiat instruit in titu.

in tit. de consilij requisitione versi. porro. et facit qd no. doct. maxie. Jo. an. et Panor. in. c. sicut de re iudi. et ipse Spec. in ti. de allega. et dispu. §. porro versic. in summa et in titulo de sententijs. §. qualiter versic. verū. et Panor. in consilio scdo incipiente dum esset materia questionis. Videndum itaqz est primo vtrum actores qui agunt cōmuni diuidundo fundauerint eorum intentionem et postea an si pbarunt eorū intentionem: an obstent obiecta pro parte conuenti. et constat quod actoribus incumbit onus probādi dnium vel quasi. l. iij. in princi. ff. cōmuni diui. et facit. l. j. ff. fami. hercis. Et si opponeretur de preposteratione etiā est probanda possessio: prout habetur in. d. l. j. fami. hercis. ipsi actores hoc prout arbitror pbant per confessionem rei conuenti facta articulis actorum rndendo per verbū credit: que confessio per verbum credit ita preiudicat: prout pcisa confessio. vt no. glos. in. c. ex literis. de iureiuran. et doct. ibi. et in. l. ij. §. quod obseruari. C. de iuramento calū. et est clarum. Sed actores in. vj. eorum capitulo posuerunt qd dictū potere de quo agitur continuo a quatuor annis citra per totum dictum tempus p dimidia spectauit ad eos iure dominij et possessionis vt singulares possessores dicti Christophori grassi titulo singulari et conuentus respōdit credit est indefinita que solet equipollere vniuersali. l. si pluribus. de lega. ij. et. c. qr circa. de priui. cum similibus. et sic confitetur omnia in articulo contenta. responsio. n. intelligitur secundum interrogata. l. si defensor. §. qui interrogatus. de interroga. acti. Nec dictus articulus est adeo duplex seu multiplex quod non foret admittēdus cum deducat principaliter factum cum qualitatibus suis quotidie fiunt articuli quod talis possedit titulo et bona fide per tēpus. xxx. et. xl. an. ad deducendum prescriptionem: et admittuntur: et tamen cōtinent plura scilicet possessionem titulum tertio bonam fidem. quarto tempus. nec plura continet iste articulus. Item dr qd possedit talem fundum cū talibus confinibus positum in tali loco nōne debet admitti et tamē plura continet possessionē. s. fundi et talē cōfinem et talem alium. Item dico talem decessisse superstitibus titio et sempronio filijs legitimis et naturalibus qd decessit est vnum qd superesset titius est aliud quod superest sempronius est aliud qd fuerint filij est aliud duplex: qr potuit esse titius filius et nō semproniꝰ qd fuerint legitimi est similiter aliud duplex et qd naturales est aliud duplex: et tn cōsuetudo que est optima interpres admittit hmōi positiones: iste autem articulus non ponit plura: sed vnum principaliter. s. qd pertinet pleno iure et causam qr titulo singulari: quilibet itaqz iudex deberet arbitrari istum articulū fore admittēdū: et ei rndēdū et silr sequentē articulum loquentem de possessiōe in cōione q etiam est confessatus qn. n. ponit plura principalr tūc potest cogi vt separet nec articulus est repellēdus et non admittendus: lz qnqz possit cogi vt separet vt facilior sit rnsio vt sumit ex dictis Spec. in titulo de posi. §. vij. versic. xj. considerandum non insisto super hoc: qr est quedam cauillatio velle eneruare dictam confessionem tanqz articulus foret repellendus: et maxime qr veritas deducitur ex alijs actis scz qd dominium et possessio dicte dimidie erat ipsorum agentium solum est vis vtrum esset titulo vniuersali hereditario: an vero titulo singulari de quo non aliter apparet. Et ideo lz forte articulus ad instantiam rei potuisset diuidi: tn principalis pars erat remansura. s. quod ptinebat ad actores iure dnij et possessionis vtrū autem titulo singuli vel vniuersali nō multum refert vt. j. deducaz.

2 †Et licet cōfiteatur etiam hoc referendo vbum credit ad oia vt pmisi: nec videtur qd obstet id quod allegatur p partē quod simplex rnsio refertur ad id quod principaliter deductū est non ad qualitates et ad ea que incidenter ppter aliud demonstratiue profert: put allegat velle Spe. in. d. versi. xj. et Bar. cōsuluisse qd si inquisitio dicit quod titius cognouit bertam vxorē Say et inqstus cōfitetur qd cognouit bertā nō censet confiteri qd esset vxor Say. et sic non pbatur adulterium intentatum in inqstione. pfecto hoc dixit idem Bar. in. l. si cui serui. §. si a filio. de le. j. et Bal. ibi sequit dicens esse notandū: tn est aduertēdū qd est alius casus: qr ibi confitetur specifice qd vult confiteri qr cōfitetur cognouisse seyam alia contenta in inqstione censetur potius negare. arg. c. nonne de presump. cum si. ideo non infertur ad propositum. Item Spec. in. d. versi. xj. loquit quādo vnum ponit principalr aliud demonstratiue in casu nostro qd titulo singulari sint domini non est demonstratio sed causa et inter cām et demonstrationem est longa distantia: vt. l. demōstratio. et qd in ea per Barto. de condi. et demonstra. Item Spe. non firmat nec est suum dictum: sed refert quorundam opinionē. Et Jmo. in. d. l. si cui. §. si a filio recitato illo. d. Bar. dicit secus esse si simpliciter cōfitetur: nam tunc censetur omnia confiteri quod facit de directo ad terminos nostros: et subdit Jmo. idem si respondisset qd cognouit dictam Bertam: nam intelligitur de Berta nominata in inqstione cum omni sua qualitate in inquisitione deducta sm eum: et sic facit differentiam vtrum cōfiteatur cognouisse Bertam quo casu intelligit Bar. et videtur cum eo trāsire: an dictam Bertam quo casu secus tenet et contra Bar. tenet ibi Pau. de ca. qr responsio intelligitur sm proposita quibus respōdetur. l. si defensor. §. qui interrogatus. de interroga. acti. et insti. de verbo. obli. §. preterea. item adducit no. per eūdem Bar. in. l. j. ff. de recepta. et in. l. j. §. fi. ff. si famili. fur. feci. dica. Et vltra eum optime facit id quod inquit idē Bart. in consilio suo. quod incipit iudex maleficiorum in ordine. cclx. sm ordinem perusinum non informis dicēs qd cum pena ex forma statuti augeretur si quis percutit perusinum: et inquisitio dicit quod Sayus percussit titium oriundum de perusio et inquisitus confitetur percussisse ipsum titium concludit quod censetur confiteri etiā illā qualitatem quod esset oriundus secundum eum. Et sic illud dictū quod censeatur fateri solum illud quod principaliter deducitur in positione non est expeditum. Et insuper non curo quod non sit cōfessatum quod dicta dimidia dicti poteris pertineat ad ipsos actores titulo singulari satis est eis ad intentionem eorum quod pertinet ad eos iure dominij siue titulo singulari siue vniuersali non refert quo ad propositum: quocunqz enim iure res sit communis dz diuidi vt est clarum: et sic satis est quod sit confessatum quod res est pro parte dictorum agentium et ad eos pro dicta parte indiuisa ptinet iure dominij. Quod primo et pricipaliter deducebatur in dicto articulo: et ideo in hac principali parte articulus erat admittēdus si aliquatenus erat repellendus erat quatenus subiungebat titulo singulari: et illa pnuncia saluo iure impertinentium et non admittēdorum intelligitur quatenus non sunt admittendi. ar. l. stichū qui meus erit. de leg. j. et quod per illam legem dicit Barto. in. l. j. C. de iur. codi. et in auē. ex causa. C. de libe. prete. et doc. ibi. et Bald. in. l. fi. C. de codi. et per consequens reijceretur respectu singularis tituli et non respectu eiꝰ quod principaliter et primo loco ponebatur. Preterea articulus de se est admittendꝰ: sed si repellēdus in aliquo foret contingit ne illaqueetur respondens pront et sumitur ex dictis specu. et aliorum. Si ergo responsio non refertur nisi ad principalr deducta: ergo respondens non veniebat illaqueandus idcirco nō erat non admittendus: et sic multis modis respondetur ad hoc fundamentum factum per alteram partē quod confessio non releuat.

3 ¶ †Nec obstat quod negant se heredes et allegatur quod non pōt quis niti ex eo quod negat: nam respondet quod licet duo ex actoribus dicāt non credere se heredes vniuersales dicti magistri Christophori grassi non se fundant qr sint heredes ser xpophori pdicti: sz dicūt se esse dnos titulo singulari: lz nō pbent titulū: satis est qd pbent dnium vt supra dixi et dicens cōtria repellitur circa illa in qbꝰ cōtrariatur non in alijs ita procedit que habentur in. c. sollicitudinem de appel. in. l. j. C. de fur. et quod per Dy. in. c. nullus pluribus de reg. iur. in. vj. et per Bar. in. l. nemo de excep. et alij adducti p allegantes: licet regula sit quod si ego vnum dico et tu contrarium non possim niti ex tuo dicto nec tu ex meo iuxta ea que habentur in. l. post legatum in prin. de adimen. lega. et regula ex eo quod in. vj. iō si reus ponit vnum et actor negat vel econtra neuter potest niti ex dicto alterius: et quotidie contingit quod altera dicit non credere id quod ponitur per alteram partem: et tamen id ipse deduxerat in petitione vel in articulis: et tamen non repellitur propterea si alias niti potest.

4 †Item Bal. in. l. cum falsa. C. de iur. et fac. igno. dicit qd prout dicta testium sunt concordanda si fieri potest. c. cum tu. cū si. de testi. ita et responsiones partis ita quod est aduertendum quod dicti actores in libello dicunt se heredes ab intestato non dicūt se heredes vniuersales et in positione dicitur quod sunt heredes vniuersales potuerunt intelligere quod nō sunt heredes vniuersi hoc est in totum et sic in vniuerso: et tamen sunt heredes pro parte: lz ad differentiā tituli singularis possint dici heredes vniuersales.

5 †Jtē tempore libelli forte credebant se heredes ab intestato postea andiuerunt fecisse testm̄ et alios instituisse vel si eos instituit ipsi non se immiscuerunt ex testamento et aditio vel immixtio ab intestato nō facit eos heredes. l. si is ad quem. et. l. heres institutus. de acqui. here. Jdeo non sunt contrarij nec repellendi nec periuri: et maxime nō sunt periuri: qr dato qd essent cōtrarij: cuius cōrium. s. deducitur: tn primum dictum scz deductum in petitione nō fuit iuratum. Et illud potuit esse falsum: ideo non probatur periurium: nec est verum quod periurus repellatur in causa propria: immo nō repellitur vt est glo. in. c. paruuli allega. per alteram partem: et Spe. in. d. ver. itē quod periurus. s. in titulo de actore. §. j. se remittit ad dictam glos. et. d. Ant. in. d. c. intelleximus. in fi. de iudi. hoc idem concludit. et. d. l. si quis maior. C. de transac. loquitur qn quis est periurus in seruādo contractum: qr repellitur ab agendo ex eo contractu si tempore iuramenti et cōtractus fuit maior et iurauit nullo cogente imperio et eo casu non repellitur ex proxima causa: qr periurus: sed qr perdidit iura que sibi obuenerunt ex contractu et sic agit sine actione: vn in illis terminis repellitur periurus et sunt hoc casu intelligendi q dicunt quod periuri repelluntur: alias esset falsum. Jn casu isto nō apparet iurantes esse maiores iurarunt cogente imperio iudicis et iuris qui compellunt respondere positionibus cum iuramento: iō a contrario. d. l. si quis maior non sunt repellendi: preterea non apparet quod sint periuri vt deduxi.

6 ¶ †Nec obstat quod articulus non se refert ad petitionem: quia satis apparet de idētitate p pertinentias vocabulum duos confines et etiam communionem cū dicto conuento que omnes demonstrationes ponuntur in positionibus confessatis et in petitione et sic probatur idētitas per nota. per Bar. et alios in. d. l. demonstratio. de condi. et demō. Nec refert si ha-

bebat alios confines. Nec refert si negauerunt actores dictos confines: prout deducit secundus allegans: quia responsiones possunt capi ex iam dictis non repeto. Item in positionibus ponuntur cōfines poteris empti per boniānem non poteris deducti in petitione ipsi negant emptionem successiue negant concomitantia ēptioni: itaq; nil ad rumbum: nec obstat quod debet allegari p̄sumptio alias nō releuat: prout probatur in. l. si adulterium cum incestu. §. idem pollioni. de adulte. & ibi Bar. que super identitate non est allegata: quia respondetur q; dz allegari presumptio circa factuz ꝓpriū nō p̄sumptio q̄ vsat circa aliud. vt not. idē Bar. in. l. cū qd. ff. si cer. pet. ¶ Nec ob. q; in libello dicunt se heredes ab intestato & hoc non probant: quia non se astringunt in libello q; dominium ex ea causa ad se spectet: itaq; si non ꝓbant id quod non erat eis necessarium: & ad quod se astrinxerit quid ad rumbum. Ex his cōcludo q; actores fundauerunt eorum intentionem. ¶ † Restat videre an obiectio facta ꝑ parte rei conuenti scz quod magister Christophorus grassi auctor dictorum agentium ꝓmisit reuēdere: vnde ipsi heredes dicti magistri Christophori grassi tenent dare dictam dimidiam: ergo frustra petunt diuidi: item dicitur qđ Christophorus arigi fuit dominus & eius heredes vendiderunt dimidiam Christophoro grassi cum pacto de reuendendo & illi idem vendiderūt aliā dimidiam dicto boniāni & cesserunt & illud ius reemendi: itaq; vr quod ex duplici capite dicti actores vt heredes dicti Christophori grassi tenentur reuendere dictam dimidiā dicto bonianni. Ad hoc respondetur quod in exceptione nō est deductum nisi quod vt heredes magistri christophori grassi vigore promissiōis per eū facte ipsi boniāni tenebantur reuendere. Ideo de prima promissiōe nō videtur oppositum nec iudex potest supplere cum sit exceptio nō concreta cum actione per no. per gl. Bar. & alios in. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. & ꝑ Bar. in. l. lecta. ff. si cer. peta. & ꝑ eum & Imo. in. l. eum qui ita. §. qui ita. de verbo. oblig. Et etiam illa non est vsq;quaq; apte opposita: prout patronus cause allegat non curo multum de his: item nolo pro nunc instare: vtrum dicta pacta sint ꝓbata sup quo instant patroni cause: & omitto etiam quod dicitur quod ꝓmissio fuit limitata ad tempus quod est iam elapsuz. Sed pondero quod ex dictis pactis non est translatum dominiuz. l. traditionibus. C. de pac. Nec est obligatio ad dandum sed ad reuēdēdū & reuendere est facti: quia contractus sunt facti. l. consilio. ff. de cura. fu. & aliud est venditio aliud pactum de vendendo. l. si necessarias. §. de vendendo. ff. de pig. acti. Itaq; ex dictis pactis orit obligatio ad interesse nec promissor potest precise compelli ad faciendum. l. stipulationes non diuiduntur. ver. celsus. de verb. obli. cum multis si. & ibi per Bar. & doc. Et maxime in contractibus innominatis ꝓut fuit maxime illud pactum quod dicitur factum ꝑ dictum Christophorum grassi dicto boniāni. Nam in contractib9 innominatis etiam in obligationibus dandi nō cogitur quis precise implere: & si non implentur non agitur ex eis ad dandum id qđ promissuz fuit: sed ad interesse. prout est tex. no. in. l. naturalis. §. j. ff. de prescrip. ver. ideo cum isti actores negent se velle reuēdere nō tenetur reuendere. & per consequens non debet supersederi vel impediri diuisio. Et ex his ꝯcludo partes iudicis esse in sententiādo pro dictis actoribus dictum potere fuisse & esse diuidendū & diuidi debere & reum conuentum condemnandum in expensis saltem a tēpore quo pro parte actorum fuit deductuz q; nolebant reuendere. Prius autem posset excusari credens quod vellent actores implere conuenta per patrem cuius in petitione asserebant se heredes. An autem & quando sit iusta causa litigandi non est omnino in iure declaratum: ideo est iudicis arbitrio relinquendum. arg. l. j. ff. de iure deliber. & c. de causis de officio. delega. Nec super dicto pacto vel pactis est aliter pronunciandum: q; nō petitur pro parte boniannis quod actores condemnentur: sed pactum deducit per viam exceptionis non per viam actionis seu reconuentionis.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxvj.

1 ¶ Conuenticula vel congregatio cum armis statuto fani prohibita in damnum vel preiudicium si fiat contra dictam ꝓhibitionē requirit ꝓbationem dictarum qualitatum scz quod fuerunt armati congregati in preiudicium. ꝑ totum.
Homo est communis generis comprehendens masculinum & femininum.
Furiosus & mente captus idem sunt nec testari pñt q̄uis mente captus sit nomen magis gñale q̄ furiosus.
2 Possessio vera an inducatur ex actu ficto.
3 Agens lege vel statuto exorbitanti dz verificare qualitates eius.
4 Argumentum a contrario sensu est de iure fortissimum.
5 Conuenticula sunt prohibita congregationes vero non.
6 Pluralis locutio est duorum numero constituta.
Testium dicta interpretantur contra producentem vel eum qui vult ex eis niti.
7 Animus non trahitur ad ignorata.
Ignorantia presumitur non autem scientia et iuste cadit in facto alieno.
8 Testis de auditu non probat.
9 Testis deponēs de fama vt probet dz dicere q; audiuit publice dici & a maiori hoīm loci parte de cuius loci fauor agitur.
10 Testis dictum super parētela an sufficiat q; presumptiue ꝯcludat. Parentela an ꝓbetur presumptiue vel testimonio de auditu.
11 Probationes in criminalib9 esse debēt luce meridiana clariores.
12 Testm̄ facit silere successionem intestati.
13 Sane mentis quilibet presumitur.
Furor de p̄senti p̄sumitur in furioso semel facto non autem ex furore vni9 temporis presumitur furor anterior nec furor superueniēs afficit prius gesta.
14 Assertioni notariȷ̄ creditur.
15 Testamentum furiosi an & qñ valeat.
16 Testis vt probet debet etiam non interrogatus reddere sui dicti scientie causam.
17 Presumptio ex actu vel circa actum ꝓprium tñ allegata releuant.

¶ Consilium. ccxvj.

In nomine domini nostri Jesu christi. ¶ † In causa vertente inter Guidonem Ludouicum & Paulum olim Antonij & sex alios inq̄sitos ex vna: & curiam domini potestatis & dominum pergentilem querelantem ex altera: lz videatur prima facie dicēdū quod dicti inquisiti & per sindicum denunciati veniant condemnādi: nam statutum videtur clare loqui: quod qui fecerit conuenticulam vel congregationem aliquarum gentium armatarum vel sine armis in preiudicium status ciuitatis fani puniatur &c. Et si in preiudicium alterius persone puniat pena quinquaginta librarū &c. Et postea subditur quod conuenticula & congregatio gentium qñ ascendunt ad. x. homines intelligitur: sed duo testes deponunt qđ erant. xj. homines homo autem est generis cōmunis: & sic comprehendit masculum & feminam: vt no. Bar. in. l. j. ff. de ver. sig. & Bal. in. l. quicunq;. C. de ser. fu. & est notissimum apud grammaticos: ad quorum scientiam id principaliter pertinet: & sic nō refert si aliq̄ erant femine: & cum videatur apparere quod dicta petia terre spectaret quo ad possessionem & dominiū vel quasi ad dictum pergentilem cum probetur quod dicta possessio fuit vici & in eius hereditate remansit & dictus vicus videtur probari q; fuit & erat mente captus: prout & plures deponunt quod furioso seu mente capto qui ijdem sunt seu comparantur. l. j. & ij. C. de cura. fu. & l. ij. ff. eo. tit. mētecaptus autem videtur nomen magis generale q̄ furiosus vt probatur in. l. si furiosi. C. de nup. fuit isuper in vita sibi datus curator tanq̄ dementi seu mentecapto: ideo cum nequeat furiosus vel mētecaptus seu demens facere testamentum. l. furiosum. C. qui testa. fa. pos. & ar. d. l. furiosi de nup. & l. taz dementis. C. de epi. audi. & d. l. j. & ij. C. de cura. fu. cum si. ¶ † Et testes deponant de morte dicti vici. Et quod dictus dominus pergentiles erat suus ꝓximior ꝯsanguine9. Item q; collegit de vuis possessionum dicti vici & de oliuis videtur probata possessio & aditio hereditatis cum talia post mortem licite fieri nequeant citra ius & nomen heredis. l. pro herede. et l. gerit. ff. de acq. hr̄di. & statutū velit q; imediate q; heres adit hr̄ditatē intelligat possessor rex quax defunct9 tpe mortis hēbat possessionē: & sic vult statutū q; possessiōis acq̄sitio sit ꝯiūcta aditiōi sicut acquisitio dominij. l. cum heredes in princ. de acqui. pos. licet aliud sit in possessione de iuř cōmuni per. d. l. cum heredes. pōt. n. consuetudo & statutum pari ratione transferre possessionem. c. ij. & ibi dñs Ant. & Imo. de consue. & in terminis Bal. in consi. mihi. cccix. icip. allegationes. §. facte sunt notabiles &c. dicit q; statutum & consuetudo potest transferre possessionem in heredem sine apprehensiōe: facit. l. raptores. C. de epi. & cle. & verbum intelligitur licet qñq; denotet fictionem. l. qm̄. ff. de his qui nota. infa. & in. §. ei vero qui. in sti. de inuti. stip. & in. l. postliminij in prin. ff. de capti. & in. l. vnica in ṗnc. C. de rei vxo. act. Tamen quandoq; denotat veritatem. l. si tibi. §. cum seruus de leg. j. in. l. clam possidere in. §. qui ad nundinas. in. l. cōmunis seruus de acqui. pos. & insti. de rerum diui. §. naturalē & §. seq. & §. apium. & in multis alijs. §§. eiusdem tit. & quando. l. vel statutū pōt aliqd vere facere nō facere ficte. l. in rebus in fi. C. de iure dot. doctrina est Bart. in. l. si is qui ꝑ emptore. ff. de vsuca. item ex actu ficto vera possessio queritur. l. certe. §. j. de preca. & l. quod meo in ṗnci. & l. interdum in ṗnc. & §. fi. de acquir. pos. & l. quisquis. C. de vsufr. cum itaq; dictus dominus ꝑgentiles ex predictis dicendum videatur quod fuerit dominus & possessor dicte possessiōis: in qua collecte fuerunt oliue ꝑ dictos homines congregatos vltra decem in consequentiam dicte oliue erant quo ad dominiuz & possessionē ipsius domini pergentilis. l. fructus pēdentes. ff. de vsuf. l. ex diuerso cum ibi no. ff. de rei ven. ¶ † His tamen nō ob. contrarium arbitror de iure respondendum: vz quod dicti inquisiti veniant absoluendi. Nam presupponendum est quod dicta inquisitio fundatur in dicta lege municipali. que est penalis & stricte interꝑtanda: ideo debent verificari & probari verba in ipsa lege contenta. alias nō potest quis ex ea niti: prout voluit Joan. and. in. c. j. de homi. lib. vj. & Bal. in dicta. l. si quis nō dicam rapere. & legētes in. l. si quis maior C. de

C.de transac.facit optime glo.ꝛ ꝙ ibi per doc.in cle.fi.de rescrip.ad hoc Bal.in.l.edita.xxiij.co.ver.circa sextum. Bar.in.l.absit.C.de priui.domus auguste li.xj.per Bal.in.l.hij qui ad ciuilia.C.de appella.in.c.j.de mili.ꝛ vasa.qui cōtu.est in vsi.feu.per Jo.an.in.c.j.§.sane.de statu reg.in.vj.in.c.j.de homi.eo.lib. Uerba autem dicte legis municipalis diriguntur ad faciendum conuenticulam cū armis vel sine aut congregationem gentium armatarum in p̄iudiciū alicuius ita quod requiritur quod quis fecerit conuenticulam vel adunationem gentium. Profecto statutum videtur facere differētiam inter conuenticulam ꝛ congregationem gentium:tum quia ꝯiunctio ponitur iter eas.iuxta no.in rubrica.ff.de iur.ꝛ fac.igno. Tum quia dicit conuenticulam sine armis ꝛ congregationem gentium armatarum:ꝛ merito videtur facienda: qꝛ conuenticule sunt a iure prohibite.c.j.§.conuenticulas de pace iuramē.fir.in vsi.feu.ꝛ cañ.multis.xvij.di.ꝛ.l.conuenticulas.C.de epi.ꝛ cle.ꝛ.cum ex iniuncto.in p̄n.ꝛ.c.excōmunicamus prope finem. de here.ꝛ per Arch.in c.ij.de ver.sig. Non.n.quelibet congregatio hominum etiam multorum dicitur conuenticula congregantur in nuptijs: in ludis: in solatijs:in audiendis fabulis ꝛ non dicuntur conuenticule. Itē cōueniunt ad ligonizandum vineas vindemiandum metendū ꝛ plura alia faciendum ꝛ bonum ꝛ malum nec appellantur ꝯuenticule: quinimmo si multi attinentes audiunt suum attinētem interfectū vel vulneratum ꝛ ꝯcurrunt causa faciendi vindictam nō dicentur fecisse conuēticulam cōmuni vsu loquendi qui est in hmōi attendēdus.arg.l.librorum.§.quod tamen cassius.de le.iij.ꝛ.l.labeo.§.idē tubero.de suppel.leg.ꝛ.l.cum delanionis.§.asinam.de fun.instru.ꝛ per Bar.in rubri.ff.de no.ope.nū.ꝛ in.d.§.idem tubero qui vult ꝙ in statutis communis vsus loquēdi preualeat etiam proprie significationi. quod ꝛ voluit Imo.in.l.si vero.§.de viro.ff.solu.ma.etiā in statutis correctiuis iuris cōis. Solēt autem appellari ꝯuenticule quando congregatio per viam quādā concilij vel secte vel federis in aliquem finem non approbatum: hmōi autem fieri nequeūt sine permissu superioris:prout probatur in iuribus preallegatis:ꝛ fac.l.fi.ꝛ que ibi habentur.ff.de collegijs illicitis:sinautem plures conueniunt ad eundum ad aliquam possessionem causa querendi possessionem vel cōtinuandi illam vel expellendi alium nō solet dici conuenticula: sed bñ congregatio hominum:ideo statutum ꝓhibet ꝯuenticulam sine armis ꝛ congregationem gentiū armataꝝ: itaqꝫ ista coadunatio que deducitur non potest dici conuenticula fm ea que ꝓbantur:sed bene ꝯgregatio hoīm seu gentium:ideo nō vr̄ ꝙ militet primum membrū quod loquitur de conuenticula sine

4 armis.†Nec militat fm caput statuti ꝙ loquitur de adunamento seu congregatione gentium armatarum:qꝛ non probatur qd̄ dicti adunati seu congregati fuerint.x.homines armati: prout requirit statutum:nam primo reqrit ꝯuenticulam etiam sine armis vel cōgregationem vel guarnimentum gentium armatarū quod guarnimentum postea videtur appellare coadunationem in eodem statuto in.§.ꝯuenticulam aūt seu adunationē vel congregationem p̄dictam ꝛc.ibi aūt declarant statuentes qñ volunt intelligi conuēticulam adunationem seu congregationem declarando quādo fuerint x.hoies vel plures a contrario sensu:secus si pauciores.arg.autem a contrario sensu est fortissimum in iure.l.j.§.huius rei fortissimū est argumentum.ff.de offic.eius cui mandata est iurisdi.l.si quis ex argentarijs.§.prohibet de eden. cum multis si.ꝛ maxime hoc casu quo modificatur pena ꝛ lex municipalis exorbitans:ꝛ dicit statutū cōuenticulam adunationem seu congregationem p̄dictam: ꝛ sic se refert ad congregationem predictam:ꝛ per consequens congregationem hominum armatorū:alias nō esset predicta cōgregatio:et sic vbi cōgregatio non esset cōuenticula deberēt esse.x.homines armati ꝙ non probatur in casu isto:immo ex dictis testium innuitur contrarium scꝫ ꝙ pauci erant armati.ꝛ de.xj.de quo numero tres testes deponunt intererant due mulieres fm formam denūcie ꝛ inquisitionis que mulieres non solent ire armate ꝛ sine eis remanēt solum nouem ꝛ illi non erant omnes armati ex his que deponunt

5 testes.†Nullus autem deponit ꝙ esset conuenticula ꝙ probari debebat:vt verificaretur primū caput ꝛ statuti ꝛ inquisitionis:nec generaliter congregatio hominū est prohibita:ꝛ tamen conuenticule sunt illicite.vt.d.c.j.§.conuenticulas.ꝛ alijs iuribus.s̄.adductis. nec probatur adunatio gentium armatarum:qꝛ non.x. hominum armatoꝝ ꝓut requirebatur:vt verificaret. secūdū membrum dicti statuti.Illam sequentia declarantur per precedentia.l.si seruus plurium.§.fi.de leg.j.ꝛ.l.heredes palam.§.sed si notam de testa.ꝛ illud participium predictam refert congregationem iam dictam cū suis qualitatibus ꝛ alias dicebant Imo.ꝛ Pau.de cast in.l.si cui serui.§.fi.de leg.j.ꝛ Barto.in consilio.incipiente iudex maleficiorum numero.cclx.fm ordinem perusinum non informis. Nec obstat quod statutum subdit quod etiam pauciores intelliguntur facere conuēticulam ꝛ congregationem gentium de qua premiserant statuētes in princi.statuti:qꝛ respondetur quod statutum in principio facit duo membra que diuersas penas inferunt.vnum quando fit conuēticula vel congregatio gentium in preiudiciū status ciuitatis fani. aliud quando in preiudicium priuatum in primo membro:quia delictum est grauius aggrauat delinquentes grauiori pena. item qd̄ sufficiat minor numerus. Non enim in minori numero aliquis statuit in secundo casu sed solum in primo ꝛ sic remanet cōtrarius sensus supra deductus in sua virtute ꝛ sic prestans fortissimum argumentum. Nec obstat illa prerogatiua etiam in primo ꝛc. quia implicat quod non solum capite puniatur si sunt.x.homines:sed etiaꝫ si minor fuerit numerus. Tamen vbi est minor numerus remittit in iudicis arbitrio mitigare penam capitis.nec potest implicare non solum secundo casu sed etiam primo:quia sequentia non verificarētur:nam in secundo capite non cadit pena capitis: nec arbitrium iudicis in moderando penam capitis quoniam statutum moderat

6 penam eo casu ꝛ non remittit in arbitrio iudicis.† Nec etiā obstāt illa verba in aliquo casuum predictorum intelligantur si non fuerint in ea vltra tres homines ꝛ sic videtur innuere quod alio casu ꝙ vbi fieret contra statutum ciuitatis sufficiat minor numerus.x.dūmodo excedat numerum trium quia respondetur quod illa verba significant quod nullo casu sufficiat minor numerus quatuor.secūdo casu qꝛ requiritur numerus.x.primo qꝛ licet minor sufficiat: tñ requiritur maior numerus tribus ꝛ ita nullo casu sufficit numerus trium.item potest intelligi nulli casuum predictorum vꝫ siue sit cōuenticula cum armis vel sine armis vel congregatio armatoꝝ. Et sic remanet argumentum a ꝯrio sensu dicti.§.conuenticula aūt qn insuper nō multum bene ꝓbatur ꝙ fuerint quatuor armati.paces deponit quod illi quatuor forenses stabant armati. item Petrus primus testis domini pergentilis deponit quod quantum potuit comprehendere illi forenses erant armati. Illa verba quantum potuit comprehendere innuunt ꝙ ipse nō aperte vidit eos armatos: ꝛ alius deponit de vno qui portabat roncam ꝛ alij colligebant oliuas alius deponit de duobus:ꝛ isti duo deponunt ꝙ aliqua arma stabant apodiata apud arborem: itaqꝫ dictum primi testis potest intelligi quod potuit comprehēdere quod illa arma apodiata erāt illorum forensium:ꝛ ideo appellat eos armatos item illa pluralis loquutio illi forenses pñt verificari in duobus.l.inter illam in fi.ff. de verb.signi.c.pluralis loquutio.in.vj.ꝛ ꝓbatio dubia nō releuat c.in presentia.de proba.ꝛ.l.non hoc.C.vnde legi.ꝛ dictum testis interpretatur contra producentem seu contra eum qui vult ex eo niti. per no.per Barto.ꝛ Imo.in.l.inter stipulātem.§.si stichum de verb.ob.ꝛ sic ex predictis non videntur verificata verba dicte legis municipalis. Quod ꝛ videtur dicendum ex alio: qꝛ dictum statutū disponit quod nullus faciat vel fieri faciat conuenticulam vel congregationem ꝛc.ꝛ rubrica dicit de pena facientiū cōuenticulas ꝛc. Item postea circa finem dicit ꝙ remittatur arbitrio ꝛc.fm qualitatem personarum facientium tales conuenticulas aut congregationes:ꝛ sic semper videtur presupponere quod aliquis faciat:ꝛ videt̄ statuentes diuersificare facientes vel fieri facientes tales cōgregationes ab accedentibus ad eas cum primo penam imponat facientibus vel fieri facientibus eas:postea subdit quod eadem pena afficiantur euntes ꝛ accedentes ad tales congregationes ꝛc. Itaqꝫ statutum videtur presupponere quod qui vadit ad istas congregationes non ex hoc censetur facere vel fieri facere conuenticulam vel cōgregationem:sed illi censentur facere qui alios conuocant vel ducunt seu rogant ꝛ sunt causa quod alij accedant:adeo quod si nullo instigante quilibet suo ꝓprio motu accedit armatus ad vnum locum ita quod sunt congregati in vno loco nullo alium ducente nō videtur verificari dictum statutum:qꝛ nullus facit congregationē vel fieri facit ꝛ suadet ratio:nam alias de facili posset resultare incōueniens si contingat ꝙ quidaꝫ volens euitare penam dicti statuti ducit secum sex vel nouem armatos nolens ducere alios ne censeatur facere aduersus dictum statutum alius vel alij vel casu vel spōte preter eorum voluntatem se associant cum eis:ꝛ sic sunt simul congregati.x.incōuenit quod militet pena dicti statuti. Nec obstat qd̄ statutū punit accedentes ꝛc.quia punit accedentes ad tales cōuenticulas seu congregationes:qꝛ ponderandum est illud verbum tales exponendo tales scꝫ quas aliqui faciunt vel fieri faciunt: ꝛ pro hac interpretatione facit qꝛ moderatur.d.l.municipalis exorbitās ꝛ penalis per iura vulgaria:ꝛ ideo denūcians querelans ꝛ inquirēs deducunt qd̄ Guido Ludouic⁹ ꝛ Paulus fecerūt ꝯgregationē ꝛc. sed hoc nequaꝙ probatur quod ipsi vel aliquis fecerit dictam con-

7 gregationem merito ꝛc.† Tertio ponderandum est quod statutū requirit quod fiat ad damnum vel offensam vel ꝗuis diminutionē alicuius priuati:ꝛ ideo in inquisitione seu denuncia deducitur qd̄ conuenticula ꝛ congregatio fuit facta in preiudicium dicti domini pergētilis:ꝛ ad eius damnum vel offensam seu diminutionem. Sꝫ non apparet quod dicti homines fuerint adunati ꝛ congregati in preiudicium damnum vel offensam vel diminutionem dicti domini pergentilis. Non.n. deducitur quod dicti homines vel aliquis eorum habuerit notitiam de aliquo iure dicti domini pergentilis: nec quod adiuerit hereditatem:nec quod possessionem ceperit:nec quod aliquod ei preiudicium generaretur: itaqꝫ nō apparet quod id fecerint ad eius preiudicium. Dato.n.sine preiudicio veritatis quod preiudicium generatum fuerit cuius contrarium.ī.deducetur. Tamen non propterea sequitur quod ad id facta fuerit dicta

congregatio: nam ignorans non applicat animum ad id qd' ignorat. l. mater decedens de inoffic. te. l. si is ad quem. ⁊ l. heres institutus. de acqui. here. ⁊ ignorantia circa factum alienu₃ presumitur. l. fi. ff. pro suo. l. verius de proba. c. presumitur ignorantia. de reg. iur. in. vj. ⁊ testes interrogati vtrum dicta conuenticula vel congregatio fuerit facta in preiudicium dicti domini pergentilis dicunt se nescire: ideo non verificatur ex hoc etiam capite dictum statutum.

8 ¶ † Videamus ammodo vtrum re ipsa fuerit factum aliquod preiudicium dicto domino pergentili. Et aduertendum est quod ipse conatur deducere quod sic. s. quia ista possessio in qua sunt collecte ⁊ asportate dicte oliue ⁊ canne ⁊ vici fuerant in vita vici andree ꝙ ⁊ deducunt ⁊ conantur probare ipsi denunciati: ⁊ dictus. d. pergētilis conatur probare se fuisse tempore mortis dicti vici eius proximiorem consanguineum: ⁊ per consequens hereditatem dicti vici ad eum spectare: ⁊ ipsum possedisse in vita dicti vici ⁊ post ei⁹ mortem continuasse possessionem predictam ⁊ alia faciendo tanꝙ verus dominus facit de ⁊ pro bonis suis: ex his actibus videtur causari aditio hereditatis: item possessio que etiam possessio causatur ex aditione vigore legis municipalis vt hec in princ. consilij deducta sunt: itaqꝫ est videndum an hec media sint probata: ⁊ videam⁹ primo vtrum sit probatum quod ad ipsum. d. pergentilē pertineat hereditas dicti vici: ⁊ omitto quod posset instari vtrum sit probata mors vici tempore quo dicitur perpetratum dictū delictum: sed videamus an sit probatum ꝙ dictus dominus pergentiles foret pximior consanguineus dicti vici: ita quod ad eum spectaret hereditas ab intestato: ⁊ profecto non videtur plene probatum ꝙ dictus pergētiles fuerit proximior consanguineus dicti vici: licet plures testes super quinto articulo ex articulis. secundo loco deponant: ꝙ dictus. d. pergentiles erat proximior consanguineus dicti vici: tamen interrogati in causa scientie non reddunt idoneā causam scie. Nam deueniendo ad euangelistam primum testem super hoc examinatum: iste testis deponit ꝙ est proximior consanguineus non dicit quo gradu in causa sciētie: q₂ audiuit publice dici ⁊c. testimonium autem de auditu non probat. vt in. c. tam literis de testi. c. inquisitioi. de accu. l. testium. C. de testi. cum si.

9 † Petrus Andree secundus testis deponit quod est frater consobrinus dictus. d. pergētiles dicto vico in causa scientie: q₂ cognouit patre₃ dicti vici ⁊ matrem dicti domini pergentilis de quibus dixerat quod erāt frater ⁊ soror: ⁊ quia pro talibus vidit haberi ⁊ reputari: ⁊ hodie habētur ⁊ reputantur publica voce ⁊ fama cōmuni opi. vulgari in dicto castro iste reddit causam' sciētie per famam ⁊ communem opi. que fama ⁊ cōmunis opi. non probatur per simplicem depositionem qd fama sit: sed requiritur quod reddat causam scientie q₂ audiuit publice dici. in hoc docto. concordant ⁊ a maiori parte hominum loci de cuius loci fama agitur: prout vult Barto. in. l. de minore. §. si plurium. alias. §. tormenta. de quest. quem sequitur Imo. in. l. heredes palam. in princ. ff. de test. dicens esse communem opi. licet nonnulli in hoc vltimo secus teneant volentes ꝙ sufficiat ꝙ reddatur causa scientie ꝙ audiuit publice dici: sed non refert quo ad ppositum: q₂ neutrum est dictum per dictum testem: si itaqꝫ non probat famam vel cōmunem opi. que non videntur nec percipiuntur sensu non probat quod vidit reputari pro tali ⁊c.

10 † pari morbo laborat magius gasparis terti⁹ testis: ⁊ similiter paces vltimus testis: solum restat quidam berardinus penultimus testis qui laboraret eodem morbo. nisi quia interrogatus in causa scientie addit quod erat consanguineus dicti vici: que ratio presumptiue videtur concludere. ſm not. per Bar. in. l. j. ff. si cer. pe. Licet doct. super hoc variēt: sed non curo q₂ dictum vnius nil relevat. l. iurisiuran. ff. de testi. cum si. Nec ob. quod in pbanda parentela admittitur probatio de auditu. c. licet ex quadam extra de testibus: quia facilis est respōsio: quia multa ibi exigit tex. que minime interueniunt in casu isto.

11 † Preterea in criminalibus probationes debent esse clariores ꝙ in ciuilibus. l. sciant cuncti. C. de proba. prout est cōmune dictū simpliciter: licet Bal. ibi multum restringat.

12 † Dato autem ꝙ probaretur dicta proximioritas ⁊ mors: tamen ex aduerso productu₃ est testamentum in publicam formam quod puto sit solemne: nec allegatur vitium nisi ratione dementie testōris. testamentum aūt facit silere successionem intestati. l. anteꝙ. C. communia. de succes. l. quādiu. C. qui admi.

13 † Itaqꝫ est solum videre an sit probata dementia seu quod dictus vicus fuerit mentecaptus. Ad quod probandum adducitur quod fuit in vita sibi datus curator tanꝙ mentecapto: quod non videtur preiudicare institutis in testamento qui nō fuerunt ad id citati ⁊ res inter alios acta ⁊c. vel melius testm̄: prout mihi dicitur fuit prius conditum quam fuerit datus curator: nec seqtur tempore decrete cure erat fatuus: ergo similiter prius erat fatuus. licet em̄ qui semel fuit furiosus presumatur hodie furiosus. Non qui hodie est furiosus presumitur iam furiosus. immo statur presumptioni qua quis presumitur sane mentis vt de dicta presumptione est tex. in. c. fi. de succes. ab intest. ⁊ ibi glo. ⁊ doc. ⁊ glo. ⁊ doc. in. l. nec codicillos. C. de codi. Si tamen probaretur quod furor precessit tunc censetur continuatus vt qui iam fuit furiosus etiam hodie presumitur furiosus: alio non docto. c. indicat hermannus. iij. questio. ix. ⁊ per glos. in. d. c. fi. Bar. in. l. j. ff. de bono. possess. fur. ⁊ in fa. de la. qui tamen limitat hoc dictum que limitatio non cōfert ad propositum. Non autem ex furore vnius temporis presumitur furor anterior. hoc. n. iure nō cauetur. ⁊ facit quod alias habetur in. l. siue possidetis. C. de probat. ⁊ furor superueniens non afficit prius gesta. l. si quis alicui. ⁊ ibi Bar. ff. de acqui. here. ⁊. l. qui furere. ⁊ ibi Bar. ff. de statu homi. ⁊ in testamento probatur in. l. ij. ⁊ in. l. qui in potestate. §. fin. ff. de testa. In tempore. n. anteriori potius militat presumptio ꝙ quilibet presumitur sane mētis. vt. s.

14 † Et maxime quia notarius solet non conficere instrumentum de testamento hominis non sane mentis. Et solent in princi. instrumenti facti super testamento dicere talis sanus mente ⁊c. Et dicte assertioni notarij creditur. dicit Imo. in. l. iij. ff. de testa. ⁊ licet dictum Imo. non trāseat sine dubio: tamen magna est eius auctoritas. Et negari nequit quin prebeat magnam conjecturam dicta notarij assertio. Confert etiam q₂ prout dicitur testamentum fuit rite ⁊ recte compositū cōueniens homini sane mentis relinquendo pro anima plura relicta instituendo personas quorum merita erga eum precesserant: ⁊ cuius testamenti vigore dicte mulieres fuerunt mote ad colligendu₃ dictas oliuas.

4 preſumitur. l. ſi cum aurũ. ff. de ſolu. l. cũ de indebito. de pba. † Et inſup ſi cauſa donationis ſubintelligeretur videtur ꝙ ſit cenſenda donatio cauſa mortis. nam licet nõ ſit facta mentio mortis ⁊ propterea videatur donatio inter viuos iuxta ea que habentur in. l. ſeia. de dona. cauſa mor. ⁊ in. l. ſeia. de dote prelega. Tamẽ videtur quod ſit collata poſt mortem cum dicta bona ſint data filijs primi matrimonij pro parte ſeu portione eorũ que pars ſeu portio non debebatur eis niſi poſt mortem ipſius Roſule et Andreocce et ſic videtur dicta cõceſſio collata poſt mortem ⁊ cõſequenter iudicetur potius donatio cauſa mortis quã donatio inter viuos per ea que habentur in. d. l. ſeia. Et ideo videtur ꝙ penitẽtia reuocetur per. l. nõ omnis. cum ſimi. ff. ſi cer. peta. Sed dicta Roſula videtur reuocaſſe dictam donationẽ cum dicta bona ſpecialiter legauerit Andreocce: ergo nõ videtur ꝙ dicta cõceſſio ſubſiſtat ꝙ: ⁊ videtur dicẽdum ex alio: quia dato ꝙ in his terminis pſumeretur donatio inter viuos vel cauſa mortis tamẽ cauſa donationis non eſt expreſſa et licet notarius acceptauerit pro dictis filijs primi matrimonij tamen ex ſerie inſtrumenti nõ apparet ꝙ pro eis fuerit ſtipulatus ſolum acceptauit cõceſſionem dictis filijs factã per dictã Roſulã: nam dicitur me notario preſente ⁊ acceptante pro dictis filijs non autem dicitur et ſtipulante. Speciale autem eſt ꝙ ex pacto nudo donationis ſeu propter dictum pactum oriatur actio per. l. ſi quis argentum. C. de dona. que ſpecialitas militat etiam in donatione cauſa mortis. notat glo. cõmuniter approbata in. l. cum pater. §. meuio. de leg. ij. ⁊ ſic cõcurrerent due ſpecialitates vna ꝙ preſumatur cauſa donationis alia ꝙ ex pacto nudo donationis ſeu ppter pactum nudũ ex cauſa donationis oriatur actio. Due autẽ ſpecialitates non cõcurrunt ad vnum effectũ cauſandum vt eſt tex. no. in l. j. C. de dotis promiſ. ⁊ ita propter dictã rationem cõcludit Bar. in. l. ſi tibi decẽ milia. in prin. ff. de pac. ita intelligens illum tex. ſm vnum modũ intelligendi ꝙ ⁊ voluerunt Ray. ⁊ Ange. in. l. iuriſgẽtium. §. ſed cum nulla ſen. §. quinimmo. ff. de pac. et Bal. in. l. ſi pacto quo penam. C. eo. titu. ⁊ tãgit Saly. in. l. legem. C. eo. titu. Volunt enim prefati doct. ꝙ licet ex pacto nudo donationis cõpetat actio. ſ. conditio ex. d. l. ſi quis argentũ. tamen hoc eſt verũ quando eſt expreſſa cauſa donationis ſecus ſi nõ eſt expreſſa licet ſimus in caſu quo cauſa donationis nõ eſt expreſſa tamẽ tacita preſumatur. Tertio videtur dicendũ ꝙ dicta datio et cõceſſio nõ ſubſiſtat. nam fuit facta pro parte dictorum filiorum primi matrimonij: ſed nulla portio bonorũ Roſule ſpectabat ad ipſos filios primi matrimonij vel ſecũdi ſpectatura erat ſuperſtita Andreoccia eorũ matre filiaqꝫ dicte Roſule cum ipſa filia precedat in gradu et preferatur in ſucceſſione. in aut. de heredi. ab inteſta. ven. §. j. et aut. in ſucceſſione. C. de ſuis ⁊ legiti. cum ſimi. ideo cauſa dationis et cõceſſionis videtur reducta ad non cauſam: ideo videtur ꝙ cõpetat exceptio ſine cauſa vel doli. arg. d. §. circa. ⁊ l. ſi fullo. ff. de cõdi. ſine cauſa. ⁊ l. ſi ea

5 lege. C. de condi. ob cauſam. † Quarto videtur ex alio ꝙ dicta conuentio non ſubſiſtat. nam videtur ꝙ talis cõuentio ſit cõuentio de non ſuccedendo. ſ. ꝙ filij ſecũdi matrimonij non ſuccedant in ceteris bonis Roſule: pactũ autem de non ſuccedendo non ſubſiſtit. l. pactum ꝙ dotali. C. de colla. ⁊ c. q̃uis. in princi. de pac. in. vj. Non enim interuenit iuramentũ ex parte filiorum qui habent excludi a

6 ſucceſſione prout interuenit in. d. c. q̃uis ideo ⁊c. ❡ † Tamen his non ob. cõtrariam partẽ arbitror de iure veriorẽ. ſ. ꝙ non ob. predictis dicta cõceſſio facta filijs primi matrimonij de iure ſubſiſtat et ex ea dictis filijs primi matrimonij cõpetat actio ad agendum ⁊ petendum dicta bona. Nam cõſtat ꝙ notarius poteſt ſtipulari ⁊ paciſci pro alio tanq̃ ſeruus publicus. l. nec enim. ff. de adop. et ibi Bal. ⁊ doct. ⁊ Bar. ⁊ doct. in. l. nõ quaſi. rem pupilli ſal. fore. ⁊ in. c.

7 q̃q̃. de vſur. lib. vj. et cõmuniter pro indubitato habetur. † Item conſtat

constat ꝙ dicta Rosula dedit cessit et concessit dicta bona prima vice promissa pro dote dicte Androcce dictis filijs primi matrimonij notario recipiente pro eis. ⁊ attenta coiunctione qua coiuncti erāt dicti filij primi matrimonij cum dicta Rosula: quia erāt eius nepotes ex filia ita ꝙ de facili ꝑsumitur causa donationis.l. si seruus.ff.de dona.inter virū ⁊ vxo.⁊.l.procula.ff.de ꝓba.et per Bar. in.l.que dotis.ff.solu.matri.attento etiam ꝙ cōcurrit ratio equalitatis seruande inter liberos quā iura plurimū ponderant.l.vt liberis.⁊.l.illud.in fi.C. de colla.⁊.l.fi.C. cōmunia vtri.iud. Cum enim dederit certa bona pro dote secūdi matrimonij cum pacto ꝙ ipsa bona peruenirent libera ⁊ franca ad filios secundi matrimonij. Et dicta cōuentio tenebat cum possit quis adijcere pactū in datione sue rei vt perueniat ad alium.l.penul.C.ad exhibē.l.publia.ff.depositi.l.quotiens.C.de dona. que sub modo.l.certi condictio.§.si nūmos.ff.si cer.pe.suadebat ratio equalitatis seruande inter liberos quod ⁊ alia via iuridica ⁊ efficaci prouideret etiam filijs primi matrimonij: ideo interpretāda est dicta cōcessio ita facta ꝙ sit efficax ad hoc vt seruetur equalitas inter liberos vt decet per supradicta attento ꝙ prout mihi dicitur nō minus valebant immo plus tunc temporis bona assignata in dotem pro secūdo matrimonio quam cetera bona dicte Rosule cōcessa filijs primi matrimonij: licet si minus valerent idem dicendū videretur quia nō attenditur omnino quātitas datorū hincinde sed tituli vt patet in.d.l.illud.sed si non subintelligeretur causa donationis non videretur efficax dicta cō- 8 cessio merito subintelligatur.† Quod et tertio videtur dicendum quia dicta Rosula in principio instrumēnti iurauit obseruare omnia ⁊ singula in ipso instrumento cōtenta: iuramentum aūt habet virtutē vt actus valeat eo modo quo valere potest.l. cū pater. §.filijs matrē.de leg.ij.idcirco propter virtutē iuramenti interpretetur vt valeat in vi donationis si al's tanꝙ sine causa esset inefficax: itaqꝫ his cōcurrentibus intrepide concludendum est ꝙ dicta datio ⁊ cōcessio facta filijs primi matrimonij fuerit et sit efficax saltem ex presumpta causa donationis: ⁊ nō presumatur donatio causa mortis: sed donatio inter viuos: tum quia non est facta mentio mortis per dictas.ll.seia.⁊ que in eis habētur. ⁊ licet subdatur pro portione sua: tamen potuit donare tunc vt cōpenset ⁊ cedat in cōpensam cum portione futura que sperabatur obuenire post mortē ipsius Rosule ⁊ Andreocce eius filie: tamen maxime iudicetur donatio inter viuos ⁊ non causa mortis: quia dedit vt in perpetuum essent dictorum filiorum primi matrimonij: donatio autem causa mortis non est indefinite perpetuo permansura penes donatariū quia nō si peniteat vel si donatarius premoriatur.d.l. nō omnis.si cer.peta.cum simi. Item maxime inuiolabiliter voluerunt obseruari.⁊ sic voluerunt nō posse penitentia reuocari. ⁊ per cōsequens non deberet iudicari donatio causa mortis etiam si dictū fuisset ꝙ causa mortis donaret dūmodo adijciatur inuiolabiliter seu irreuocabiliter.l.vbi ita donatur.ff. de dona. causa mor. vbi tex. ad hoc singu. licet circa hoc dici posset ꝙ illa clausula inuiolabiliter obseruari referatur ad promissionem inuicem factam inter Rosulam ⁊ Tortogliū: quia premittitur promittentes etiam ad inuicem ⁊c. Sed replicari potest ꝙ illa clausula me notario recipiente ⁊c. in medio absolute posita referatur ad omnia precedentia ⁊ sequētia iuxta.l.⁊ si pepercerit.§.si filius.ff.de libe.⁊ posthu.et arg.l. si quis ex argentarijs.§. si initium tabularum.ff. de eden.⁊.l. quisquis.ff. de lega.iij.⁊ ibi glo. et Barto. qui no. ꝙ clausula seu verba magis influunt in sequentia quam ecōtra sequentia in precedētia licet in contrarium faciat.c.inquisitioni.de appel. Preterea in principio instrumēti dicta Rosula iurādo promisit non venire cōtra omnia inserta in ipso instrumēto vel aliquod eorū subiungendo ad idem plura verba ad maiorem expressionem ⁊ cōtrarij exaggerationem. Sed reuocādo per penitentiam veniret contra: ideo effectualiter promisit non reuocare: et per cōsequens militat dispositio.d.l.vbi ita donatur. Et sic remanet cōclusio ꝙ dicta datio cessio ⁊ cōcessio sit ⁊ facta censeatur ex causa donationis ⁊ sit efficax. Et per consequens nō obstat ꝙ censeatur facta sine causa immo facta ex causa. scilꝫ donationis inter viuos ⁊ nō donationis causa mortis que est 9 reuocabilis per supradicta.† Nec obstat ꝙ causa donationis non est expressa sed tacita ⁊ presumpta ⁊ pro parte filiorū primi matrimonij non fuit inita stipulatio: sed simpliciter pactum nudū: vt.s. deductū est. Et per cōsequens non videtur militare dispositio.d.l. si quis argentum ne cōcurrant plura specialia: quia respōdetur ꝙ licet illud dictū sit dubium: quia cōtrarium firmat Rapha.fulgo. in.d.l.si pacto quo penam et nōnulli alij prout latius dico legēdo dictam.l.si pacto quo penam. tamē presupposita veritate illius dicti respōdeo ꝙ illud dictū ⁊ eius ratio fundamentalis procedit de iure ciuili quo iure regulariter ex pacto nudo non oritur actio.l. legem.C.de pac.l.iurisgentium.§.sed cum nulla.⁊.§§. seque.ff.eo. titu. Sed de iure cañ.regulare est ꝙ ex pacto nudo oritur actio ꝑm fere omnium indubitatam sententiam per.c.j.de pac.⁊.c. per tuas. de arbi.prout doct.no.in dictis iuribus: ideo licet de iure ciuili sit speciale ꝙ pactum nudū donationis inter viuos vel causa mortis causet actionem per.d.l.si quis argentum.tamen de iure canonico non est speciale sed regulare per.d.c.j. Idcirco cessat fundamētum docto.ꝙ concurrant duo specialia: nam licet de iure ciuili cōcurrerent duo specialia: de iure tamen canonico secus: vnde cessante ratione doctorū cessat eorum dictum.l.ꝙ dictum. de pact.l.adigere. §.quis.ff.de iure patro.c. cum cessante.de appel. cum autē simus in terris ecclesie prout est nēpe seruandum est ius canonicum non ius ciuile prout no.docto.in.c.j.de noui ope.nūcia. Bar.⁊ Bal.in l.priuilegia.C.de sacrosan.eccle.glo.et docto.in.c.ij.de arbi.lib.vj. 10 ideo cessat illud dictum in casu isto.† Non ob. tertia ratio in contrarium adducta quia.s.cōcessio facta fuit filijs primi matrimonij pro parte sua: quia ad hoc respondetur pluribus modis. primo et principaliter quia ex quo sperare debebat Rosula ꝙ Andreoccia superuiueret post eius mortem ⁊ tale esse debet et creditur votum matris.l.cum tale.in prin.ff.de cōdi.⁊ demon.facit.l.nam et si parentibus.in prin.ff.de cōdi.⁊ demon.facit.l. nam et si parentibus. in prin.ff.de inoffi.testa.⁊.l.scripto.ff. vnde liberi.⁊ ꝙ bona sua de filijs transmittantur in nepotes erat votum verisimile Rosule.l.j. C.de his qui ante aper.tab.⁊ facit.l.cū acutissimi.C. de fideicōmis. et.l.generaliter.§.cum autē.C.de insti.⁊ substi.sub cōdi.fac. Idcirco intelligatur dicta verba ꝙ dabat dicta bona pro portione eorū que portio sperabatur ad eos prouentura ex ꝑsona filie. Et potest intelligi ꝙ dabat tunc temporis ⁊ sic de presenti pro illa portione que sperabatur ꝙ esset prouentura ad eos de bonis ipsius Rosule et hoc conuenit magis verbis cum dicat dat cedit et concedit ⁊ sic loquitur per verba ꝑsentis temporis et ꝑm hoc dabat de presenti: vel si intelligatur ꝙ dabat vt haberet post mortem Rosule ⁊ Andreocce. Est idem effectus quia iam euenit casus quia portio bonorum Rosule est iam peruenta ad Catherinam filiam dicte Andreocce ex primo matrimonio mediante dicta Andreoccia: nam heres heredis primi defuncti est heres.l.fi.C. de heredi.instituen. itaqꝫ non cessat causa propter quam datio facta fuit immo euenit et sortita fuit effectum. Poterat etiam intelligi ꝙ dicta Rosula tunc volebat facere partes suorum bonorum inter ipsos liberos primi ⁊ secūdi matrimonij ⁊ cuilibet assignare partem suam nō habito respectu ad portionem futurā seu prouenturā post mortē. et ideo nō alterant aliter vim ipsius dationis ipsa verba in partem ⁊ portionē ⁊c. ⁊ facit ꝙ al's in simili habetur in.l.donationes.§.species.ff.de dona.⁊ in.l.pe.seu fi.ff. de vsufru.ea.rerum que vsu cōsu.

11 ¶† Nō ob.l.pactum ꝙ dotali.de colla. quia termini sunt penitus separati. Non enim est aliquis qui renunciet future successioni nec est conuentio generaliter facta de bonis vniuersaliter. Sed de bonis que tunc habebat dicta Rosula non de bonis que de futuro acquirere poterat: qꝛ dabat bona sua reliqua: ideo bona que tunc sua erant.arg.l.si ita.de auro ⁊ argen.lega. et que habentur in.l.fi. C.de pac.⁊ in.l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obliga. circa donationem omnium bonorum. Nam si simpliciter donātur omnia bona sua valet donatio: quia intelligitur de presentibus et non de futuris. Si vero donantur omnia bona presentia ⁊ futura non valet ꝑm cōmunem sententiam que habetur in dictis iuribus per.l.cum hereditas.C.de pac.conuen. et quia censetur impedire liberam testamenti factionem cōtra.d.l.stipulatio hoc modo cōcepta. Remansit itaqꝫ facultas succedendi in ceteris bonis que sperabatur lucrari per dictam Rosulam. iuxta.l.si defunctus.C.arbi. tute. prout ergo donatio omnium bonorū valet vt omnes tenent ita ⁊ ista: ⁊ est clarum. Nō ob.d.l.pactum ꝙ dotali.⁊.d.c.quis.quia ibi nihil donatur sed renunciatur successioni future habito respectu ad omnia bona remāsura post mortem parentis et nō ad bona presentia dūtaxat: prout de presentibus est facta cōuentio in casu 12 isto.† Nec etiam obstat si dicatur ꝙ dicta bona concessa filijs primi matrimonij fuerāt data in dotē in primo matrimonio: quia respōdent alij cōsulentes. Nam dicitur ꝙ est probatū ꝙ dicta bona erāt Rosule nō Christophori dotantis: itaqꝫ non potuit transferre dominium ꝙ nō habebat.l.traditio.de acqui.rerū do.⁊.l.nemo plus iuris.ff.de reg.iu. item in instrumēto promisit dare pro quātitate promissa in dotē dicta bona in instrumēto specificata: non autem dicitur ꝙ dederit licet in hoc vltimo medio non faciam magnam vim: nam si probaretur possessio per Paulū habita: censeretur habitum ex dicto titulo promissionis per.l.ij.C.de acqui.pos.⁊.l.j.C. de impo.lucra.descri.lib.x. Sed dato ꝙ tradiderit nō potuit trāsferre dominiū ꝙ erat Rosule nō ipsius tradentis. Nec etiā obstat ꝙ prout dicitur ꝓcurator confitetur dicta bona fuisse Andreocce: quia respōdetur per alium cōsulentem ꝙ probatur contrariū. ⁊ sic rem aliter se habuisse ⁊ qui errat nō fatetur.l.nō fatetur qui errat. de cōfes.⁊ probatur error probando rem aliter se habere: prout ibi not. Bar.⁊ habetur in.l.cum falsa.C.de iure.⁊ fac.igno.ideo cōfessio illa potuit reuocari prout ⁊ reuocata dicitur: non aūt vidi articulum ⁊ respōsionē eidem super hoc factā: tamē si articulus cantat quod dicta bona fuerūt Andreocce ⁊ non se artat ad tempus vite Rosule potest verificari: quia succedēdo Rosule habuit dicta bona. Item genitiuus verificatur in simplici possessione et detētione vt late per Bar.⁊ doct.in rub.ff. de noui ope.nūcia.⁊ est aduertendum ad primū cōtractū dotalem: quia dato ꝙ dicta bona fuissent

Christophori dotātis et per eum ex ea causa tradita: nihilominus non fuissent Andreocce: quia dos fuit cōstituta in quantitate certa et pro ipsa quātitate fuerunt promissa dicta bona specificata in instrumento: ideo dos ipsa spectans ad Andreocciam ꝛ eius heredes cōsistit in quantitate: bona autē data pro ipsa quātitate erant dicti Pauli: cedunt enim loco cuiusdā venditionis: prout quādo dantur in dotē res pro estimatis. l. vnica. §. quotiēs. C. de rei vxo. act. ꝛ per glo. in. l. si inter virū. C. de iure dot. Ideo si dicta bona fuerunt tradita dicto Paulo: prout mihi psuadeo ꝙ tradita fuerint quesitū fuit sibi quasi dominiū. et sic Catherine eius filie et heredi cōpetit actio realis prout est publiciana iuxta. l. j. et per totū. ff. de publi. ꝛ. §. alie. insti. de act. ꝛ. c. abbate sane. in princi. de re iudi. lib. vj. ꝛ per hāc viam ad dicta bona potuit ꝛ potest realis actio intentari. Et subsequenter pronunciari bona ipsa predicta pertinere et spectare ad dictam Catherinā deductis predictis ꝙ ipsa sit filia et heres dicti Pauli primi mariti dicte Andreocce: instrumentum autem ꝙ fecit dicta Rosula pro memoriali suorū bonorum nihil penitus habent obstare immo potius facit qđ dicta bona forent Rosule cum filia confessa fuerit se retinere pro conseruatione ꝛc.

13 quia clarū non insisto ꝛ tāgitur etiam per alium cōsulentem. † Est modo videndū cuius effectus sit dicta cōcessio cessio et datio facta per dictam Rosulā in dicto instrumento dotali. Circa ꝙ breuiter instando est aduertendum ꝙ dictis filijs primi matrimonij hoc est nunc ipse Catherine cōpetit actio ad petēdum dicta bona aduersus heredes dicte Rosule prout sunt filij et matrimonij pro eorum ratis quorum dictus Santes est pater et legitimus administrator per. l. j. C. de bo. mater. ꝛ ipse prout dicitur in quodam suo articulo profitetur se tenere vt pater et administrator seu nomine suorum filiorū: itaq̄ possunt ipsi filij ꝛ ipse pater vt eorū legitimus administrator conueniri vt relaxent dent et tradant dicta bona dicte Catherine pro ratis pro quibus representant dictam Rosulam. et sic pro ratis pro quibus ipsi sunt heredes dicte Andreocce. ꝛ cōsequēter ex eius psona dicte Rosule pro alia vero rata pro qua est heres dicta Catherina hoc est pro quarta parte cum mihi dicatur quod quatuor filij remāserint ex Andreoccia videlicet Catherina ex primo matrimonio ꝛ tres ex secundo matrimonio cōpetit ipsi Catherine petitio hereditatis ac rei vēdicatio seu publiciana. ꝛ sic actiones reales ad vendicandum ipsa bona. Item videtur ꝙ aduersus heredes Tortogli competat actio ex dicta cōuentione ꝙ permittant esse dictorū filiorum primi matrimonij. et sic dicte Catherine cum dictus Tortoglius ita conuenit cum dicta Rosula notario presente ꝛ acceptante. s. cōuentionem ipsam pro dictis filijs primi matrimonij. Nam dicta verba me notario presente et acceptante pro filijs ꝛc. videntur referenda et referūtur non solū ad dationem cessionem et cōcessionem quam. s. proxime facit dicta Rosula: sed etiam ad cōuentionem initam inter dictos Rosulā ꝛ Tortoglium quod dicta bona essent filiorum primi matrimonij cum dicti ablatiui absoluti in fine positi referendi sint ad omnia precedentia ad que referri possunt. c. secūdo requiris. ꝛ. c. inquisitione. de appel. et l. j. C. de libe. prete. cum similibus. itaq̄ si dictus Santes est heres Tortogli vel eius filij ipse potest conueniri et obligatus est vt relaxet ꝛ relaxādo dicta bona permittat ꝙ dicta Catherina vigore dicte conuentionis consequatur efficaciter dicta bona: et per hanc duplicem viam competit ius dicte Catherine ad extorquendum

14 dicta bona a dicto Sante. † Sinantē predicta cessarent quia forte non appareret dictū Santem vel eius filios esse heredes dicti Tortogli vel dicte Andreocce. Sed dictus Santes pretenderet se tenere simpliciter tanꝙ sua prout etiam intelligo ꝙ quandoq̄ in iudicio profitetur videtur ꝙ possit cōpetere remediū. l. si me et titiū. et. l. cum fundus. §. seruū tuum imprudens. ff. si cer. peta. quia res debita seu eius possessio debita dicte Catherine peruenit ad dictū Santem sine causa quo casu competit actio ex equitate dicte legis quando non habetur regressus effectualis aduersus alium vel ille ad quem haberetur regressus liberaretur cedendo actionē aduersus possessorē prout hoc notant doct. in dictis iuribus: sed in casu nostro videtur ꝙ hec cōcurrant: quia non videtur ꝙ donator teneatur ad dandum rem si dare non potest. arg. l. aristo. §. fina. ff. de dona. et licet dicatur ꝙ licet quando donatio incipit a traditione non teneatur donator de euictione vel transferre ius si non habetur vt ibi tamen secus si incipit a promissione prout ibi habetur et per glo. ꝛ docto. in. l. j. C. de iure dotium. Et in casu isto nō inceperit a traditione: sed a cōuentione: ideo videatur ꝙ teneatur facere ꝙ donatarius fiat dominus rerum donatarum. ꝛ sic nō liberetur cedendo actionem quam haberet nihilominus puto contrarium. Nam ratio quare donatio incipiens a promissione facit donatorē teneri de euictione est: quia promittēs donare vel dare promittit transferre dominium: quia dare id importat. l. si. ff. de cōdi. ob causam. §. sic itaq̄. insti. de acti. similiter et donatio importat dominij translationem. l. senatus. de dona. causa mor. idcirco promittens dare ex causa donationis vel promittens donare ex vi verborum obligatur ad translationem dominij. Si itaq̄ nō transfert dominium non implet qđ promisit merito tenetur. Sed quando donat tradendo non promittit dominiū transferre: sed quantum in se est donat rem quatenus potest pari ratione qui donat verbo vel dat non promittit dare nō se obligat ad dandum si non habet nec verba ad id artant: ideo videtur eadem ratio: prout qui dicit do ꝛ tradit non tenetur dare ꝙ nō habet: ita ꝛ qui dicit do tibi talem rem: non autem se aliter obligat ad dandum non teneatur nisi ad id qđ habet ratio naturalis ad hoc artat quam sufficit allegare. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tuto. Et iura que adducuntur per glo. ꝛ docto. hoc idem suadent: ideo videtur ꝙ hoc casu stantibus premissis possit cōpetere remedium. l. si me ꝛ titium. ff. si cer. peta. Et si dicatur dicta bona fuerunt data filijs primi matrimonij qui erant plures. s. duo. Et sic fuerunt pro dimidia data Catherine nō autem in totum. arg. l. si mihi ꝛ titio. in prin. de verbo. obliga. ꝛ. l. si duobus. §. cum in tabulis. de duo. reis. cum concor. respondetur ꝙ alius filius decessit. ꝛ sibi succedit dicta Catherina: q̄ soror vtrinq̄ coniuncta. Et licet cum sorore concurrat mater equali portione. per auт. defuncto. C. ad tertullia. tamen mater decessit vt arbitror hereditate non adita et hereditas non adita nō transmittitur. l. j. §. in nouissimo. C. de cadu. tollen. ꝛ. l. quoniam sororem. C. de iure deliberan. etiam per matrem in filios. l. si pro numero. C. cōmunia. de succes. et habetur in. l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. Hec mihi occurrunt circa hanc cōsultationem cum rome existā carens omnibus libris premissa scribens sine reuolutione chartarū: tamē mihi videtur vera et bene probata: licet sine magna allegationum copia iterum deo laus. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxxix.

☞ Substituta familia et agnatione filijs a patre heredibus institutis si in pupillari etate decesserint vel quādocūq̄ sine filijs an altero decedente ex institutis admittatur patruus tanꝙ agnatus. Et si ista est substitutio facta vltimo decedenti an tunc succedat in omni hereditate vel in portione vltimi decedentis.

1 Substitutio facta pluribus post illorum mortem vno mortuo censetur cuilibet facta vt videatur in singularitates resoluta. fallit si fiat post mortem omnium quia tunc facta videtur vltimo decedenti. nu. 5.

2 Substituta agnatione vel familia an et quādo succedāt agnati vel illi qui sunt de familia ordine successiuo. nu. 6. ꝛ. 7.

3 Substitutus excluditur quādo ex verisimili mēte testatoris super est persona que alias ipsum excluderet. vsq̄ ad finem consi.

4 Successioni ab intestato nō est locus ꝗdiu est spes ex testamento.

7 Familia quot modis summatur.

¶ Consilium. ccxxix.

In nomine dn̄i nostri Jesu

1 christi. ¶ † In hac consultatione videtur prima facie dicendum ꝙ dictus patruus succedat dicte filie defuncte ꝛ non altera filia sororq̄ defuncte. Nam videtur ꝙ agnatio censeatur substituta cuilibet filie institute. Nam quando quis plures instituit ꝛ post eorum mortem substituit alium censetur cuilibet facta substitutio adeo ꝙ primo decedēte est locus substitutioni: licet alter sit superstes. l. lucius. §. gaio seio. ff. ad treb. ꝛ. l. fi. §. filium. de leg. ij. Illa enim pluralitas post mortem vestrā resoluitur in singularitates vt dictis iuribus et in simili in. l. falsa demōstratio. §. fi. de condi. ꝛ demon. cum cōcor. multis ibi adductis per glo. ita pari ratione ista conditio si decesserint Minoccia ꝛ Agnes resoluatur in singularitates. et sic verificetur substitutio in portione Agnetis filie defuncte. ꝛ sic censeatur substituta agnatio ꝛ familia sua. Verū autem est ꝙ ꝛ frater testatoris et Minoccia filia superstes sunt de agnatione testatoris: quia sunt coniuncti per lineam masculinā. l. suntaū ꝛ agnati. ff. de legi. tuto. ꝛ insti. eo. ti. §. j. ꝛ appellatione aūt familie venit omnis agnatus. l. pronūciatio. §. cōmuni iuris. ff. de verb. sig. Licet ꝛ etiā aliter assumatur vt in eadē. l. pronunciatio. §. familie appellatio. ꝛ. §. seruientium. ꝛ. §. penul. ꝛ largius. l. fi. C. eo.

2 titu. † Et sic ꝛ meus ꝛ Minoccia comprehendi possunt sub dictis verbis agnationem ꝛ familiam suam: tamen admittuntur gradatim. d. l. fi. de verbo. signi. ꝛ. l. cum ita legatur. §. in fideicōmisso. ꝛ. l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. ꝛ intelligitur gradatim ꝑm ordinem successionis prout dicit Pau. de cast. in. d. l. fi. C. de verb. signi. ꝛ sumitur ex dictis Rapha. fulgo. ibi. Qui enī succederet in dictis bonis ab intestato si nō fuisset facta substitutio videtur preferendus ratione substitutionis prout est de mente prefatorū doc. ꝛ Jmo. in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. et Pau. de cast. post Guil. de cu. in. d. l. lucius. §. gaio. prout. j. referam. Censentur enim cōtrahētes et testator se cōformare cum dispositione iuris cōmunis vel municipalis si circa successionē intestati discrepat a iure cōmuni: prout voluit Bar. in. l. iurisiurandi. §. si liberi. de ope. lib. dicens in stipulatione emphyteotica ꝙ stipulās censetur se cōformare cum dispositione iuris cōmunis adeo ꝙ si stipulatur pro se ꝛ filijs masculis et feminis pariter admittuntur mares et femine: prout ꝛ admittuntur ad successionem hereditariam si non extat statutum. Si vero extat statutum ꝙ stante masculo femine excludantur a successione intestati: tūc etiam in emphyteosi masculus prefertur feminis ꝑm eum quem

eũ quem sequit Jmo.in.d.c.potuit.circa fin.extra de loca.ꝛ in.l.fi. de conditio.et demon.et Pet.de ancha.in clemẽ.ij.de iure patro. et in.l.sed si hac.§.liberto.de in ius vo.ꝛ in.c.canonũ.xiiij.q.princ. post recitata in.q.pilei.de consti.ꝛ And.de iser.in.c.j.in quib⁹ causis feu.ami.qđ et consuluit Bar.in.d.consi.quidam accepit a quodam abbate.ad idem qđ eleganter voluit Barto.in.l.precibus.C. de impub.vbi dicitur qđ testator presumitur cogitare ꝛ velle id qđ statutum sui municipij.allegat tex.ꝭm eum meliorem de iure in.l. si duo.de acquirẽ.here.ad idem quod not.Pe.de anch.post Bal. in.l.tres fratres.ff.de pac.ad idem qđ no.glo.in.d.l.cum ita legat. §.in fideicommisso.volens qđ admittat in huiusmodi dispositionibus filius fratris concurrit cum fratre: licet sit remotioris gradus.et idem ibi Jmo.ꝛ Pau.de cast.licet Bal.contra.

3 †Et in interpretandis hmõi substitutionib⁹ attendi debeat mens testatoris ꝛ soleat tradi cõis theorica qđ attẽdi debet vtrũ supsit psona q̃ ex verisimili mẽte defuncti excludat substitutũ necne.Nã si supest substitutus excluditur al's admittitur etiã si vtroq; casu sit opus recedere a propria vi verborum:vt probatur in.l.pe.C.de impu.ꝛ in.l.heredes mei.§.cum ita.ad trebel.ꝛ in.l.quidam testõ proculũ. de vulg.ꝛ pupil.ꝛ cõmuniter oẽs tradũt in.d.l.pe.ꝛ.d.§.cum ita.ꝛ tangit etiã dñs consulens:tñ doc.dicũt qđ testator faciendo hmõi substitutiones siue sit pupillaris siue fideicõmissaria censetur se cõformare cũ dispõne iuris cõis vel municipalis:vt illa persona q̃ ab intestato excluderet psonam substituti siue de iure municipali siue de iure cõi censeat esse psona que ex verisimili mẽte defuncti excluderet substitutum ꝛ illa que ab intestato non excluderet substitutum non censetur esse persona que ex coniecturata mente defuncti excludat substitutũ:prout Dyñ.consulendo tradidit ad terminos dictorũ iuriũ vt referunt et sequũtur Bar.ꝛ Ang.in.d.§.cum ita.et idem tenent ibi Rapha. cu.ꝛ etiam Pau.de cast. in lectura paduana.Cũ itaq; d.Meus sit talis persona que ab intestato excluderet.d.Minocciam vigore statuti manicipalis.Jdeo videt q̄ sit locus substitutioni nõ obstante q̄ non decesserit vtraq; filia posita in cõditione.Jtẽ videt q̄ inter agnatos ꝛ illos de familia ipse preferret in substitutione ex quo prefert in successione intestati. Nec videt attendendũ q̄ sit ab intestato preferenda in successione ipsa Minoccia:q2 videt attendendũ que psona sit successura ei cui sit substitutio:non autẽ quis successurus testatori substituẽti:put videt sumi ex dictis Jmo.in.d.§.cum ita.qđ maxime vr̃ dicendum in casu isto in quo euenit casus pupillaris substitutionis per quã succedit filie non testatori saltem immediate.l.moribus.§.interdum.et.l.si pater filio.ꝛ.l.sed ꝛ si plures.§.quos possum.ꝛ.l.filio.de vulg.ꝛ pup.cũ multis si.Minoccia autem tanq̃ coheres põsita in conditione non videt substituta:q2 qñ sunt filij heredes instituti ꝛ si ambo decesserint non censetur vnũ alteri substituisse: sed censetur inter eos reseruasse ius legitimarũ hereditatum:hoc est reseruasse q̄ possint inuicẽ succedere ab intestato.arg.l.vel singulis.ff. de vulg.ꝛ pup.ita volũt doc.in.l.qui duos.eo.ti.ꝛ in.l.pe.C.de impu.ꝛ in.d.§.cũ ita.ꝛ in.l.qui duos.de reb.dub.Sed in casu isto non censetur reseruasse ipsis filiabus ius legitimarum hereditatum ex quo ipsi Minoccie non cõpetit ius legitime hereditatis:nec erat competiturũ ipsi agneti si supuixisset ex quo meus earũ patruus eas excludit ex forma statutorum.Jtaq; nullo iure videt admittẽda dicta Minoccia ad portionem dicte agnetis p̃defuncte:et illa verba in omni portione vr̃ posse referri ad oẽm portionẽ deuolutã ei in cuius psona euenit casus substitutionis:vt sic prout conditio illa si decesserint resoluitur in singularitates ita q̄ si vna decesserit verificetur substitutio sibi facta:ita ꝛ illa v̄ba in omni portione que deueniret ad dictas Minocciam ꝛ agnetem resolnatur ad singularitates vt sic Agneti censeatur facta substitutio in oĩ portione que ad ipsam deueniret.Tamẽ his non ob.ꝯtrariũ arbitror de iure rñdendum.Nam theorica cõis doc.est q̄ in hmõi substitutionibus factis plurib⁹ attendit vtrũ supsit psona que ex verisimili mẽte defuncti excludat substitutũ:ꝛ sic sit magis directa q̄ substitutio:ita tradũt doc.in.d.l.heredes mei.§.cũ trebel.ꝛ in.d.l.pe. C.de impub.Sed certe filie erãt verisil'r magis dilecte testatori q̄ frater.ar.l.cum acutissimi.in rõne sui.C.de fideicõ.l.scripto.ff.vnde liberi.l.fi.in prin.C.de cura fu.et.l.liberorum.de verb.sig.Jtem in hoc indiuiduo apparet alijs medijs.s.quia dictus Meus erat exosus dicto testatori cũ forẽt inter eos inimicitie.Jnimicitie autem producunt odium et volũtatem potius auferendi qđ datũ est q̄ relinquendi vel dandi de nouo.l.iij.§.fi.ꝛ.l.ex parte.ff.de adimẽ. leg.et.l.si inimicitie.ff.de his quib.vt indig.Jtẽ demonstratur ex verbis in testamento prolatis.Nam cum dictus Meus sepius peteret a testatore qđ aliquid sibi relinqueret ipse semper neganit et dixit q̄ volebat bona sua ad filias suas peruenire ex quo euidẽter patet qđ in bonis suis preferebat filias ipsi Meo.et dictio peruenire videtur denotare quãdam perfectionem attenta natura dictionis per.l.vrbana.§.pernoctare.ff.de verb.sig. ꝛ sic omni tempore in vita vtriusq; ꝛ post mortem alterius earũ:ideo non est verisil'r q̄ voluerit ad ipsa bona inuitare Meũ donec supest aliqua ex ipsis filiabus:ꝛ maxime q2 dictus meus forte nõ rogabat q̄ sibi relinqueret pure an v̄o sub cõditione:sȝ simpl'r ꝛ indefinite.ꝛ testator indefinite ꝛ simpl'r denegabat ꝛ indefinita eq̄pollet vl'i.l.si pluribus.de lega.ij.c.q2 circa.de priui.cañ.si romanorũ.xix.dist. Et sic denegauit nolle relinquere gñaliter:tñ ꝓpter limitatã cãm filiarũ et limitata cã limitatum ꝓducit effectum.l.cãcellauerat.ff. de his que in testõ delen.ꝛ.l.agris limitatis.ff.de acqui.re.do.facit q2 positi in conditione cẽsentur magis dilecti q̄ substitutus.l.lucius.ff. de here.insti.l.filiusfa.§.cum quis.cum sua glo.ff.de leg.j.Jtẽ instituti censentur magis dilecti q̄ substitutus.l.publius.ff.de condi. et demõ.

4 †Et lȝ quodlibet ex predictis de ꝑ se forte non sufficeret: tñ simul iũcta vr̃ q̄ satis demonstrẽt mẽtem testatoris q̄ filias voluerit preferre meo:et noluerit meũ admitti supstitibus filiab⁹ vel altera earũ.Et ꝓpterea lȝ non potuerit superstitem preferre meo reseruãdo sibi ius legitimarũ hereditatũ. Tamẽ cẽsetur eã p̃ferre eo mõ quo preferre potuit.s.vnã alteri substituẽdo:ꝛ ad hoc trib⁹ medijs possumus ꝓbabiliter deuenire.Primo quia ex quo substituit in oĩ portione que ad filias ꝑuenir et.Et si altera solũ decedit nõ põt substitutio militare in oĩ portione.idcirco cẽsetur substitutio facta solũ post mortẽ oĩm:vt sic in omni portione admittat ex substitutione.Et q2 quãdiu est spes successionis ex testõ cessat successio ab intestato.l.anteq̄.C.cõia.de succes.l.q̄diu.C. qui admit. l.q̄diu.ij.ꝛ.l.illud.ff.de acqui.here.Jdeo interim.d.Meus nõ põt venire ad successionẽ.d.Agnetis ab intestato ꝓpter spem substitutionis directe:ex qua defertur successio ex testõ:q2 pupillaris substitutio est testm̃ filie.l.morib⁹.in prin.§.quisquis.ꝛ.§.interdũ.ꝛ.l. patris ꝛ filij testm̃.ff.de vulg.ꝛ pupil.Jdcirco cẽseat vna alteri substituta ꝛ agnatio ꝛ familia substituta vltimo decedẽti ꝑ theoricam Bar.Raph.cu.ꝛ Jmo.in.l.vel singulis.ff.de vulg.ꝛ pupi.q voluit q̄ lȝ qñ plurib⁹ institutis sit substõ simpl'r cẽsetur reciproca substõ inter eos si substitutio est facta in tota hereditate:licet al's secus vt ibi.

5 Et lȝ loquant qñ est facta substitutio nouissimo decedẽti ꝓut et loquit tex.ibi.Et in casu nostro est facta substõ simpl'r post mortẽ filiarũ:ꝛ sic casus sunt diuersi:tñ vident similes.nã qñ fit substitutio pluribus filijs cẽsetur facta substitutio vltimo decedenti vt in d.l.qui duos.de vulg.ꝛ pup.prout ꝛ ꝓbat ille tex.ꝛ volunt ibi Barto.ꝛ Jmo.ꝛ doc.ꝛ idẽ probatur in.l.pater filiã.§.fi.ff.ad.l.fal.ꝛ per Bar.in.l.qui duos.ff.de reb.dub.ꝛ facit summariũ Bar.in.l.codicillis.in prin.de vsufr.leg.ideo dictum doc.in.d.l.vel singulis.videtur militare in his terminis:lȝ expresse nõ fuerit facta substitutio vltimo moriẽti:sed simpl'r.et lȝ non specifice in tota hereditate:tñ ex quo tota hereditas est eis relicta:ꝛ sic omnis portio hereditatis est eis relicta:ideo dicendo in omni portione que ad eas perueniret est perinde ac si substituisset in omni seu tota hereditate que ad eas perueniret.Satis enim est q̄ non substituit tantum in portione que perueniret ad vltimo decedentẽ:sed etiam in portione primi decedentis.Nam ista est ratio quare censetur substituisse inuicẽ ipsos institutos:quia ex quo est facta substitutio vltimo morienti in portione primo morientis censetur vltimum inuitasse ad portionem primo defuncti:que ratio pariter militat vtroq; casu. Facit optime qđ no.Bar.in.l.centurio.de vulg.ꝛ pup.in casu quo substitutio est facta si filius institutus aut eius filij decesserint sine filijs:q2 vult q̄ si substitutio censetur facta filijs filij instituti ipsi filij censentur filio substituti.et idem repetit in.l.si sic.de leg.ij. Et licet quidam impugnent per.l.ab eo.C. de fideicom.et.l. hereditas. ad statium.ff.de heredi.insti.Tamẽ ꝛ legendo.d.l.ab eo.et sepius consulendo placuit dictum Bar.qui ꝛ placet domino meo in.d.l. ab eo.et vidi hac tempestate ab alijs claris doctoribus consultũ.licet enim sola ratione quia quis est rogatus non censeatur honoratus.d.l.ab eo.ꝛ.d.l.hereditas.ad statium.Nec ea ratione sola quia sit positus in conditione ad excludendum substitutum censeatur tacite inuitatus ꝭm communem sententiam que per docto.in.d.l. lucius.de heredi.insti.et.d.l.filius.§.cum quis.de condi. ꝛ demon. Tamen altera ex eis prebet talem coniecturam voluntatis. qđ facili adiutorio resultat tam vehemens coniectura voluntatis qđ resultat substitutio.argumen.l.titia.§.seia.de leg.ij.et.d.l.codicillis. de vsufruc.lega.ideo dicte due coniecture:scȝ qđ filij sint positi in conditione et sunt rogati simul iuncte inducunt efficacem substitutionem:ita solitus sum dicere in illo articulo.que militant etiã hoc casu:nam filie sunt posite in conditione ex quo substitutio est facta si ipse decesserint:non si altera earum.et vltime censetur facta substitutio ꝑ supradicta.

6 †Et lȝ Jmo.in.d.l.qui duos.de vulga.et pupil.limitet illud dictum qđ censetur facta substitutio vltimo moriente nisi substitutus esset persona que ex verisimili mente preferretur filio scđm eum.Non tamen loquitur quando substitutio est facta in tota hereditate. Preterea in casu isto non videtur substitutus persona que ex mente testatoris sit preferenda filie per dicta supra et dicenda infra. Nec semper est vera illa theorica quod testator censetur se cõformare cum dispositione iuris municipalis.Nam videmus qđ filius naturalis quandoq; iure ffoꝛũ. excludit substitutum etiam iure fforum.lege ex facto.§.si quis

rogatus. ad trebel. Quo iure naturales in nihilo succedebant patri. §. discretis. in auth. quibus mod. na. effi. sui. z l. humanitatis. C. de natu. lib. z tñ quãqꝫ excludunt substitutum. vt. d. §. si quis rogatus. Itē si quis instituit fratrē z eius filios censentur simul instituti: lꝫ frater preferatur eius filijs. c. raynutius. de test. et ibi Hostiē. Pet. de anc. d. Ant. Imo. Flo. z Panor. z est magis cōis in. l. gallus. §. quidam recte. de libe. z posthu. que vult ꝙ qñ copula ponit inter eos inter quos est ordinata charitas. primo vni scđo alteri si non concurrit debitum relinquēdi non cēsent inuitati ordine successiuo. z sic testator non cēsetur se ꝯformare cū dispositione iuris. et ita no. Bal. in. l. si mulieri. ff. de vsufru. accre. z etiā idē no. in. l. si. in si. C. de impu. z alijs substi. Ad idē qđ not. Bal. in. l. quicūqꝫ. col. iiij. versi. sed pone statuto. C. de ser. fu. vbi dicit ꝙ si extat statutum qđ masculus excludat filiam: sed filia debet dotari si testator instituit filios in eo qđ eis de iure obuenit filia censetur equaliter cum masculis instituta z non in dote ſm eum. et idem disputando tenuit Pileus. q. lxv. volens ꝙ si statutum excludit filiam dotatam. et testator habēs filiam dotatam z filios si instituit filios cēsent instituisse etiā filiam vna cum masculis: prout eū refert Pet. de anc. in repe. c. j. de consti. in antiquis. xiiij. q. princ. col. cxcvj. cxcvij. ad hoc etiā qđ not. Bal. in. l. cū ita legatur. §. in fideicommisso. de lega. ij. tenēs cōtra glo. ibi. z Imo. in. d. l. heredes mei. §. cū ita. in si. tenēs cōtra Bar. z silr Pan. de ca. ibi. in lec. bononiēsi. z Bal. in. l. liberti liberteqꝫ. C. de ope. lib. tenens cōtra Bar. in. §. si liberi. z lꝫ forte in illis terminis preualeant auctoritates glo. z Bar. tñ adduco ad ostendendū ꝙ doc. non habēt pro expedito ꝙ testator cēseatur ita passim se cōformare cū dispōne iuris municipalis. lꝫ sepe habeat dicta ꝯsideratio. ad idem. d. l. si. C. de vb. sig. vbi admittūtur gener nurus qui non vocātur ab intestato. l. affinitatis. C. cōia. de succe. et etiam liberti qui non succedūt patrono. in casu autē nostro plura concurrūt in contrarium vt deprehenditur ex supradictis z infra dicendis: ideo non hꝫ obstare dictum statutū: nec dicta theorica Imo. in. d. l. qui duos. de vulg. z pup. Scđa via pōt deduci ꝙ cēseatur inuicē substitute: qꝛ testator declarauit ꝙ volebat bona sua ad suas filias puenire: rñdendo fratri roganti ꝙ sibi aliquid relinqueret: quasi per hoc demōstrauerit ꝙ eas generaliter volebat in bonis suis preferre ipsi fratri ꝙ facere non poterat reseruando inuicē ius legitimarū hereditatum: cum in legitima hereditate ipse meus veniret preferendus vxori. Tertia via dicat vna filia alteri substituta ea rōne: quia cēseatur facta substitutio de agnatione et familia q̃ sunt noīa collectiua. z pariter veniūt appellatione agnationis: quia etiā ipsa minoccia est agnata patri z est in potiori gradu. Itē magis ad eā adaptatur vbū familiā: nam familia sumitur in iure pluribus modis. vt. s. deductū est ad meū. adaptat vno mō sumēdo pro agnatione vel magis improprie sumēdo prout sumit in. d. l. si. C. de vb. sig. Sed filia est de familia patris: z dictis modis sumendo familiā z sumēdo magis proprie pro pluribꝰ sub eiusdē ptāte cōstitutis. tunc em̄ proprio iure sumitur familia. d. l. pronūciatio. §. ꝓprio iure. ideo rōne gradus: qꝛ descendētes testatori ratione qꝛ magis dilecte apparēt: tū qꝛ institute: tū ex claris verbis testatoris rñsiuis ad rogationē mei: tum ex precedentibus inimicitijs: tum etiā qꝛ non potest censeri reseruatū ius legitimarū hereditatū: ex quo in omni portione substituit: z sic nō ita suadet ratio qđ attendatur quis ab intestato succedat: prout qñ cadere pōt reseruatio iuris legitimarū hereditatū: prout in terminis. d. l. pe. C. de impu. z. d. l. heredes mei. §. cum ita. Item in casu nostro concurrit ꝙ filie sunt posite in cōditione: ideo censentur alijs prelate. arg. d. l. lucius. in fin. de here. institu. et qđ per glo. in. l. si filiusfami. §. cum quis. de lega. j. et si non prodessent singula suprascripta: tamen tot rationes et verisimiles coniecture mētis testatoris iunct simul iuncte. arg. l. ij. in prin. de excu. tuto. cū concor. ibi adductis. et preferantur tot coniecture illi soli coniecture ꝙ testator censeatur se conformare cum dispositione iuris municipalis. plures em̄ rationes solent vincere vnam. arg. auth. itaqꝫ. C. communia. de succes. Et sic concludēdum est ꝙ dicta minoccia preferatur dicto meo in portione delata dicte agneti non obstantibus adductis in contrarium que patent sublata per adducta pro hac parte. non enim censetur substitutio specifica. s. de agnatione z familia facta prime decedenti: quia superest persona posita in conditione que ex verisimili mente defuncti prefertur alijs agnatis per supradicta: vnde cum cessent verba quia pluralis locutio proprie sumpta non verificatur in singulari. regula pluralis locutio. in. vj. et. l. inter illam. in fine. de verbo. signifi. item cessat verisimilis mens testatoris cessare debet substitutio predicta. Et si substitutio predicta militet ex mēte testatoris preferat in dicta substitutione ipsi meo ipsa minoccia vt latius. s. deductum est: ac etiam responsum est ad statutū z theoricam qđ testator censetur se conformare cum dispositione iuris municip. quia dicta theorica non semper procedit vt supra probaui: nec procedit hoc casu ex multis que supra deduxi.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxxx.

☞ Institutis filiabus particulariter in dotibus ac filio masculo in vniuersa hereditate omnibusqꝫ alijs filijs nasciturisquibꝰ sine liberis decedētibus substituit superstitē z eorū filios in stirpes decessit testator superstite Baptista z sororibꝰ dotatis: ex quo Baptista nascūtur Gregorius z Guillielmus: z ex Gregorio nascūtur plures filij masculi: ex Guillielmo vero nascūtur plures filie que nupte sunt: querit an filij Gregorij testatoris pronepotes sicut excludunt ꝓprias filias testatoris dotatas excludāt etiā filias Guillielmi: z sic proneptes testatoris siliter nuptas. per totum.

1 Mens testatoris seu voluntas vltima est attendenda que ex consuetudine eiusdem testatoris potest quādoqꝫ interpretari.

2 Substituto gaio si institutus decesserit absqꝫ filijs masculis excludūtur filie femine verisimili mente testatoris: licet nate fuerint ex filio instituto. nu. seq.

3 Substituta familia non succedunt omnes de familia simul: lꝫ gradatim tantum ordine successiue.
Familie appellatione qui veniant in substitutionibꝰ et alijs dispositionibus. nu. 10.

4 Masculinum an concipiat femininū in conditionibus vel substitutionibus. nu. 8. et masculorum appellatione an veniant masculi ex femina.
Filiorum appellatione an veniant nepotes in materia fauorabili vel neptes: et in substitutione facta si filius decesserit absqꝫ filijs: z quid si apponatur verbum masculis. nu. 8.

5 Substitutio facta de filia duobꝰ masculis si decesserit sine filijs an excludat neptes vel nepotes ex familia instituti. nu. seq. ꝑ totū.

6 Liberorum appellatione veniunt masculi et femine in conditionibus substitutionum. nu. seq. et. 9.

7 Presumptio violenta vel hominis que sit z vtra illarū tāꝙ̃ plene probans moueat iudicem ad sententiandum.

9 Quicūqꝫ est verbum distributiuum attribuens actum vnicuiqꝫ in solidum quod differt a collectiuo.

10 Instituo verbum an possit impropriari vt possit trahi ad fideicōmissum: et cuiusnam sit efficacie illud verbum.
Dictis participium quid importet.

11 Alienationis prohibitio a testatore facta extra familiam quomodo succedant: et qui de familia esse dicantur. nu. 3. et qui decessit filio suo herede instituto non dicitur venire contra prohibitionē.

¶ Consilium. ccxxx.

IN nomine dñi nostri iesu christi. ¶ 1 † Quãꝙ̃ in hac consultatione videatur prima facie dicendum ꝙ dictus Ant. debeat preferri in dictis bonis domini Ioānis etiam prouentis dicto Guillielmo z excludere dictas Corneliam z Margaritam filias legitimas et naturales dicti Guillielmi. Nam est premittendum qđ maxime in vltimis voluntatibus mens disponentis preualet verbis. l. in conditionibus primum locum. in princip. de conditio. et demonstra. l. cum virum. et. l. cum acutissimi. C. de fideicom. cū multis similibus. z hoc clarum. cum itaqꝫ dictus. d. Ioā. testator mentem suam in pluribus demonstrauit qđ masculos descendentes volebat preferre feminis suis descendentibus vt deducam: ideo est verisimile quod similiter in illa dispositione qua prohibuit alienationem rerum immobilium et librorum: quia voluit perpetuo intra familiam remanere voluerit masculos descendentes preferre feminis. cum ex precedentibus et sequentibus media declarentur. l. si seruus plurium. §. fina. de legatis primo. et. l. heredes palā. §. sed si notam. de testamen. et ex facto datur intelligi volūtas. l. reprehendenda. cum concordā. C. de institutio. et substitu. sub cōditio. fac. et ex consuetudine testatoris eius voluntas interpretatur. d. l. si seruus plurium. §. fina. qđ autem in precedentibus et sequētibus mens testatoris fuerit z eius consuetudo preferre masculos demonstratur. primo filios masculos natos z nascituros instituit heredes vniuersales. filias autem natas et nascituras honorauit in certis quantitatibus: in qua qdem re ostendidit maiorem affectionem ad filios masculos ꝙ̃ ad filias feminas: cum institutio vniuersalis de ampla immo vt deprehēdo amplissima z opulētissima 2 hereditate sit fauorabilior ꝙ̃ illa istitutio i mille ducatis auri. † Itē ipsis filiabus decedentibus quandocunqꝫ sine liberis substituit heredes vniuersales in eodem testamento postea scriptos. non autem alias filias superstites vt clare sonant verba testamēti. Item et tertio testator disposuit qđ si filij sui masculi nati vel nascituri oēs decesserint sine liberis masculis legitimis z naturalibus tunc deputauit qđ fieret vnum collegiū scholarium quibus prouideatur de fructibus bonorū sue hereditatis: z tamen si decessissent cū filiabus feminis ipse testator vel eius filij heredes instituti collegiū illud preferreret ipsis filiabus z neptibus testatoris prout aperte sonant verba testatoris: et per consequens collegium illud preferreret feminis et masculi preferuntur collegio: ideo masculi qui vincunt collegium quod vincit feminas debent vincere feminas: quia si vinco vincentem te: ergo vinco te. l. de accessionibus. ff. de diuer.

diuer.ꝛ temp.prescri.ꝛ ideo dicti filij Georgi excludāt dictas filias Guillielmi ex verisili mēte testatoris q̄ vr̄ deprehēdi ex premissis. Accedat qḋ notanter dicit Pau.de cast.in cōsi.lxxij.incipiē.casus frequenter contingit volens ꝙ si testator instituit filium vel filios masculos ꝛ filias instituit in rebus certis.Et si dicti filij masculi decesserint sine filijs substituit tertiū ꝛ erit locus substitutioni si filius vel filij instituti decesserint cū filiabus:q2 prout substitutū ꝓtulit filiabus:ita ꝛ verisimiliter voluit preferre filiab⁹ filij vel filioꝝ quibus substituit ſḿ eū.ꝛ subdit ꝙ padue idē ꝯsuluerūt Raphaeles. et in.l.j.C.de cōdi.inser.idē videnť velle Raph.ful.ꝛ Pau. de cas. qui Pau.de ca.dicit ꝙ suo consilio se subscripserūt collegium florentinū ꝛ oēs aduocati romane curie qui erant plures ꝛ solēnes. idē etiā voluisse al's videtur Bal.in cōsi.mihi.cxlij.incip.in cā testamēti andreoli.vbi vult ꝙ si testator instituit filios masculos ꝛ filias instituit in certis quātitatib⁹:ꝛ si aliquis dictoꝝ filioꝝ decesserit sine filijs substituit supstites filios ꝛ filios filiorum si vnus decessit sine filijs supstitibus filiabus ex altero filio predefuncto non est locus substitutioni:ex quo non instituit nec substituit filias feminas itaqꝫ licz sub illis verbis ꝛ filios filioꝝ al's cōprehenderenť etiam filie filioꝝ:q2 masculinū filios concipit femininū.per.l.j.cū infinitis similibus.ff.de verb.sig.Tamē secus illo casu ꝓpter dictam cōiecturam.

2 dos qō eſt perinde ac ſi nulla dos fuiſſet data. † Et circa hoc licet in via diſputatiua probabiliter ſubſtētari poſſet ꝙ dos parua etiā minima impediret dictā ſucceſſionē in dicta quarta prout ⁊ diſputat primus cōſulēs: tn̄ q2 negari nequit quin hodie ſit magis cōis ſn̄ia ꝙ. d. auꝛ. militet vbi ꝯiūx ſuꝑſtes laboret inopia data dote tenuiſſima: ⁊ ita al̄s ⁊ legendo ⁊ cōſulendo mihi viſum fuit nō deuiarem a predicta ſn̄ia ſaltē in deciſiuis. Et lʒ allegetur Bal. voluiſſe in auꝛ. res que. C. cōia. de lega. ⁊ fideicōmiſſa. qō ſtatutū diſponēs ꝙ dotata non ſuccedat verificatur etiā in dotata in parua dote. et idē allegetur tenuiſſe in cōſi. incip. cū in cauſa piſani cōuētus. ⁊ i. c. ſi proponente. de reſcriptis. tn̄ idē Bal. ſecus voluit. ſ. ꝙ dictū ſtatutum intelligaꝛ in congrue dotata in cōſi. mihi in ordine ſcdo. incip. q2 ſtatutū. qō ⁊ voluit Pau. de ca. in cōſi. clij. incip. rn̄ſio breuiter. Et idē videꝛ velle in cōſi. cviij. incip. ſuꝑ primo queſito. Et idē voluit Bal in. l. fi. C. de dotis promiſ. ij. colū. verſi. ſʒ pone. Et hoc niſi ſtatutū vltra diſponat debeat ſtare cōtenta dote: nā tūc ſtādū eſt ſtatuto: lʒ duro: ⁊ ita loquitur Bal. in. d. auꝛ. res que. in vltima opi. prima autē eius opi. poſita in. d. auꝛ. res que. procedat in caſu quo ſtatutū ſimpl̄r loqueretur ꝙ dotata nō ſuccedat: nā tunc non verificatur niſi cōgrue dotata vel ſaltē ſuppleaꝛ cōgrua dos de ſupplemēto: iō d2 q2 dos aſſimilatur legitime in dicto ſtatuto vel ſuccedat loco legitime: prout qō ſuccedat loco legitime voluit Cy. in. l. ſancimus. C. de nup. ⁊ Saly. in auꝛ. nouiſſima. C. de inoffi. teſt. ⁊ in aliquibus lec. in. l. ob es. C. de pred. mino. ⁊ Bal. in. l. j. ff. ſo. matri. et ipſe ⁊ Gui. in. l. j. ff. de iuſti. ⁊ iur. ⁊ ſumitur ex dictis Dy. Bar. et modernoꝝ in. l. titio centū. §. titio genero. de cōdi. ⁊ demō. Que ratio ceſſat in terminis noſtris in quibus nō cadit legitima: q2 ꝯiugi nos debeꝛ legitima in bonis cōiugis: ideo nō cadūt termini ſupplemēti: ideo attendaꝛ an ſit cōgrue dotata: hoc eſt intm̄ ꝙ nō mendicet. pōt etiā dici ꝙ Bal. in locis ꝯtrarijs loquiꝛ dotata nō cōgrue:

3 non autē loquiꝛ in dote minima: prout capiꝛ in materia iſta. † Ad Bal. autē in. d. c. ſi ꝓponēte. rn̄detur ꝙ loquitur arguēdo non decidēdo. nō intēdo autē ſuꝑ hoc al̄r inſiſtere: qm̄ magis iuuaꝛ pars cōſultantis: ſi. d. auꝛ. demū militaret qn̄ nulla dos cōſtituta eſt. Licet autē militaret vbi parua dos cōſtituta eſt: tn̄ non ſufficit ꝙ ſit dos nō magna nec mediocris ⁊ ſic nō cōgrua: ſed requiritur ꝙ ſit minima adeo ꝙ cēſeatur minima: nā tunc cōparatur nulle doti ⁊ adeo ꝙ laboret nouiſſima inopia tāq̄ nihil habētes ꝑut requirit tex. in auꝛ. de exhibē. reis. §. qm̄ vero. ibi. nihil habere volētes ſed nouiſſima laboret inopia. Et doc. pōderāt ꝙ ſit tāta paupertas ſeu adeo tenuis dos ꝙ ſi nō ſuccederet in bonis mariti cogereꝛ mendicare. Et cōſideratur etiā vtrū ſciat oꝑari vt voluit maxime Ja. but. ꝑut hoc pōdero in. d. auꝛ. p̄terea. in ſcdo textuali. ⁊ i ſcda addi. ad gl. ij. Et latius proſequuntur alij conſulentes maxime vltimus. ſ. dn̄s Joānes baptiſta caccialupus. ¶ Videamꝰ itaq3 an fuerit dos adeo tenuiſſima ꝙ cōparetur caſu ibi in quo nulla dos fuiſſet cōſtituta et dicatur ipſa Lucretia laborare nouiſſima inopia. Et ꝑfecto in primo pūcto ſuꝑ quo alij doctores cōſuluerūt ⁊ qui etiā mihi preſupponiꝛ narraꝛ ꝙ bona q̄. d. Richardus de conſenſu dn̄e Nichole eius vxoris donauerat Lucretie eius filie ⁊ data fuerāt in dotē dicto dn̄o Benedicto eius primo viro erāt valoris circiter mille flo. et preſuppponiꝛ in nouo pūcto ꝙ dicta bona erant prius ꝑ ipſum Richardū cōſignata. d. dn̄e Nicole ꝓ aſſecuratione ⁊ reſtōne ſuarū dotiū: tn̄ in pūcto ꝑ ꝑtē aduerſam mihi oſtēſo ꝯtinebaꝛ ꝙ Richardus fateꝛ ꝓpter eiꝰ inopiā eueniſſe caſum reſtōnis dotiū dn̄e Nicole volētes erga eā agnoſcere bonā fidē ꝓ reſtōne ꝑtis dotiū. d. Nicole donauit dicta bona. d. Lucretie ꝓ dotibꝰ ſuis ⁊ nō p̄ſupponiꝛ ꝙ prius illa bona eidē nicole ꝯſignauerit ⁊ dicta vba ꝯtractꝰ innuūt nō p̄ceſſiſſe aliā cōſignationē: itaq3 vba ꝯtractꝰ ſignificāt ꝙ dicta donatio facta Lucretie ꝓ ſuis dotibꝰ cēſeanꝛ facta ꝓ ꝑte de dotibꝰ Nicole ⁊ ꝑ parte de bonis Richardi cū ꝯtineaꝛ in inſtr̄o donationis hec cl̄a: vcʒ vt ſe abſoluat ⁊ diſobliget a reſtōne ꝓ ꝑte dictarū dotiū in quibꝰ teneꝛ. d. dn̄e Nicole. appellatione aūt ꝑtis ꝯtinetur indubio dimidia. l. nomē filiorū. §. portionis vbo. de verbo. ſigni. Et ſic dimidia dotis dn̄e Nicole cēſeꝛ de eius volūtate ſibi reſtituta ⁊ ꝯceſſa. d. Lucretie in ſupradictis bonis ꝯceſſis. d. dn̄e Lucretie reſtabat habere a. d. Richardo aliā dimidiā ſuarū dotiū de quibꝰ dotibus donauit. cc. flo. d. Lucretie vltra dicta bona ſibi Lucretie donata ꝑ dictū Richardū. ⁊ ſic bona Richardi fuiſſent idonea ad reſtōnē dotis. d. Lucretia habuiſſet in bonis bona eſtimatiōis circiter mille detracto tn̄ vſuf.

4 † Cuiꝰ vſuſfructꝰ eſtimatio hʒ fieri ſm̄ ſingularē determinationē. l. hereditatū. ff. ad. l. fal. quā. l. Bar. in. l. hereditas ad diē. ff. de here. inſti. trahit etiā ad alios terminos: et maxime eſt trahēda ad terminos vſuſfru. ꝑ id qō habeꝛ in. d. l. hereditatū. §. deniq3. itaq3 ſi. d. Nicola erat ſexagenaria ꝑut arbitror ꝙ eſſet tp̄e mortis ſcdi viri cū in primo pūcto dicaꝛ ꝙ tp̄e ſcdi matrimonij erat iam ſenex: cū ſenex ſoleat dici ſexagenarius. glo. in. l. ſi paterfa. §. in arrogationibꝰ. al̄s ſeptuagenarius. glo. in. l. inuiti. ff. de teſti. ⁊ i. l. ij. C. de his q nō impletis ſtipēdijs ſacr̄o ſoluti ſunt. lib. x. de quo tn̄ ꝑ Inno. ⁊ Joā. an. in. c qm̄ frequēter. in prin. extra vt lite nō cōteſt. ⁊ ꝑ Archi. in. c. j. de cle. egro. li. vj. ipſa nō preſumeretur viuere vltra. v. annos ſm̄ deciſionem iuriſcōſulti. in. d. l. hereditatū. ita ꝙ ꝓpter reſeruationē vſuſfructus tūc parū diminuereꝛ dicte eſtimationis dicte dotis dn̄e Lucretie. Sin autē fuiſſet quinquagenaria tūc eſtimareꝛ vſuſf. anno. ix. vel. vij. ſm̄ eādē cōputationē. in puncto aūt iſto nouo d2 qō eſt. lx. an. vel circa: ita ꝙ vel. v. vel vij. an. preſumitur eius vita ⁊ eſtimādus vſuſf. tāti tp̄is. Et i pūcto preſupponiꝛ ꝙ bona tradita in quibꝰ nō erat reſeruatꝰ vſuſfructꝰ ſunt valoris flo. ccc. lʒ in pūcto aduerſe partis preſupponeretur ꝙ eſſent valoris quinquaginta flo. inter que eſt longa diſtantia. Si autē ſunt eſtimationis. ccc. alia bona conſignata dicte dotis eſſent eſtimationis circiter. dcc. flo. ita ꝙ tāto minoris p̄cij eſſet eſtimandus dictus vſuſf. reſeruatus. itaq3 ſi nihil extrinſecū obſtaret ſtaremus claro ꝙ dicta dos non eſſet cenſenda parua maxime data ⁊ viro cum debereꝛ etiā antifaciū in bonis dn̄i Benedicti ex pacto cōuentum nec deberet cenſeri hoc reſpectu pauper. d. Lucretia cū ex pacto debebatur antifaciū in bonis ſcdi viri: itaq3 facto computo ipſa Lucretia habebat in bonis tantum ꝙ prout videtur aſcendere debebat ad eſtimationem mille flo. vel circa: etiam ſi non deberetur ſibi ſucceſſio in bonis dn̄i Benedicti. Et etiā vltra preſupponitur in alio puncto ſuper quo ꝑ alios conſultum eſt ꝙ ipſa Lucretia egit contra fiſcum pro ſuis ornamētis que iam probauerat aſcēdiſſe ad eſtimationē. ccc. flo. ꝙ etiā nomē debitoris fuit datū in dotem dicto ſcdo viro: itaq3 oībus his cōſideratis intrepide puto tenendum ꝙ non ſit cenſendum matrimonium fuiſſe ſine dote: nec dictam Lucretiam fuiſſe indotatam nec nihil habere vel habere minimā dotem que haberetur pro non dote nec laborare nouiſſima ⁊ ſic extrema inopia: prout text. requirunt. Et quia ſuper hoc plurimum elaborarūt. ⁊ peregregie probant alij dn̄i mei cōſulētes.

ideo

ideo me non extendo: sed transeo ꝯfirmando in hac parte eorũ cõclusionẽ solẽniter cõprobatã verũ: qꝛ ꝑ partẽ aduersam presupponebat dotẽ illã fuisse apparentem potius ꝙ̃ effectualẽ: ⁊ in effectu fuisse adeo tenuẽ ꝙ cẽsenda erat indotata. Et in hoc merito se fundabãt ꝯsilia q̃ vidi reddita ꝓ parte Lucretie potissime se fundantes sup certis statutis editis sup ꝯtractib⁹ mulierũ ⁊ sup cõfiscatione dotiũ. d. dñe Lucretie: qꝛ secuta fuit virũ rebellẽ ꝯtra cõstõnem sup hoc emanatũ de qua in themate non presupponẽdo maritum mortuũ tpe cõstõnis cõdite prout presupponit in hoc nouo themate idcirco sup his ꝯtrarijs est instandũ. † Dicit̃ em̃ ꝙ ꝯtractus dictarũ mulierũ nõ valẽt ꝑpter statuta q̃ aduersant̃. Et profecto primo statuto ꝙ mulier habẽs filios nõ relinquat vltra quartam partẽ facilis est rñsio quo ad ꝯtractus sororũ. d. Lucretie: nã cũ domina Nicola haberet mille in dotẽ ⁊ antifaciũ qđ sperabat̃ nõ poterat excedere centũ ⁊ poterat vxor ꝓdecedere: ita ꝙ antifaciũ tũc nihil erat futurũ: ⁊ mater poterat saltẽ de quarta parte disponere ꝓ libito volũtatis. Itẽ ipse poterãt decedere ante matrẽ quo casu nihil erant cõsecuture de dictis dote materna ⁊ antifacio matri debẽdo qb⁹ ꝯsideratis illud qđ ipsi donabãt. d. Lucretie: ⁊ sic ipsa spes successionis in dictis bonis nõ erat meo iudicio estimãda quadringẽtis flore. vel quingẽtis inter oẽs tres: cũ ipse haberẽt in dotibus. 3600. ⁊ spem lucrãdi. 360. flore. ꝓ antifacijs in bonis maritorũ: ⁊ verisilr̃ habebãt etiã aliquid in ornamẽtis: ita ꝙ recte consideráti nedũ quarta pars: sed nec octaua pars bonorũ dictarum mulierũ dotata fuit: põderatur etiã in themate aliud mediũ. s. qꝛ iuri futuro põt renũciari ꝑ pactũ. l. j. cũ ibi notatis. C. de pac. Itẽ põt renũciari etiã vbi est ꝓhibita alienatio. l. qꝛ aũt. id prin. ff. q̃ in fraudẽ credi. qꝛ nõ est alienatio rei sue: sꝫ est nõ acquisitio prout dicit ibi tex. habet tñ aliquid scrupuli: qꝛ dicti ꝯtractus dictarũ sororũ nõ ꝓcedũt per viã repudiationis: sed per viam donationis iuriũ suorũ: nã donãt oĩa iura cõpetentia ⁊ cõpetitura: sed nõ refert: qꝛ prima rñsio est plana. Itẽ Alexãder earum ⁊ dñe Nicole ꝓmisit nomine ꝓprio ꝙ. d. dña Nicola ⁊ dicte eius filie non molestabunt d. Lucretiam neqꝫ eius futurũ virũ in dictis bonis ꝯcessis per Richardũ eius patrẽ: itaqꝫ dato ꝙ ille mulieres nõ potuissent facere dictos ꝯtractus: tñ potuit Alexãder se obligare ꝙ ille mulieres non molestabũt ⁊ si molestarẽt haberet̃ regressus cõtra eum ad interesse qđ cõparatur ipsi rei. l. si ita fideiussorẽ accepero. de fideius. et. l. j. C. de sententijs que ꝓ eo qđ interest. cũ ibi notatis. ¶ Aliud statutũ in themate descriptũ nullatenus ob. dictis cõtractibus factis ꝑ dictas sorores dñe Lucretie: qm̃ scđm rñsum dicti statuti est permissiuũ nõ prohibitiuũ. primũ aũt rñsum loquitur qñ mulier nupta disponit de suis dotibus. Sed dicte sorores Lucretie in dictis earũ donationib⁹ nihil disponũt de earũ dotibus: sed de iuribus que habebãt vel sperabãt in futurũ habere in bonis dñe Nicole earũ matris merito ⁊c. Additio aũt de qua in thmate nõ obstat qm̃ est ꝓmissiua nõ ꝓhibitiua seu annullatiua cõtractus: et ꝑ ꝯñs dicta statuta nullatenus obstãt validitati ꝯtractuũ quos fecerũt d. Lucretie. Et si in aliquo obstarẽt prouidetur indẽnitati. d. Lucretie ꝑ promissionẽ. d. Alexãdri prout. s. dictũ est. Uidẽdum est modo vtrũ cõtractus ⁊ cõsensus adhibiti ꝑ dominã Nicolã valeãt cũ illi concernãt dotes suas. Circa qđ videtur prima facie dicẽdũ ꝙ non valeãt vigore iuris cõis ⁊ vigore iuris municipalis: vigore iuris cõmunis qꝛ est ꝓhibita alienatio dotiũ: vt in titulo de fundo dotali ꝑ totũ. Itẽ lex municipalis que adducebat̃ in themate partis aduerse sub rubrica de refutatione ⁊ solutione facta cõstãte matrimonio prohibet mulierẽ facere refutationẽ vel remissionẽ suorũ iuriũ dotaliũ vel solutionẽ aliquã recipere a viro vel alio ꝓ eo de dotibus suis sine cõsensu quatuor proximiorũ propinquor ⁊c. Sed dicta donatio facta ꝑ Richardũ dñe Lucretie ꝯtinet ꝓ parte solutionẽ ⁊ restitutionẽ dotis: prout. s. deductũ est merito censeatur ꝓhibita vigore dicte legis municipalis. Et idcirco cum dicta donatio ⁊ cõstitutio dotis fuerit facta pro parte restõnis dicte dotis videt̃ ꝙ dicta cõcessio non tenuerit saltẽ effectualiter. Quo fit ꝙ dicta dotis cõstitutio vr̃ tenuissimo precio estimãda ⁊ subsequẽter lucrũ antifacij lõge minoris ⁊ quodãmodo nullius estimationis. ¶ † Sed his minime refragãtibus cõtrariũ puto verius. s. ꝙ dicta dotis cõstitutio fuerit ⁊ sit magno precio estimãda. nã primo ⁊ ante oĩa aĩaduerto ꝙ Alexãder ꝓmisit ꝙ. d. dña Nicola non veniet cõtra alias ipse se obligauit: ita ꝙ si. d. Alexãder est soluendo ipsa facultas cõtraueniendi si cõpeteret dñe Nicole est paruifacienda ex quo habetur regressus ad tãtũdem ⁊ qui actionẽ hꝫ censetur habere ipsam rem ad quã actio cõpetit. l. qui actionẽ. ff. de regu. iur. ⁊. l. rem in bonis. de acqui. rerũ do. Scđo super dictis cõtractibus fuit factũ instrm. in instro solet apponi iuramentum qđ hꝫ virtutẽ iuuandi ⁊ iuuat hmõi cõtractus qui a iure positiuo irritãtur ex varijs vtilitatib⁹ hoim ꝑ. c. cũ cõtingat. de iureiur. ⁊. c. quis. de pac. in. vj. maxime in eorũ generali rõne. ⁊ in auč. sacra puberũ. C. si aduer. vẽ. ⁊ ꝑ doc. in dictis iurib⁹. ⁊ Bar. in. l. si quis ꝓ eo. ff. de fideius. Itẽ ⁊ tertio bona erãt mariti: licet obligata ⁊ hypotecata vxori ꝓ restõne dotis: iõ dominiũ potuit trãsire in cãm dotis filie: lꝫ hypotecata fuerint ꝓ dicta dotẽ matris de qua ipsa mater concedebat. cc. flo. qui. cc. flo. sunt quinta pars dotium suarum ⁊ tres quarte ex forma statuti necessario trãsitiue erãt in filias q̃ cõcesserãt iura sibi cõpetentia ⁊ que in posterũ cõpeterẽt in dictis dotib⁹ itaqꝫ restabãt in dispõne. d. dñe Nicole solũ quinquaginta flore. s. quãtum quarta pars dictarũ dotiũ continet vltra q̃titatẽ. cc. flore. ⁊ in illis quinquaginta flore. erant verisilr̃ successure ipse filie. ita ꝙ ꝓpter illud onus hypotece si non esset sublatum parũ minori precio fuisset estimãda dicta dos. d. Lucretie. † Preterea potest vxor renunciare sue hypotece quã hꝫ in bonis viri alienãtis bona pro dote hypotecata. l. iubemus. C. ad velle. ⁊. l. vnica. §. ⁊ cũ lex. et ibi Bal. C. de rei vxo. acti. ita ꝙ dato ꝙ non valuerit restitutio dotis quã maritus intendebat facere. d. dñe Nicole: tñ valuit constitutio dotis quã fecit. d. Lucretie. vtile em̃ ꝑ inutile nõ vitiatur. regula vtile. in. vj. cũ cõcor. itẽ cum dos cõsisteret in pecunia potuit vxor cõcedere filie. cc. flo. de dote sua de cõsensu sui viri: cum statutum prohibẽs cõtractũ factũ de dotib⁹ vel in ipsarũ preiudicium sine cõsensu viri sui: si ergo vir cõsensit statutum nõ ꝓhibet immo potius a ꝯtrario vr̃ ꝓmittere lꝫ forte illa donatio. cc. sit parũ estimãda cũ vt ꝑcipio inanis erat actio dotalis ꝓpter inopiã mariti forte non habẽtis alia bona vltra res donatas filie vt innuitur ex ꝓmissis. † Itẽ lꝫ donatio facta ꝑ patrẽ filio vel filie in ꝑtãte non valeat. l. ij. C. de inoffi. dona. cõfirmatur in morte patris. l. donatiões quas. C. de dona. inter virũ. ⁊. l. filie cuius. C. fami. herci. Itẽ ab initio valet fauore dotis. l. pomponius philadelphus. ff. fami. hercis. Ex his ergo deducit̃ ꝙ dicti ꝯtractus ⁊ mulierũ ⁊ patris valuerũt et bona cõcessa Lucretie erãt tãte estimationis ꝙ̃ nõ debebat censeri pauper saltẽ nouissima inopia hoc est in suprema paupertate maxime stante lucro antifacũ sibi debito in bonis primi viri ⁊ scđi viri ⁊ coadiuuante regressu quẽ dr̃ habere et sui: ⁊ sibi cõpetere aduersus fiscũ pro ornamẽtis suis peruẽtis ad primũ virũ prout dicit̃ docuisse: nec dos debebat cẽseri parua saltẽ adeo parua ꝙ deberet equipararí casui quo nulla dos fuisset constituta qꝛ ad hũc effectũ esset minima dos prout plene probãt filij consulentes quib⁹ assentio: prout ⁊ ego alˢ ⁊ consulendo ⁊ legendo. d. auč. preterea. semp tenui. † Nec iuuatur. d. Lucretia ex cõfiscatione suarum dotiũ pretextu constõnis edite ꝯtra vxores que sequerentur suos viros in quo medio fiebat fundamentũ per alterã partẽ. Sed nõ ꝓsupponebatur ꝙ tpe edite constõnis ille dñs Benedict⁹ rebellis iam decesserat. Profecto ista cõstitutio est odiosa ⁊ in odiũ aliquo respectu irrationabili per ea que habẽtur ꝑ Bar. Imo. ⁊ Pau. de cast. in. l. licitatio. §. qđ illicite. de publica. Ideo etiã qꝛ penalis est stricte interpretanda per iura vulgaria: ideo cũ loquatur de vxorib⁹ rebellium nõ verificatur post mortẽ mariti. Et qñ statutũ loquit̃ de vxoribus vel filijs vel fratribus rebellium in eorũ odium nõ militat rebellibus defunctis: qꝛ finita est cã odij. arg. l. titia seio thesseram. §. vsuras. de leg. ij. ⁊. c. cũ cessante. de appel. prout hoc mediũ ponunt Jac. de are. Ray. Bar. Bal. ⁊ Imo. in. d. §. vsuras. Statutum em̃ loquitur de vxoribus rebellium: sed non durabat rebellio quia mors omnia soluit. in auč. de nup. §. deinceps. ergo non erat vxor rebellis: prout hoc arg. vtitur Bal. in repe. l. oẽs populi. Lõge magis in casu nostro in quo cõstitutio non loquitur simplr̃ de vxoribus rebellium. Sed qđ nulla mulier possit stare vel cõmorari cũ rebelle. Et qđ ille que commorarentur tũc tpis deberent intra certum tempus redire: ita percepi qđ loquitur cõstitutio. Et tunc stamus claro: qꝛ statutum punit cõmorantes cũ maritis rebellis. Sed marito mortuo non stat neqꝫ cõmoratur cũ eo: iõ cessant verba ⁊ mens statuti. † Ex quibus remanet conclusio ꝙ. d. Lucretia non succedat in quarta portione in bonis Francisci scđi viri etiã si non successisset in bonis dñi Benedicti primi viri: quãtofortius si delata fuisset successio in bonis primi viri: nam tunc si potuisset succedere in bonis primi viri: qua successione mediante fuisset satis diues mulier: non videt̃ tunc militare ratio. d. auč. ꝑterea. que videtur esse ne coniunx superstes cõpelleretur mẽdicare in obprobriũ memorie mariti: attẽto etiã ꝙ qui põt facere ꝙ sit diues cẽset̃ diues. ar. l. qui potest facere. ff. de reg. iu. ⁊ q̃ sup hoc tradũt alij primi consulentes non repeto. Et insuper potest attentari ꝙ tũc verba tex. in corpore. s. in. §. qm̃ vero. in auč. de exhibẽ. dum dicit qđ si aliunde habet coniunx superstites tunc nõ succedit. Sed cui delata est hereditas habet aliũde: quia habet ius adeũdi: ⁊ sic cõsequẽdi hereditatem. nam facultas adeundi: licet non dicatur esse in bonis nostris. l. precia rerum. et ibi notatur. ff. ad l. fal. tamen non est mera facultas: sed est ius. l. si pater. C. de insti. ⁊ substi. sub cõdi. fac. et ibi habetur. et in. l. licet. C. de iure delibe. Et istud ius habet̃ merito censeatur aliũde habere qui habet ius adeũdi. Et licet ex delicto rebellionis veniant bona confiscanda ex forma statuti: tamen non inconuenit qđ recipiant interpretationẽ passiuam a iure cõmuni. arg. c. cum dilectus. de consue. ⁊. l. si serui vestri. de noxa. cum multis similibus. prout super hoc instant primum domini consulentes maxime primus: ⁊ sic limitetur per auč. bona prescriptorũ. C. de bonis prescrip. ⁊ alia per dominos consulentes deducta. nec ob. qđ dicta auč. bona dãnatorum. non habet locum in dãnato ꝓ crimine lese maiestatis: vt ibi in fine. quia ad hoc respondetur per

primos consulentes ad quos me remitto. Et quia principale fundamentum non facio in hoc vlterius me non extendo.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccl.

1 ☞ Emphyteota an possit alienare melioramenta emphyteosis per eum facta.nu.seq.

2 Iure auctoris finito finitur ius successoris.

3 Emphyteosis ecclesiastice melioramēta facta ꝛ per emphyteotam vendita an fiant emptori: et cōfirmāda sint ab ecclesia solita emptoribus renouare.per totum.

Statuere quilibet potest in rebus sibi subditis.

¶ Consilium.ccl.

In nomine dñi nostri iesu christi. ¶ † In hac ꝯsultatione illud cōstat ꝙ emphyteota potest suas meliorationes de consensu proprietarij alienare. Quinimmo etiā sine consensu facta per emphyteotā legitima requisitione ꝛ per duos menses expectato dño possunt emphyteota vendere suas meliorationes seu ipsum ius emphyteoticum: tamen debet dño dari quinquagesima pars precij ꝓ meliorationibꝰ habiti prout est expressum in.l.fi.C.de iure emphy.ꝛ in.c.potuit.extra de loca. Sed licet possit suas meliorationes ꝛ suum ius emphyteoticum vendere in dictis casibus: tamen non potest vendere nisi ius suum ꝛ suas meliorationes. Non autem potest in emptorē plus iuris transferre ꝙ̄ ipse haberet vel habiturus esset: quia nemo plus iuris potest in alium trāsferre ꝙ̄ ipse habeat.l.nemo plus iuris.ff.de regu.iur.l.traditio.ff.de acq. rerū domi.cum similibus. idcirco cū ius dicti Laurentij non foret duraturū nisi vsq̄ ad eius mortem vel saltem vsq̄ ad finem tertie generationis primi acquisitoris: ideo dicta venditio casu quo licite fieret per dictū Andream non videtur ꝙ debeat seu possit producere effectū nisi vsq̄ in tēpus mortis dicti Andree vel ad plus
2 vsq̄ in tps finite tertie generationis dicti primi acquisitoris. † Nā finito iure actoris finitur ius successoris.l.lex vectigali.ff.de pign. et.l.grege.§.ꝛ in superficiarijs.versi.quia suas conditiones.eo.tit. et.C.de pigno.acti.ꝛ.l.iiij.§.sed et marcellus.ff.de in diem adiect. Ideo iniungitur proprietario ꝙ consentiat emphyteote vendenti suas meliorationes seu eius ius emphyteoticū ꝛ recipiat in emphyteotam ipsum emptorem recepta quinquagesima parte precij: non autē ꝙ concedat pinguius ius ꝙ̄ haberet venditor seu ius duraturum longiori tempore: quoniam hoc non dicitur in.d.l.fina.C.de iure emptio.nec in.d.c.potuit.nec per iuristatores: nec ꝑ docto.in dictis iuribus. idcirco videtur ꝙ ecclesia possit licite denegare licentiam vendendi dictas meliorationes seu ius emphyteoticum pro vlteriori tempore ꝙ̄ vltra tertiam generationē dicti Andree. Et non teneantur renouare emptori in tertiam generationem ipsius emptoris: maxime quia vēditor vt dicitur est senex et sine filijs: nec forte est spes ꝙ habiturus sit filios in posterū: ita ꝙ creditur intra modicum tempus reuerti debere ad ecclesiā proprietariam dicta res emphyteotica si non venderetur. Et si renouaretur in emptorem ꝛ eius tertiam generationem esset verisimiliter longe vlteriori tpe duratura ipsa emphyteosis: quia emptor est iuuenis ꝛ forte habet filios vel saltem speratur ꝙ sit habiturus filios: ita ꝙ videtur qḋ dicta ecclesia foueat apertam iustitiam. Et licet ecclesia predicta proprietaria consueuerit sponte renouare in tertiam generationem emptoribus. Tamen non videtur trahenda ista consuetudo ad casum quo ecclesia nollet renouare: qm̄ multa spōte fiūt que nō artāt inuitū prout dr̄ in rustico qui solitus per longissima tēpora quolibet anno deferre vnū par caponū qḋ non propterea cogi possit inuitus in posterum prestare. quia qḋ fit gratis nō debet ad necessitatē deduci.l.si certis annis.C.de pac.ꝛ ibi per doc.ꝛ per glo.ꝛ Bar.ꝛ doc.in.l.solent.in fi.ff.de offi.proconsu.
3 et habetur in.l.litibus.C.de agri.ꝛ censi.lib.xj. ¶ † Tamē his nō obstantibus contrarium puto de iure respondendum: licet enim vbi non esset solitum fieri hmōi renouationes forte procederent ea que supra in contrarium adducta sunt: tamen stante consuetudine dicte ecclesie ꝛ forte aliarum ecclesiarum: licet de consuetudine aliarum ecclesiarum non presupponatur in themate: nec ego precise presuppono: sed extra punctum si bene memini mihi dicebatur ꝙ etiam erat de stilo et consuetudine aliarum ecclesiarum: quicquid autem sit de alijs ecclesijs presupponitur autem esse consuetudinem in dicta ecclesia. Consuetudo autem ecclesie est seruāda ab ipsa ecclesia vt probatur in.c.fi.de cōsue.lib.vj.ꝛ.c.in genesi. de elec.per Arch.in cañ.consuetudinis.xj.dist.ꝛ per Bal.in aut. omnes peregrini.ij.col.C.cōmunia de succes. quatenus refert Archi.in.d.cañ.consuetudinis: et sufficit longeua cum non sit cōtrarius qḋ renouetur nouo emptori in tertiam generationem: cuꝫ sit res sui natura alienabilis: ideo potest ecclesia statuere ꝛ consuetudinem inducere super renouatione ipsarum rerum alienabilium: cum etiam collegia ꝛ vniuersitates que nullam habent iurisditionem possint circa rerum suarum dispositionem statuere prout dicunt Bar.in.l.omnes populi.de iust.ꝛ iure.ꝛ Bal.in.l.per iniquū. C.de iurisdi.om.iud.ꝛ in.d.l.omnes populi.ꝛ Petrus de anch.in repe.c.j.de consti.in antiquis.col.xj. ideo fortius ecclesie collegiate que vna cum suis prelatis iurisditionē habēt.d.c.cū ab ecclesiarū.statuere possunt circa rerum suarum dispositionem. Et pariter consuetudinē inducere que est ius non scriptum.§.ex non scripto. institu.de iure natu.gen.ꝛ ciui.ꝛ fundatur in tacito cōsensu eorum qui statuere possunt.l.de quibus in fi.ff.de.ll. Et maxime hoc procederet si esset vniuersalis ꝯsuetudo aliarū ecclesiarū ꝑ id qḋ habet in.d.c.in genesi. Sed in hoc non facio fundamentū: ideo non insisto. Et est ponderandum ꝑ fundamēto etiā huius ꝯsultationis qḋ cōtractus cēsentur gesti ſm ea que cōsueta sunt ꝛ ſm qḋ consuetū est interpretant ꝛ in eis ꝯsueta intelligunt.l.ꝙ si nolit.§.qui assidua. de edili.edi.l.si prius.ff.de aqua quoti.ꝛ esti.ꝛ.l.licet.C.loca.cū sili. ita ꝙ ille qui soluta sua pecunia recipit emphyteosim a dicta ecclesia cēsetur emphyteosim recipere cū hoc qḋ possit suū ius vendere ei cui fiat ꝑ ecclesiā renouatio in tertiā ḡnationem: sua em̄ interest ita ꝯtrahere cū suas meliorationes poterit tūc lōge plus vēdere ꝙ̄ alr̄s posset vt ꝛ tūc experiētia docet: qm̄ emptor non vult emere nisi ista renouatio fiat. Et actus interpretatur factus ſm cōsuetudinē facientis.l.si seruus plurium.§.finali.ff.de lega.j.ꝛ.l.cum alimēta. in prin.de alimē.leg.ꝛ.l.dānas.§.fi.de vsuf.lega.ꝛ.l.vel vniuersor. ff.de pigno.acti. Et ideo censeatur concessa emphyteosis ea cōditione vt si emphyteota alienauerit suas meliorationes eccl'ia ipsa proprietaria teneatur illam renouare emptori in tertiā generationē prout fieri solitū est. Et hoc voluit Bal.in aut.si quas ruinas. C.de sac.sanc.eccle.quē refert ꝛ sequitur preceptor meus in canonibꝰ clarissimus ꝛ integerrimi iudicij doctor.d.Benedictus de benedictis in.c.potuit.de loca.non obstātibus adductis in cōtrariū que re vera nō obstāt. Nō em̄ obstat qḋ non reperitur iure cautum ꝙ fieri debeat similis renouatio: ꝛ qḋ resoluto iure auctoris resoluitur ius acceptoris prout.s.in contrariū deductū est: qꝛ rñdet qḋ procedunt vbi non est cōsuetudo in cōtrariū prout cōtingit in casu isto: nec emptoris ius fundat tam in emptione facta ꝑ emphyteotā ꝙ̄ in renouatione que fieri dꝫ ꝑ ecclesiā ꝓprietariā. Nec obst. qḋ id qḋ fit gratis ꝛ sponte nō dꝫ trahi ad necessitatē: qꝛ rñdetur ꝙ etiam non procedit vbi resultat cōsuetudo collegij qḋ potest consuetudinem inducere: vel scḋo procedit nisi ex cōsuetudine agat de interpretando contractū vel aliam dispositionē que vel qui cēsentur celebrati iuxta consuetudinem disponentis per predicta.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cclj.

☞ Dos soluta ab vno ex fratribus diuidentibus et qui postea pro diuiso possederūt.xxx.an.si corā arbitro ꝛ arbitratore seu amicabili compositore an repellatur frater petens exceptionē prescriptionis.per totum.

1 Actiones actiue ꝛ passiue trāseunt de herede in fideicommissariū vniuersalem facta restitutione.

2 Heres filius grauatus fideicōmisso vniuersali detrahit legitimā et trebellianicā ante restitutionē.

3 Prescriptio completur.xxx.an.ꝛ in dote restituēda cursum capit a die soluti matrimonij que de iure ciuili: an vero et quando cum mala fide noceat.

4 Arbitrator seu amicabilis cōpositor an de exceptione prescriptionis cognoscat.

Prescriptio non tollit obligationem naturalem et an tutus prescriptione post habitam notitiam de antiquo debito peccet in nō soluendo.nu.seq.

5 Arbiter ꝛ arbitrator seu amicabilis compositor potest eligere vel viam iuris vel cōpositionē amicabilē qua potest iudicari ſm id qḋ est verisimiliter credendū.nu.seq.

6 De clericis ꝛ religiosis iura nihil suspicantur.

¶ Consilium.cclj.

In nomine dñi nostri iesu christi. ¶ † In hac ꝯsultatione illud ante oīa constat qḋ facta restitutione hereditatis fideicōmissario vl'i oīa iura actiua ꝛ passiua trāseūt in fideicōmissariū: ita ꝙ vtiles ablationes ꝛ actiones actiue ꝛ passiue trāseunt de herede in fideicōmissariū vl'em ex senatuscōsulto trebelliano.l.j.in prin.et l.cū hereditas.ꝛ.l.q̄uis.in princ.ff.ad trebel.ꝛ.§.restituta.insti.eo. ti.cū sili.remanēt tñ directe apud heredē: qꝛ nō pñt ab oībꝰ debitoris separari.l. quis ergo casus.in fin.ꝛ ibi glo.ꝛ.l.si sticho.cū sua glo.ff.de pecu.ꝛ.l.iij.ff.pro socio. Ille autē directe apud heredē remanent inanes: nam actiones actiue ꝛ passiue efficaces sunt apud fideicōmissariū vl'em post restitutā hereditatē.d.l.cū filibus supra
2 adductis ꝛ hoc clarū. † Ita qḋ circūscripta prescriptione ꝑ parte pro qua est hereditas restituta fideicommissario dos solui dꝫ ab eo nō aūt ab herede: heredes aūt hoc casu q fuerūt filij testatoris detrahūt legitimā ꝛ trebellianicam p.c.raynutius.ꝛ.c.raynaldus.de testamētis.ꝛ.c.si pater.eo.ti.lib.vj. itaq̄ heredes dicti Angeli tenētur ad restitutionem sexte partis dicte dotis: ꝛ sic ad flore.xvj.et duobus tertijs alterius floreni presupposita dote in centum flore.

dūtaxat

dūtaxat: et hoc si non innuatur prescriptione. Et hactenus res est
3 clara.† Clarū etiam videtur ꝙ prescriptio est decursa: nam cōstat
ꝙ de iure ciuili prescriptio.xxx. annorū currit ꝛ completur spacio
xxx.annorū a die soluti matrimonij.l.in rebus.§.omnis.C. de iure
dotiū.ꝛ.l.sicut.C.de prescrip.xxx.vel.xl.annorum qui.xxx.anni. et
satis vltra presupponuntur decursi et de iure ciuili currebat talis
prescriptio etiam cum mala fide.d.l. sicut in sui generalitate.ꝛ.l.si
quis emptionis.eo.titu.ꝛ.c.quoniam omne. extra eo.titu. de iure
autem canonico corrigitur quādo debitor est in mala fide: vt.d.c.
quoniā omne.ꝛ in regula possessor male fidei.de reg.iur.in.vj. non
autem requirit bonā fidem iustam seu iusta causa causatam prout
requiritur in pscriptione longi tēporis.l.nunꝙ iuris.ff.de vsucap.
sed sufficit ꝙ cesset mala fides: quia solū in mala fide corrigitur ius
ciuile ꝛ iurium correctiones sunt euitāde.c.cum expediat. de elec.
lib.vj.ꝛ.l.precipimus.C.de app.ꝛ.l.sancimus.C.de testa.ꝛ ad cau-
sandum bonam fidem sufficit ignorantia etiam non iusta.l. sed ꝛ si
lege.§.scire.ff.de peti.heredi.facit.l.igitur.ff.de libe.causa.ꝛ ꝙ per
glo.in.l. vnica.in fi.ff. si quis ius dicenti non obtem.ꝛ.l.satisqꝫ. de
in ius vo. In casu autem nostro presumitur bona fides: quinimmo
iusta ꝛ probabilis quoniā heres presumitur ignorare facta defun-
cti ꝛ est iusta ignorantia.l.qui in alterius.ff.de regulis iur.ꝛ.c.cum
quis in ius.eo.titu. lib.vj.ꝛ.l.fi. pro suo ideo cum post mortē pro-
missoris nata fuerit actio et eius heredes presumuntur ignorasse
dictum debitum per dicta iura.ꝛ.l.verius.ff.de proba.ideo clarissi
mum est ꝙ fuerit decursa prescriptio. Nec obstat.l. cum heres.ff.
de diuer.et tempo.prescrip. quia illa lex loquitur in prescriptione
longi temporis que sola erat cognita illo iure et non prescriptio
xxx.vel.xl.anno.vt not.glo.in.l.iuli.al's.l.non solum.ff. ex quibus
causis maio.et glo.in.l.qui occidit.ff.ad legem aquil.ꝛ in.l. si quis
emptionis.C.de prescrip.xxx.vel.xl.annorū.ꝛ institu. de perpe. et
tempo.prescrip.circa principium.ꝛ in aut. vt ecclesia romana cen.
an.gau. spacio.quas glossas sequūtur docto. cōmuniter.itaqꝫ.d.l.
cum heres nō poterat loqui in ista longissima prescriptione quod
dicendum est ex alio.s.quia etiam mala fides propria non impedie
bat de iure ciuili dictam prescriptionem lōgissimi temporis prout
et supradictum est: preterea ꝛ tertio defunctus nunꝙ fuit in mala
fide: quia in vita Petri nunꝙ venit casus restitutionis dotis: ita
ꝙ ipse nunꝙ fuit in mala fide eius heredes ignorabant debitum:
ideo nec ipsi fuerunt vnꝙ in mala fide. Et sic deducitur clarissime
qđ prescriptio est completa aduersus actionem de dote adeo ꝙ si
causa penderet coram iudice veniret absqꝫ dubio sententia ferēda
pro hospitali: ꝛ similiter si coram mero arbitro causa ventilaretur
4 quia debet arbiter iudicare de iure put iudex.l.j.ff. de arbi.† Ue-
rum quia isti arbitri statutarij eliguntur non solum vt arbitri: sed
etiam vt arbitratores et amicabiles cōpositores: ideo vidēdum est
an arbitrator seu amicabilis cōpositor possit vel debeat admittere
hmōi exceptionem prescriptionis. Circa ꝙ videtur dicendū quod
possit et debeat illam reijcere: nam aduertendum est ꝙ prescriptio
aduersus obligationē ꝛ actionem personalē non tollit naturalem
obligationē prout vult Specu. in titu. de prescrip.§.j.versi. quid
si mihi.Guil.de cu.in.l.j.ff.ꝙ quisqꝫ iur.Cy.in.l.cum quis.C.de iu-
ris ꝛ facti igno.Dy.ꝛ Bar.in.l.fi.ff.rem ratā habe. Bal.in aut. ad
hoc.C.de vsur.ꝛ Bar.in extrauag.ad reprimenda.in verbo denun
ciationis. ꝛ do. Anto. de but.in.c.nouit. parum post mediū versi.
ex his deciditur. extra.de iudi. Et idem in effectu vult glo.fi.in.l.
fi.ff.rem ratam habe. ex quo infertur ꝙ tutus prescriptione hmōi
post notitiam habitam de debito antiquo peccat nō soluendo. Et
ideo potest per denūciationem euāgelicam debitum istud deduci
apud iudicem ecclesiasticū prout concludit Bar. in dicta extraua.
in verbo denūciationis. Bal.in.d.aut.ad hec.do. Anto.in.d.c.no
uit. Et ideo videtur ꝙ arbitrator et amicabilis cōpositor debeat
amicabiliter arbitrari ꝙ nō obstante pscriptione dicti naturaliter
obligati debeant exire de pctō et soluere naturaliter debitū prout
faceret iudex ecclesiasticus aditus per denūciationem euangelicā.
In contrariū autem videtur hoc casu dicendū: nam aduertēdum
est ꝙ prout mihi dicitur dictus Antonius venit ad diuisionē bo-
norum cum suis fratribus et vt audio nō amicabiliter. Sed fuerūt
plurimū exosi inuicem: ita ꝙ est multū verisimile ꝙ voluerit retra
here suam dotem que post mortem patris debebat ad eum deue-
nire.l.si filia nupta.§.si filius.ff.fami.hercisc.ꝛ.l.si is qui.§. ibi dos.
ff.de iure dotiū. cum simi. Et est magis verisimile ꝙ ipse maritus
eius vxor ad quos spectabat dos haberent de ipsa dote notitiam
quam alij filij ad quos nō spectabat dos ipsa. arg.l.quisquis.C. de
rescin.vendi.ita ꝙ si rectores hospitalis non soluunt verisimiliter
credentes dictā dotem fuisse solutā: licet probare nequeant ipsam
solutionem nō videntur peccare: ꝛ ideo nō videtur ꝙ possent per
iudicem ecclesiasticū compelli ad soluendum mediante denuncia-
tione euangelica: quia possunt dicere nō habemus in hoc cōscien-
tiam lesam. Et in foro cōscientie videtur in hac parte eis standum
prout voluit Inno.in.d.c.nouit.de iudicijs. dicens ꝙ denūciatus
potest allegare aliquā causam quare tenet rem que dicitur aliena
vel non soluit assertum debitum ꝛ probatum: et dicere non habeo
conscientiam lesam ꝛ retinendo vel non soluendo nō facio contra
conscientiā ꝛ ei statur ꝫm eum quem sequitur ibi Jo.and. prout et
dicit ibi do.Anto. idem tenens si denūciatus iurat se ita credere ꝛ
non posse probare causam allegatā et est persona fidedigna prout
ipse latius prosequendo ibi cōcludit post medium.idem vult Bal.
in aut.ad hec idem tandē vult Panor.in.d.c.nouit.post do.Ant.
5 dummodo causa allegata sit verisimilis.† Licet aliter loquantur
Hosti.in.d.c.nouit.ꝛ Bar.in.d.extrauag.ad reprimenda.in verbo
denūciationem. Sed eorū dictum generale videtur distinguendū
et limitandum nisi allegetur causa verisimilis ꝛ iuretur a persona
denunciata fidedigna per notata per alios.s. adductos applican
do ad terminos nostros cum eligatur vt arbiter et arbitrator ꝛc.
Si eligit viā iudicandi vt arbiter stamus claro ꝙ debet admittere
exceptionem pscriptionis ex quo debet iudicare prout iudex.d.l.
j.de arbi.ita ꝙ nō potest damnari cum possit alteram viam eligere
prout voluit Bar.in.l.si societatem.§. arbitrorum.ff.pro socio. et
do.Anto.et Imo.in.c.quintauallis.de iureiuran.per.l.si titio. de
vsufru.ad hoc etiam que habent in.c.cum ex officij.de prescrip. Si
autem eligit viam arbitratoris habet arbitrari id quod est verisi-
militer credendum ꝛ nō dubito quin credat et opinetur non fuisse
omissam solutionem seu detractationē dotium in diuisione quam
fecerunt fratres inter se cum ante omnia in hmōi diuisionibus so
leant detrahi dotes ꝛ argumentum a solitis ꝛ cōmuniter acciden-
tibus est optimū in iure.arg.l.fi.C.de fideius.ꝛ.l.si prius.ff.de aqua
plu.arcen.ꝛ not.in.l.j.C.de arbi.ꝛ glo.ꝛ Bald.in.l.neqꝫ natales.C.
6 de proba.ꝛ per glo.ꝛ docto.in.l.non hoc.C. vnde legi.† ꝛ cōcurren
te etiam qualitate personarum ipsorū fratrum qui fuerunt homi-
nes astuti litigiosi et inter se discoli. Et attento etiam qđ rectores
hospitalis sunt viri nobiles ꝛ bone fame ꝛ principalis prior est reli
giosus et de religiosis iura nil sinistri suspicantur.c.cum ex iniun-
cto.de noui operis nūcia.cum cōcor. adductis.ibi in glo. in verbo
fecissent et non agitur de eorū interesse: sed hospitalis cuius sunt
temporanei rectores nō perpetui: ita ꝙ non est verisimile ꝙ si pu-
tarent hospitale debere soluere dictam dotem vellent illam dene-
gare et deierare pro alieno interesse: itaqꝫ cum dictus arbiter de-
beat verisimiliter credere ꝙ dos illa fuerit habita in diuisione sal-
tem si rector iurat ita credere et non habere de hoc conscientiam
lesam. Et possit eligere viam tutam ꝛ claram eligendo viam arbi-
tri in sententiando possit et debeat dictum hospitale absoluere a
dicta dote per iam dicta per que patēt effectualiter sublata addu-
cta in contrarium. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cclij.

1 ☞ Donatio omniū bonorū presentiū ꝛ futurorū cum pacto donantem alimentādi vel cum reseruatione vsusfructus an et quādo valeat vt nō videat auferre liberā testandi facultatē.vsqꝫ ad.nu.9.
2 Testamenti factio libera quibus videatur sublata.nu.seq.ꝛ.4.
3 Alienatione prohibita impeditur dominij translatio.
4 Dominiū rei non dicitur solo donationis titulo translatum.
Donatio omniū bonorum ꝛ cum clausula precarij an trahatur ad futura tanꝙ incerta.
5 Donatarius obligatur donatori ad antidora.
6 Donatio omniū bonorū licet auferat liberam testamenti factionē an firmetur iuramento.
Jus canonicū preualet ciuili ꝛ seruandū est in terris imperij.
7 Sepulchrorum iura transeunt in heredem vniuersalem nō autem in quēlibet successorem.
8 Actiones ꝛ obligationes passiue an possint cōtractu donationis a persona donantis vel donatarij separari.
9 Donatio an ꝛ quando ob inobseruantiā promissorum reuocetur vbi etiam dicta donatio sit pauperi.vsqꝫ ad.nu.11.
Nolo verbum significat precisam voluntatē resistentem ꝛ differt a verbo volo: circa finem.
10 Penitentia an habeat locum in donatione.
11 Transigēdo sup rebus minorū an requirātur cause.vsqꝫ ad fi.cōsi.
Transactio negotij pupilli an valeat.
12 Restitutio competit leso etiam ex lesione minima.
13 Transactio fundi dotalis a marito an preiudicet vxori.

¶ Consilium.cclij.

In nomine dn̄i nostri Jesu christi. ¶ † Primo videndū est: an dicta donatio facta
1 per dictum Mattheum valuerit necne. circa ꝙ videtur
prima facie dicendū ꝙ nō ea ratione quia donatio omniū bonorū
presentium ꝛ futurorū videtur ꝙ nō valeat: quia videtur saltem
per indirectum impedire liberam testamenti factionem: quia ca-
rens bonis actu et aptitudine videtur ꝙ frustra condat testamen-
tum: quia nō speret habere heredem. Quinimmo videtur ꝙ dire-
cte impediat liberam testamenti factionem: quia non habēs bona
videtur intestabilis.aut.ingressi.C.de sacrosan.eccle.ꝛ in cor.ꝛ in.l.
conficiuntur.§. si post. iuncta glo. in verbo testatur. et ꝙ not.glo.
in.l.j.C.qui testamenta facere possunt. optime facit tex. cum glo.
in.l.obsides.ff.de testa.vbi tex. ꝙ obsides testari nequeunt.et glo.

reddit ratione: quia bona querit fisco. l. diuus. de iure fisci. facit. l. lex cornelia. ff. de vulg. et pupil. ideo tanq̄ impeditiua testamenti censeatur cōtra bonos mores: ideo nō teneat. arg. l. stipulatio hoc modo cōcepta. de verbo. obliga. z. l. pactum q̄ dotali. C. de pactis. item videtur inducere votum captande mortis z propterea videtur q̄ non valeat per. l. fi. C. de pactis. item videtur facta vice testamenti: ideo nō valere. l. hereditas. C. de pactis cōuent. z hanc partem q̄ nō valeat donatio hmōi voluit Pet. de bellaperti. in. d. l. fi. C. de pactis. z Cy. ibi qui etiā idem consulendo tenuit. z idem vult Bar. in. d. l. fi. z in. d. l. stipulatio hoc modo concepta mouentur ea ratione: quia impedit liberā testamenti factionem. Est enim verisimile q̄ nullus volet esse heres non sperans aliquod cōmodum et sic saltem per indirectū remanet intestatus. l. si nemo. ff. de reg. iur. et. l. si nemo. de testa. tute. item expectare aduersam fortunā hominis est cōtra bonos mores. l. inter stipulantē. §. sacram. de ver. obli. ita z est cōtra bonos mores ponere quē in statu q̄ sit certū q̄ nihil vnq̄ habere poterit prout dicit Bar. z est cōmunis opi. prout dicunt Bal. in. d. l. fi. de pact. z Raph. cu. z Pau. de cast. in. d. l. stipulatio hoc modo cōcepta qui idem tenent. z Ange. Rapha. fulg. et Pau. de cast. in. d. l. fi. de pac. Et idem firmat Ange. in cōsilio suo incipiē. visis predictis instrumentis in ordine. cxj. ḃm ordinē informis limitat tamen procedere si est in donatione adiecta clausula precarij circa presentia z futura: quia per illam queritur statim dominium donatario al's tenet contrariū: quia remanet penes donātem dominiū. l. traditionibus. C. de pactis. super quo dn̄io testari potest ḃm eum. z hoc ponderat etiā Bar. in suo cōsi. incipiente pater filio suo emancipato donauit in ordine mihi. clxxxv. ḃm ordinē non informis ḃm autē ordinem informis numero. lxxvj. vbi tamē idem vult etiam si non est clausula precarij vel similis: quia non est verisimile q̄ aliquis velit adire et statim restituere ḃm eum qui dicit magis clarū vbi interuenit. in casu autē nostro interuenit clausula p̄carij: ideo sumus in casu magis claro nec reseruatio fructuū et vsufructus in vita donatoris de quibus possit disponere ad vota validat hmōi donationē per dictam rationem. ḃm eundē Bar. in dicto cōsi. idem vult Pau. de cast. in. d. l. fi. de pact. si simpliciter reseruauit sibi vsumfructum in vita. Et excellens preceptor meus dn̄s Ibo de coppulis de perusio dicit ibi se in pratica obtinuisse. Sed q̄ immo donatio omniū bonorū presentiū z futurorū valeat tenuerūt Dy. prout refert Cy. in. l. j. C. de sacrosan. eccle. put refert Saly. in. d. l. fi. C. de pactis. qui idem tenet q̄ et tenet ibi Richar. de saly. z similiter Bal. z Ang. in. d. l. stipulatio hoc modo cōcepta. Constat em̄ q̄ ḃm omnes valet donatio omniū bonorū nec vitiatur ex hoc q̄ postea nihil querat et per hoc heres inuitabitur ad non adeundū: ita z valeat donatio omniū bonorū presentiū z futurorum dato sine preiudicio q̄ inuitetur heres ad non adeundum. item quia potest per testatorē prohiberi falcidia. auť. sed cum testator. C. ad. l. falci. z tamen per hoc inuitatur ad non adeundū. insti. de lege falci. in prin. ideo licet nullum cōmodum speret heres cōsequi nō propter hoc censetur impedita libera testamenti factio ḃm Salycetos. Sperandū est enim q̄ pro gerendo actū pium adibit dato q̄ nihil speret vtilitatis. argu. l. quidā. C. de necessarijs seruis heredi. insti. et q̄ habetur in. d. auť. sed cum testator. ḃm Ange. in dicta. l. stipulatio hoc modo cōcepta. Nec sequitur nō aditur hereditas pp̄ter penuriā hereditatis: ergo quis fuit intestabilis et impeditur libera testamēti factio. item videmus q̄ hereditas eius qui non est soluēdo aditur et decedit testatus. l. qui soluēdo. z. l. hij qui soluendo. de heredi. insti. ḃm Ang. in. d. suo cōsi. incip. visis predictis instrumētis. Et maxime vltra eos forte heres institutus ignorabit donationē prout z est verisimile. l. verius. ff. de pba. l. si. ff. pro suo. cum simi. z ignorans verisimiliter adibit maxime cum habeat beneficiū inuētarij. item quia cōstitutus in articulo mortis de quo nulla est spes q̄ querat bona pōt donare omnia bona sua. l. seniū. C. de testa. z tamē est eadē ratio ḃm ipsos Bar. Ang. in. d. l. stipulatio.

2 † Item pōt quis facere se intestabilē non solū per actū meritorium et laudabilē puta ingrediēdo monasteriū. auť. ingressi. C. de sacrosan. eccle. sed etiā per actum detestabilem patiēdo se vendi ad precium participandū. l. et seruorū. cum cōcor. ff. de statu homi. ita ergo possit mediante donatione omniū bonorum presentiū z futurorum. ḃm Ange. in. d. l. stipulatio. ḃm quē poterit acquirere si sibi relinqueretur vel donaretur cum hoc q̄ queri nō posset alteri. ar. auť. excipitur. C. de bonisq̄ lib. ḃm eum.

3 † item testator prohibendo alienationē impedit dominij translationē. l. fi. C. de rebus alie. non alie.

4 † Item dato q̄ omnia bona sua presentia z futura donet tamē ex solo titulo donationis nō transfertur dominiū. l. traditionibus. C. de pactis. ideo super illo dominio poterit testari prout dicunt Bal. z Ange. in. d. l. stipulatio hoc modo cōcepta. z Ange. in. d. cōsi. numero. clxxix. ḃm ordinē impressum incip. visis p̄dictis instrumētis: licet secus dicat ibi si est clausula p̄carij et cessio actionum. Sed in. d. l. stipulatio hoc modo cōcepta ipse Ange. idem dicat si est clausula p̄carij. Quia illa non operatur circa futura tanq̄ incerta. arg. l. locus incertus. ff. de acquirē. heredi. ḃm eum. z idem videtur tandem tenere Bal. in. d. l. stipulatio hoc modo concepta prout z eos ibi refert Imo. et non impugnat. Preterea vltra eos multa querūtur absq̄ eo q̄ possideantur puta ex titulo legati z ex titulo hereditario z ab alijs casibus notatis in. l. si ager. ff. rei vēdi. et in. d. l. traditionibus. item sola detentatione absq̄ possessione queritur dominiū. l. si fundū. ff. de fun. dota. licet Bar. in. d. suo cōsilio incip. pater filio suo emācipato. velit q̄ dictum dominiū non releuet: q2 nō est verisimile q̄ velit heres adire pp̄ter dictū dn̄ium momentaneū ex quo habet omnia incōtinenti restituere. Sed ad hoc. s̄. est responsum. Nec huic opi. obstat ad. d. l. hereditas. C. de pact. cōuen. quia procedit qn̄ fit vice testamenti. ḃm Bal. z Ange. in. d. l. stipulatio. z Saly. in. d. l. fi. de pac. Et sic fit in fraudē et talis fraus z dolus probari debet. l. quotiēs. §. qui dolo. ff. de proba. ḃm Saly. ex quorū dictis tollitur q̄ talis donatio non impedit liberā testamēti factionē et si illam impediret: impediret per indirectū q̄ non est prohibitū: prout hec colligūtur ex omnibus eorum dictis. et pp̄terea dicit Imo. in. d. l. stipulatio hoc modo cōcepta q̄ passus est dubius et vtraq̄ pars est sustentabilis ḃm eum qui inheret magis cōmuni opin. per. d. l. hereditas que. ḃm eū loquitur in casu dubij: quia al's nō haberet dubiū ḃm eum. Sed immo dicta lex nō loquitur in casu dubio. patet quia nō donauit omnia bona presentia z futura: sed simpliciter bona sua: quo casu oēs tenent q̄ donatio valeat z tamē secus ibi dicitur: quinimmo ibi pactū fuit sup bonis nō obligatis titulo dotis: ideo sup dote remāsisset facultas testandi: ideo ad illū tex. verior est intellectus: quē vt. s̄. dant Bald. Ang. z Saly. z glo. etiam ibi aliter intelligit z similiter Bar. ibi in summario. preterea ille tex. loquitur in eo qui concessit bona post mortē suam z sic cōfert dispositionē in tēpus in qd̄ confertur testamentū. in casu autē nostro donatio fuit facta de p̄senti z de p̄senti operatur q̄ nō facit testamētū: ideo nullā habet ista donatio similitudinem cū testamēto put habet pactū de quo in. d. l. hereditas. ita q̄ dato q̄ in illis terminis presumeretur facta vice testamenti put dicit Imo. tn̄ non idem dicendū esset in casu isto in quo datur ratio diuersitatis. Nec obstant rationes alie in cōtrariū allegate. Non em̄ ob. q̄ impedit liberā testamēti factionē: quia negaẗ: nam et qui nulla habet bona testari pōt: vt. s̄. est deductū: nec iste casus carēs bonis enumeratur inter casus quibus quis efficitur intestabilis qui enumerantur in. l. si q̄ramus. ff. de testa. put z dicit Ang. in. d. suo consi. clxxix. z q̄ dicitur q̄ qui nō habet bona nō testatur intelligitur de eo qui non habet bona actu nec habitu prout sunt oēs regulares: prout loquitur. d. auť. ingressi. C. de sacrosan. eccle. z serui capti ab hostibus prout loquitur. d. l. lex cornelia. de vulg. et pupil. z similiter in. d. l. cōficiuntur. §. si post loquitur in eo qui nō poterat habere actu nec aptitudine durāte eodē statu: iste aūt poterat habere actu z aptitudine per supradicta. Et ita etiam r̄ndet Ang. in. d. cōsi. ad. l. obsides. cum sua gl. dicēs q̄ obsides quicquid querūt statim querūt fisco. l. cōmissa. ff. de publica. videẗ etiā posse dici q̄ licet pp̄rie nō sint capite minuti prout dicit ibi glo. tn̄ dicit Bal. ibi q̄ cōparātur captiuis: ideo pp̄ter statū persone sue obses nō testatur nō pp̄ter defectū bonor: nec ob. q̄ est expectare aduersam fortunam hominis: quia hoc negatur maxime in eo qui reseruat sibi vsumfructū z cui pmittitur a donatario q̄ regeẗ et gubernabitur zc.

5 † Nec ob. q̄ allegatur q̄ inducitur votū captante mortis: quia nō presumitur votū captande mortis qn̄ accedit cōsensus eius de cuius bonis agitur. arg. l. fi. C. de pac. al's sequeretur q̄ donatio bonorū presentium collata post mortē non valeret q̄ est falsum: z maxime nō cōsideretur in casu isto in donatario qui est obligatus ad antidora. l. sed si lege. §. cōsuluit. de peti. heredi. et in quo presumitur animus beniuolus remuneratorius. arg. l. si vero non remunerandi. §. idē papinianus. ff. mand. et insup promisit ipsum regere nutrire z gubernare ḃm qualitatē sue p̄sone zc. z iurauit zc. ita q̄ nō est verisimile votū captāde mortis: put z in simili considerat Ang. in. d. suo cōsi. clxxix. incip. visis zc. z ista pars videtur multum sustentabilis pōderat etiā Imo. in. d. l. stipulatio q̄ verba donationis nō trahūtur ad bona que quererētur post mortē in q̄bus testari posset. pōderat etiā q̄ habetur in. l. obligatione generali. ff. de pigno. z qd̄ habetur in regula in generali in. vj. cum cōcor.

6 † Et ista pars videtur magis de facili descendi posse ab obiectis quam opi. cōtraria: quia tamē illa videtur magis cōmunis nō auderem contra eam consulere qn̄ non interuenisset iuramentū. Verū quia iuramentū istud potest seruari sine dispendio salutis eterne. Ideo vt q̄ validetur dicta donatio per ea que habentur in. c. cum cōtingat. de iureiuran. z in. c. q̄uis. de pactis. in. vj. maxime in generali eorū ratione: et licet impedire liberā testamēti factionē reputetur de iure ciuili cōtra bonos mores per. d. l. stipulatio hoc modo cōcepta. de ver. obli. z. d. l. pactū q̄ dotali. C. de pactis. tamē nō tendit in dispendiū salutis eterne: nec reputatur cōtra bonos mores canonicos: ideo iuramentū astringit per dicta. c. cum contingat. z. c. q̄uis. q̄ ius canonicū preualet etiā in terris imperij. c. licet mulieres. de iureiurā. lib. vj. Nec ob. c. non est obligatoriū. de reg. iur. in vj. nam illud capitulum non intelligitur quando est contra bonos mores ciuiles. i. quia ius ciuile dicit esse contra bonos mores; sed quando vergit in dispēdium salutis eterne per. d. c. cum cōtingat. de iureiur.

de iureiur.⁊.c. Quis.de pac.in.vj. ita videntur concordanda dicta iura:⁊ ita per dicta iura voluit Bal.in.l.pacta que cõtra.C.de pac. et Pau.de cast.post eum ibi.⁊ Bal.post Cy.in.l. si qs inquilinos. §.fi.de leg.j.faciunt notata in aut.sacramēta pube.in.viij.q.princi pali. Et ideo videtur ꝙ iuramentum hoc casu validet hmõi donationem ꝙ ⁊ videtur dicendũ ex alio quia iuramentũ habet virtutē clausule si nõ valet ꝙ ago vt ago valeat vt valere põt.l. cum pater. §.filijs matrē.de leg.ij. Bona autē intelligũtur deducto ere alieno hoc est illud qd̃ super.s. cõcurrentē estimationē eris alieni.l.subsignatum.§.bona.ff.de ver.sig. Et si donatio omniũ bonorũ presentium ⁊ futurorũ ita interpretatur tunc apud donantem remanent bona equiualentia eri alieno ⁊ super illis bonis remanet libera facultas testãdi ⁊ plures inueniũtur qui libenter capiunt bona cum onere soluendi estimationē hinc est ꝙ valet legatũ ꝙ heres vēdat rem iusto precio.l.⁊ si equo.ff. de lega.j.licet legatũ ꝙ nullã prebet vtilitatem non valeat.l.si creditori.ff.eo.ti.⁊.l.proprias.C.eo.titu. Et insup al's etiã interest plerũqz habere bona cum onere soluēdi creditoribus: tum quia lex dat dilationē heredi trium mensiũ qui dantur ad cõficiendũ inuentariũ quibus nõ potest cõueniri ⁊ tamē interim fruitur bonis qũqz hereditas iacet ⁊ fructus augent hereditatem qui fructus nõ sunt bona donatoris ⁊ sic nõ veniunt in donatione. item sepe debitor habet aliquã dilationē a creditoribus. itaqz sepe continget ꝙ vbi bona hereditaria sunt equiualentia eri alieno heres scriptus adibit libenter hereditatem. Et sic donator nõ remanet sine herede.facit optime quia magis fauorabile et magis pingue beneficiũ iudicatur habere bona cum actionibus actiuis et passiuis quã bona deducto ere alieno.vt ꝓbat tex.iũcta glo. in.l.princeps bona.ff. de verb.sig.

7 † item iura sepulchrorũ ⁊ quedã alia transeunt in heredē que non transeunt in alium successorē per ea que habentur in.l.quia perinde.ad trebel. et in illis remanebit libera facultas testãdi.

8 † Et sic ruit principale fundamentũ qd̃ in cõtrariũ adducit: licet per doc.hec ratio nõ põderetur. Et suadet ratio ꝙ hec interp̃tatio fiat quia obligationes passiue ⁊ actiones nõ possunt per contractũ donationis ab eius persona separari.l. quis ergo casus.cum sua glo.fi.⁊.l.sticho.de pecu.lega.⁊.l.iij.ff.pro socio. ad hoc.l.pacto debitor.C.de pac.nec esset cõueniēs ꝙ bona transirent in donatariũ ⁊ donator a creditoribus vexaretur: ideo in cõtractibus appellatione bonorũ veniũt solũ ea que supersunt deducto ere alieno.l.muler bona.ff.de iure dotiũ.et not.Bar.in.l. princeps bona.ff.de verb.sig.⁊ Bal.et Rapha. fulg.in.d.l. mulier bona. Et hoc etiã confert pro illa opi.ꝙ cõstitutio precarij nõ operetur quia est incerta quãta portio bonorũ veniat in donatione ex quo detrahitur estimatio eris alieni ad hoc qd̃ habetur in.l. non amplius.§.fi.cum.l.seq.de lega.j. item reseruatio vsusfructus circa res que vsu cõsumuntur non transfert dominiũ in donatariũ cum in his vsufructuarius consequatur dominium.l. hoc senatus.⁊.ll. sequentibus.ff.de vsufru.ea.rerũ que vsu cõsu. Et hec super primo articulo dicta sufficiãt.s. an donatio ab initio tenuerit.

9 ¶ † Circa secundũ autem vtrũ propter nõ obseruantiã conuentorũ donatio reuocetur) ex facto ius metimur.l. si ex plagijs.§. in cliuio.ff. ad.l. aquil.aduertendũ tamē est ꝙ ex triplici capite põt donator niti in hac parte vel in speciali dispositione.l.si quis maior.C. de transac. vel ex speciali fauore alimentorum vigore.l.j.C. de dona. que sub modo vel de iure cõmuni mediante conditione ob causam:quia.s. causa non sit seruata. item aduertendum est ꝙ prout mihi dicitur dictus donatarius post factã donationem vixit paucis mensibus: ita ꝙ nõ est verisimile ꝙ illo paruo tempore venerit cõtra attenta etiã qualitate persone ⁊ natura rei:nam prout mihi dicitur donatarius nihil habebat in bonis.fuerat enĩ a pueritia ⁊ forte ab infantia nutritus et educatus ab ipso donatore in eius domo nihil habens nisi bona que donator sibi in dicta donatione donauit et in illis ipse donator reseruauit sibi vsumfru. itaqz donatarius nõ poterat de eis disponere:nec poterat nihil habens alimēta prebere. Sed pro alimentis reseruauerat sibi fructus ⁊ vsumfructũ dictorũ bonorum vt exprimitur in donatione: itaqz si habebat lectum nõ congruũ ⁊ medici nõ accesserunt nõ videtur imputandũ dicto donatario qui nõ habebat vnde lectum emeret vel nõ vnde solueret medicis:⁊ illa verba quibus donatarius promisit donatorē regere gubernare ⁊ nutrire ⁊c. videntur intelligenda ẽm qualitatē ⁊ cõditionem psone ipsius donatarij qui nihil habebat.s.in his que non exigebant expēsas pro quibus reseruauit sibi vsumfruc.cum sciret donator ꝙ donatarius qui nihil habebat nõ poterat expensas facere.ar.l.plenũ.§.equitij.de vsu et habi.⁊.l.pater seuerinã.in prin. et.§.conditionũ verba.de cõdi.⁊ demon. Si autem ipse illo breui tempore nõ venit cõtra aduersus heredē que nõ iurauit non militat dispositio.d.l.si quis maior que est exorbitantissima ⁊ penalis: ideo restringēda per iura vulgaria. Nõ militat etiã dispositio.d.l. j.de dona. que sub modo.que loquitur in eo qui noluit alimenta prestare vt patet ibi.dum dicit legi illa obtemperare noluerit ⁊ sic eo casu loquitur quo noluit obtemperare. nõ autem verificantur verba eo casu quo nõ potuit implere vel nõ impleuit: quia ignorauit:ignorans enim nõ censetur nolle: nam verbum nolo significat precisam voluntatem resistentē prout volunt Vin.⁊ Jo.and.in.c. prudentiã.§.sexta.de offi.deleg.⁊ videtur idē velle Panor.ibi qui volunt ꝙ differat verbũ nolo a verbo volo.ad hoc vltra eos.l.j.§. scientiam.ff.de tribu.vbi tex. probat ꝙ inter velle et nolle est dare mediũ.s.nõ velle probatur etiã in.l.nolle.ff. de acqui.here.⁊.l. eius est velle.ff.de reg.iur.iũcta.l.is potest.de acqui.here.facit etiã.l.pater seuerinã.in prin.de cõdi.⁊ demon.⁊.l.j.§.qui semel.ff. de succes. edic.)illa autem filia infans cum habebat voluntatem cum ea etas quicquid videt ignorat.l.j.C. de falsa mone. ideo heres nõ incidit in penã.d.l.j.C.de dona.que sub modo.

10 † Nec etiam cõpetit conditio ob causam que locũ habet ex duplici capite vnũ est caput penitentie.l.si pecuniã.in prin.ff.de cõdi.ob causam ꝙ non habet locũ in donatione.l.aristo.ff.de dona.nec vbi interuenit stipulatio que cõtractus nominatus. Ex capite aũt cause nõ secute tunc demum locũ habet conditio ob causam qñ habens implere est in mora vel culpa implendi.ita ꝙ causa nõ sequitur ex mora vel culpa debitoris.l.pecuniã.C. de cõdi.ob cau.⁊.d.l. si pecuniã.primo respõso.ff. de cõdi.ob can.⁊ per doct.in dictis iuribus:hec tamē questio est facti ꝙ factũ in hac parte nõ bene explicat.ideo non insisto vlterius.

11 ¶ † Sed deueniendo ad tertium cõsultationis articulũ qui est an trãsactio tenuerit in preiudiciũ pupille. Circa ꝙ premittendũ est ꝙ bona pupille vel etiã adulti seu adulte nequeũt alienari nisi ob es alienũ vel similē causam.l.ob es.C.de predijs minor.⁊.l.magis. §.si es alienũ.ff.eo.titu.scdo ꝙ quãdo alienantur predia minoris si fuerit obreptum iudici alienatio est inefficax.l.j. in prin.vers.manente.⁊.l.magis.§. penul.ff.eo.titu.⁊.l. si preses.C. eo.ti. profecto in casu isto non imminebat es alienũ neqz tunc temporis imminebat necessitas vel oportunitas dotãdi cum foret infans.item si illa infans fuit enormiter lesa prout ꝑsupponitur fuit obreptũ iudici interponenti decretũ ⁊ ex enormi lesione presumitur dolus vt per doc.in.l.si quis cum aliter.de verb.obli.in.c.quintauallis.de iureiuran.⁊ in.c.cum cõtingat.de iureiurã.⁊ in.l.si societatē.§.arbitrorum.ff.pro socio. Et coadiuuat presumptionem doli:quia vt presupponitur tutor qui pro pupilla transegit lucratus fuit ex transactione:et etiã eius filia que censetur eadem persona cum patre.l. fi.C.de impu.item cēsetur diligere prout seipsum.l. isti quidē.ff.ꝙ metus causa.dolus autē ex inditijs probatur cum nõ possit cõmuniter probari directo.l.dolũ.C.de dolo.⁊ ꝙ per glo.in.§. alie.insti. de acti.

12 † Ex quibus omnibus simul iunctis puto ꝙ trãsactio fuerit et sit inefficax:illud autem est indubiũ: ꝙ si valeret ipse pupille cõpeteret restitutio in integrũ lese etiam si nõ esset enormis lesio: nam vt restitutio cõpetat sufficit lesio etiam nõ enormis dũmodo non sit minima ẽm ea que habentur in.l.scio.ff.de in integ.resti.et hoc si transactio cēsetur facta super bonis donatis Juliano patri dicte pupille ꝑut suadent verba transactionis in.c.item. ꝙ dictus Jacobus tutor ibi dum dicit ꝙ renũciauit omnibus competentibus vigore ⁊ pretextu donationũ ⁊c.licet se restringat ad iura cõpetentia super bonis ⁊ hereditate Matthei. Et primum capitulum transactionis similiter loquitur de bonis ⁊ hereditate Matthei: bona autem donata non sunt bona Matthei nec in hereditate Matthei ⁊ si hoc esset ꝙ non venirent in transactione bona donata dicta pupilla haberet intentum:ideo non super hoc insistendũ. Satis sit ꝙ siue censeantur venisse in transactione siue nõ censeantur venisse ipsa Catherina fouet iustitiam.

13 ¶ † Circa quartũ quesitum clare respõdendum est ꝙ ex quo dicta dña Catherina dedit in dotem dicto Lactantio eius viro omnia sua bona et iura dedit in consequentiã in dotem bona donata Juliano eius patri ⁊ sic dicta bona sunt dotalia. Et lex iulia prohibet alienari predia dotalia nõ cõsentiente vxore in titulo de fundo dota.per totũ. et insup etiam cõsensus mulieris non preiudicat nisi accedat iuramentũ.l. vnica.§.⁊ cum lex.C.de rei vxo.act.⁊.c.cum cõtingat.de iureiurã.⁊ prout prohibetur alienatio fundi dotalis: ita ⁊ actionis cõpetentis ad fundum datũ in dotem per ea que habentur in.l.j.et.ij.C. si aduersus trãsac.itaqz licet maritus peteret dictã dotem ꝓmissam in dicta transactione nõ preiudicaret ipsi Catherine in casu restitutionis presertim nõ accedente eius cõsensu.Sed instari posset: an preiudicauerit sibi marito qui petijt illa centum in transactione promissa pro dote dicte Catherine vt nõ possit vt cessionarius petere bona donata.Circa ꝙ videtur dicendũ ꝙ sic quia si transactio non valet nõ debentur illa centum: ideo petendo centum videtur approbare transactionem et presupponere ꝙ valeat:ideo videtur illam ratificasse. Et ideo non videtur ꝙ possit illam postea impugnare.arg.regule ꝙ semel placuit in.vj.nec potest quis contrarijs remedijs niti.l.j.C.de fur.cum concor. nec potest quis venire contra factum suum.l. post mortem. cum ibi notatis.ff.de adop. cum cõcordantijs. ¶ Tamen his non obstantibus contrarium puto verius: nam ex quo alienatio est a iure prohibita prout non potuit expresse super dictis bonis pacisci: ita nec tacite et per indirectum vt in regula cum quid vna via in.vj. cum concordantijs. Et quãdo actus prohibetur a iure nullus effectus resultat nec trãsfertur dominium nec obligatio oritur.l.nõ dubium.C. de.ll.⁊.l.cum lex.ff.de fideius. Itaqz dicto marito remanserunt sibi eius iura il-

lesa cum nō potuerit preiudicare iuribus dotalibus per predicta: et cum remaneāt apud virū iura que nō potuit alienare: illa potest deducere maxime cum et interſit mulieris ꝙ illa bona dotalia exigantur vt deſeruiant oneribus matrimonij cum etiam dos censeatur patrimoniū vxoris. l. iij. §. vtrū. ff. de mino. maritus itaqꝫ fundabit intentionē suam deducendo donationē ex qua deducuntur iura Catherine ꝛ cessionem sibi factam ꝛ si conuenti opponent de transactione replicabitur ꝙ non valuit et si valuiſſet competit ius petendi restitutionē que incidenter peti pōt. c. penul. de in integ. resti. mino. ꝛ si duplicabitur de ratificatione facta tacite per maritum petentē dotem vigore dicte trāsactionis triplicabitur ꝙ ratificare nō potuit: ꝛ insup posset dicere ꝙ credebat ꝙ valeret ꝛ ignorans inualidā non conualidat tacito cōsensu. arg. l. mater decedēs. ff. de offi. testa. ꝛ. l. is qui putat cum. ll. sequētibus. ff. de acqui. here. Nec ob. adducta in cōtrariū quia nō loquuntur in prohibitis. pōt enim quis venire contra factū suū prohibitū: puta vxor qui donat viro pōt donata repetere: qꝛ inualida ꝛ inefficax: vt in ti. de dona. inter virū. ff. ꝛ. C. quasi per totū. fit enim lege permittēte. d. l. nō dubium. ꝛ. d. l. cum lex. ꝛ cōtingit in quolibet actu nullo: quia nō pōt aduersarius ex eo niti et saltē contra actum prohibitū potest quis venire vt no. glo. in. d. l. post mortē. ꝛ Bar. ꝛ doct. ibi. ꝛ etiā in actibus nullis ob fauorē publicū dicit Bar. ibi et priuilegia dotiū ob fauorem publicū introducta sunt. l. j. ff. solu. matri. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccliij.

☞ Rescriptū de causis per gubernatores prouinciarū non alterandis vel cōmittendis in prima instantia an liget legatum de latere in prouincia prepositum. per totum.

1. Processus coram iudice incompetenti factus est nullus.
2. Legatus est gubernator prouincie et legatus de latere equiparatur proconsuli.
   Gubernator ꝛ preses prouincie quis dicatur. nu. seq.
3. Legatus differt a gubernatore.
4. Episcopus propter ordinis sui officij excellentiā eximitur a generali cōstitutione nec in generali cōcessione cōprehenditur. nu. seq.
5. Volūtas testatoris habetur pro lege ꝛ est late interpretanda.
   Cōstitutio exorbitās ꝛ cōtra ius cōmune est stricte interpretanda.
6. Legatū certe quātitatis dotis restituende causa factū a marito si de quātitate dotis nō esset expssa certa quātitas an valeat. nu. seq.
7. Suitas cōfirmat tabulas pupillares seu fideicōmissum.

¶ Consilium. ccliij.

In nomine dn̄i nostri Jesu christi. ¶ [1] † Viso processu agitato inter dominā Mariangelam ex vna parte agentem et dominā Anastasiam conuentam de duobus queritur. Primo an processus reddatur nullus vigore bulle Sixti prohibētis gubernatores cōmittere primas causas. secundo an relictū factum dicte. d. Mariangele ad. cl. ducatis valeat necne. Circa primum dicendum videtur qd̄ dictus processus non teneat: sed sit nullus ratione defectus iurisditionis iudicis: quia. s. factus per iudicem incōpetentem. processus enim factus per iudicem incōpetentem est nullus. C. si a non cōpe. iud. per totum: immo nulla videtur maior nullitas sententie vel processus quam illa que resultat ratione incompetētie sententiantis per notata per glo. fi. in cle. j. de sequestra. pos. ꝛ fruc. ꝙ autē iudex coram quo agitatus fuit processus fuerit ꝛ sit incompetens deducitur: quia Sixtus papa disposuit expresse ꝙ gubernatores non possint neqꝫ debeant causas in prima instantia cōmittere neqꝫ a primo tribunali ad qd̄ spectat extrahere vel aduocare decernendo irritum ꝛ inane si secus a quoqꝫ quauis auctoritate sciēter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus facultatibus literis et indultis apostolicis sub quibuscūqꝫ verbis ꝛ clausulis etiā derogatoriarum derogatorijs ꝛ pro illarū derogatione necessario exprimendis ipsis gubernatoribus et ipsorum officialibus seu al's quomodolibet in genere vel in specie cōcessis prout hoc quasi ad contextum in dicta bulla continetur. [2] † Constat autem ꝙ legatus est gubernator prouincie: quia prouinciam gubernat arguendo ab ethymologia vocabuli a qua bonum est argumentū. l. ij. §. appellata. ff. si certum peta. ꝛ. l. tygurij. ff. de verbo. signi. ꝛ. §. est et aliud. insti. de dona. cum similibus. sicut al's qui preest prouincie dicitur preses: licet sit proconsul. l. j. ff. de offi. presi. Est enim nomen generale preses ꝛ proconsul est speciale dicit ibi tex. sic in proposito gubernator est appellatio generalis legatus de latere est appellatio specialis. ar. illius tex. cum gubernatores seu legati de latere cōparentur procōsulibus: alij vero legati seu gubernatores cōparentur presidibus. vt est tex. in. c. ij. de offi. legati. lib. vj. ideo omnes sunt legati omnes presides ꝛ sunt gubernatores. ꝛ ideo bulla generaliter loquens de gubernatoribus. videtur ꝙ sit generaliter intelligenda. arg. l. j. §. et generaliter. ff. de lega. prestan. l. iij. de offi. presi. et. c. quia circa. de priuileg. Jndefinita enim equipollet vniuersali vt ibi ꝛ cano. si romanorū. xix. distin. ꝛ. l. si pluribus. de leg. ij. ꝛ ideo intelligenda videtur tam de gubernatoribus qui sunt legati de latere quā de alijs. Sed bulla disponit ꝙ processus agitatus vigore cōmissionis gubernatoris sit irritus et inanis ergo processus sit nullus. ¶ [3] † Tamen his non obstantibus cōtrarium puto de iure respondendum. nam dicta cōstitutio non loquitur delegatis de latere: sed de gubernatoribus et legati de latere nō solent nominari gubernatores: sed legati alij inferiores solent vocari gubernatores: verbum autem gubernatores est latissimū: nam qui gubernat vnam nauim vel vnam gentem vel vnam familiam vel vnam negotiationem seu trafficum potest dici gubernator respectiue ad illam nauim gentem familiam vel trafficum ꝛc. tamen propter excellentiam vsitatum est ꝙ appellatione gubernatoris venit ille qui gubernat vnam ciuitatem terram vel prouinciam: tamen cardinales qui prouincias gubernant nō solent nominari gubernatores: sed continuo nominantur legati. Et versa vice non cardinales appellantur continuo gubernatores: licet legati sint. c. ij. de offi. lega. in vj. ꝛ per totum titulum ibi ꝛ in antiquis: vnde hoc nomē legatus vt dignius attribuitur cardinali ꝛ hoc nomē gubernator attribuitur inferiori puta episcopis et alijs inferioris preeminentie vel dignitatis. cōmunis autem vsus loquendi attenditur. l. librorum. §. ꝙ tamen cassius. de leg. iij. l. labeo. §. idem tubero. de suppel. lega. et. l. si seruus plurium. §. fi. de lega. j. c. presenti. §. loca. de prebē. lib. vj. cum infinitis similibus. Mens eñ legis sumitur a cōmuni vsu loquendi etiam si receditur a propria vi verborū. prout dicit Bar. in. l. non dubium. in. ij. colū. versi. tertium dubium. C. de leg. et in. l. omnes populi. in penul. charta. ff. de iustitia et iure. vbi subdit qd̄ cōmunis vsus loquendi omni regule omniqꝫ cōstitutioni in exaudiendis sermonibus derogat ꝛ ista dicta Barto. refert et sequitur Pe. de ancha. in repetitione. c. j. de constitu. in antiquis. col. cliij. et col. clv. ꝛ ideo attenditur etiam in interpretādis statutis exorbitantibus ꝛ penalibus prout voluit Bar. in rub. ff. de noui operis nūcia. immo etiam preualet ad extēsionem statuti correctiui dicit Jmo. in. l. si vero. §. de viro. ff. solu. ma. idcirco cum cardinales non soleant appellari gubernatores: sed legati et alij inferioris gradus soleant appellari gubernatores. [4] † Jdeo dicta bulla inhibens gubernatoribus ne primas causas cōmittant et irritās ꝙ secus factū fuerit non debet trahi ad legatos de latere qui non solent appellari gubernatores prout dictum est. Et insuper propter eorū excellentiam fuissent in specie in bulla nominati si cōstituens voluisset in cōstitutione cōprehendi: nam speciali nota erant digni: ideo ꝛc. arg. l. item apud labeonem. §. hoc edictū. ff. de iniurijs. Si al's propter dignitatem a generali constitutione eximitur episcopus si de eo expressa mentio nō fiat propter excellentiam ordinis ꝛ officij. c. si cōpromissarius. §. hmōi. de elec. lib. vj. et in. c. quia periculosum. de sen. excom. eo. lib. Et hec maxime dicenda sunt quia cōstitutio ista nō loquitur per vniuersalem orationem. Sed per indefinitam que indefinita non equipollet vniuersali ex propria significatione: sed ex benignitate prout probat tex. in. l. si seruitus. ff. de serui. vrb. predi. prout ꝛ ibi notant Bal. ꝛ Rapha. fulgo. ꝛ Petrus de bellaperti. Bar. ꝛ Jmo. in dicta. l. si pluribus. et Bar. in dicta. l. omnes populi. penul. char. tunc autem equipollet vniuersali quando est eadem ratio ꝛ conditio omnium que sub vniuersali cōprehenduntur al's secus. l. quesitum. §. illud fortasse. de lega. iij. iuncta. l. heres meus. §. j. eo. titu. item in. l. si cui lana. in prin. de lega. iij. iuncta. l. pediculis. §. labeo. de auro et argen. lega. prout voluit glo. in. c. vt circa. de elec. lib. vj. que habuit id a Dyno in rubri. de regu. iur. eo. lib. ꝛ Jaco. de beluiso in. l. si necessarias. §. si annua. de pigno. acti. prout dicit Petrus de anchara. in. d. c. vt circa in casu isto non est eadē conditio simplicis gubernatoris ꝛ legati de latere vt de se notissimum est. et licet Barto. in. d. l. si pluribus dicat ꝙ in legalibus dispositionibus indefinita generaliter equipolleat vniuersali loquitur tamen absqꝫ lege ꝛ ratione hoc est non adducens legem vel rationem tamen prout dicit ibi Jmo. mouetur ratione quia al's lex redderetur frustratoria ꝙ esse non debet. c. cōmissa. de elec. lib. vj. ꝛ. c. abbate. de verbo. signi. in antiquis que vltra eum fuit ratio posita per eundem Bar. in. d. l. omnes populi. de iusti. ꝛ iure. Vbi etiam in. l. municipalibus dicit ꝙ indefinita demū equipollet vniuersali quando est eadem ratio omniū que sub vniuersali cōtinentur secus volens vbi non est eadem ratio omniū ꝛ bene. tunc enim cessat illa ratio ꝙ lex esset ludibrio quia tūc verificaretur in his in quibus cadit maior ratio. [5] † Et facit quia volūtas testatoris habetur pro lege. §. disponat. in auf. de nup. Et voluntas testatoris est late interpretanda. l. in testamentis. de reg. iur. c. cum dilectus. de dona. ideo si volūtas testatoris que pro lege habetur ꝛ est ampliāda restringitur quādo non est eadem ratio omnium fortius debet restringi lex municipalis seu constitutio exorbitans que est stricte interpretāda. l. ius singulare. ꝛ. l. ꝙ vero cōtra. de. ll. dūmodo cessat ratio preallegata ꝙ al's constitutio redderetur elusoria que ratio cessat in casu nostro: nam satis operatur si restringitur potestas gubernatorum non cardinalium. Et legatis de latere referuetur potestas a iure concessa vt habeatur ratio prerogatiue dignitatis sue et stetur regule quod omnia eis liceant que non sunt reseruata pape vt habetur in. c. ꝙ translationem. de offi. delega. Et attento etiam ꝙ verba bulle id importāt ibi ciuiles ꝛ criminales causas et primarum

et primarum ⁊ secundarũ appellationũ: nam illud primum et esset superfluũ ⁊ nihil copularet ⁊ non poneretur inter diuersa vt poni debet iuxta notata per glo. in rubri. ff. de iuris ⁊ facti ignoran. nisi implicaret primas causas. l. iij. §. si duo. ff. de carbo. edic. ⁊ ibi Bar. Ex quibus cõcludo ꝙ dicta bulla nõ militat in casu isto ⁊ per cõse 6 quens processus nõ est eius ꝑtextu nullus. ¶ † Circa merita vero cause est aduertendũ ꝙ quando maritus legat aliquã quantitatẽ vxori pro dote quã cõfessus fuit pro ea habuisse tũc si est designata et expressa certa quãtitas illa quãtitas debetur etiã si non sit verũ ꝙ eam habuerit prout cõfessus fuerit vt est tex. in. l. si non designata. in fi. C. ad. l. falsa causa adiec. lega. ⁊ faciunt omnes alie. ll. eiusdẽ tituli ⁊ probatur in alijs iuribus adductis per glo. fi. d. l. si non designata. ⁊. l. demõstratio. §. ꝙ autẽ. ff. de cõdi. et demõ. ideo in dubio concludendũ ꝙ dictum relictũ tenet: licet nullatenus fuerit dicta quãtitas soluta pro dote ipsi testatori neqꝫ etiã promissa et sic illa verba que dixit ⁊ confessus et contentus fuit habuisse et recepisse pro restitutione sue dotis essent omnino falsa: tamẽ nõ propterea minus valeret dictum relictũ. cl. flore. per. d. l. si nõ designata ⁊ alia iura. s. adducta. Et per hãc viam aperte deducitur ꝙ dicta testiũ nõ obstant dicte dñe Mariangele nec illa sua assertio seu cõfessio ꝙ. l. illi. cl. flore. non fuerint habiti per dictũ testatorẽ: quia dato ꝙ verum fuisset nihilominus debentur vt legati licet nõ debeantur vt debiti ex causa dotis. Illud aũt qđ allegatur ꝙ dicta Mariangela renũciauerit dicto relicto est derisoriũ: quia verba nõ sonant in renũciationẽ: immo potius tendunt ꝙ dicta Mariangela opinaretur ꝙ relictũ illud nõ valeret ex quo ipsa habuerat dotem in terreno ⁊ nõ in. cl. flore. Et forte putabat ꝙ si acceptabat illos. cl. flore. relictos nõ posset petere suam dotẽ illa verba nõ bisognaua me lassasse dota per che me labbia hoc videntur innuere: non autẽ important ꝙ voluerit renunciare illi relicto casu quo valeret: ita qđ nullatenus resultat aliqua renunciatio: nam verba nullo pacto id significant nec verisimilis mens quia non est verisimile ꝙ femina cuius natura solet esse auara. l. si stipulata. ff. de dona. inter virũ et vxo. cum sua glo. voluisset recusare dictam quantitatẽ. cl. flore. Et insuper cum tempore dictorũ verborũ prolatorũ non erat adhuc agnita hereditas nõ poterat legatũ queri quia stabat in pendenti quia si ex testamento non aditur hereditas omnia maxime legata ruunt. l. si nemo. ff. de reg. iur. l. eam quam. C. de fideicõmissis. Et si ab intestato relinquuntur non debentur nisi adita hereditate ab intestato: vt no. glo. singularis quã doc. sequũtur in. l. qui filio. §. j. super verbo ex codicillis. de heredi. insti. ideo nõ poterat queri nõ adita hereditate: ita nec repudiari. arg. l. eius est velle. ff. de regu. 7 iur. ⁊. l. nolle ⁊ ius potest ⁊. l. in repudiãda. ff. de acqui. heredi. † Et licet sint instituti heredes constituti in suitate et suitas confirmat tabulas pupillares. l. si filius qui patri. de vulg. ⁊ pup. ⁊. l. filius qui se paterna. ⁊. l. iulianus. de leg. iij. ⁊ etiã fideicõmissum vniuersale. l. ita tamẽ. §. si pater. ad trebel. tamen non confirmat legata particularia prout probatur in. l. j. in fi. ff. vt in pos. lega. ⁊ no. Bar. ibi ⁊ in dicto. §. si pater. ⁊ in. l. si filius qui patri. de vulg. ⁊ pupil. Potest et dici ꝙ illa verba nõ bisognaua me lassasse la dota per che me la ho: nõ important necessario et certitudinarie qđ non habuerit dictus testator dictam quantitatẽ in dotem: quia licet habuisset testator dictam quantitatẽ in dotem tamẽ dicta Mariangela censeretur habere dotẽ: nam vxor etiã viuo viro dicitur habere dotem: ⁊ fortius post mortẽ viri quia actionẽ habet ⁊ qui actionẽ habet censetur habere rem ad quã actio cõpetit. l. qui actionẽ. ff. de reg. iur. ⁊. l. rem in bonis. ff. de acqui. rerũ dominio. ⁊. l. nemo videtur. ff. de in integ. resti. titulo generali: ita ꝙ satis possunt verificari illa verba per che me la haggio: maxime quia nihil dotis penes se habebat: sed actionẽ ad repetẽdũ. Nec illa verba que deponit Octauianus tertius testis per che la dota mia la hauta in terreno probantur quia ipse nõ habet in hoc contestem ⁊ dictũ vnius dictũ nullius. l. iurisiurandi. C. de testi. c. tam literis. extra. eo. titu. cum simi. ⁊ licet Solualista secũda testis deponat ꝙ audiuit dictã Mariangelam affirmantẽ non habuisse dictam dotẽ in pecunia numerata: tamẽ non allegat in cõtestem dictum Octauianũ prout eum in cõtestem allegat in superiori dicto suo: immo dicit de cõtestibus se nõ recordari. Si enim deposuisset de verbis prolatis tempore quo protulit alia verba de quibus. s. deposuerat recordata fuisset de cõtestibus de quibus tunc immediate deposuerat: ita ꝙ est verisimile ꝙ de verbis prolatis alio tempore ⁊ alijs presentibus. ⁊ sic nõ videntur verisimiliter contestes et als dicit Bald. in. l. edicto parũ ante medium. C. de edic. diui adriani tollen. quod prout non creditur testibus singularibus: ita nõ creditur testibus qui possunt esse singulares ⁊ non singulares allegat notata per Barto. in. l. celsus. ff. de vsucap. ⁊ idem dixit ipse Bal. in. c. bone. de electio. dato autem sine preiudicio qđ essent contestes tamen probarent assertionem factam parte absente. Confessio autem absente parte facta non valet. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. ⁊. l. fi. ff. de interroga. actio. et insuper dato sine preiudicio quod probaret nihilominus non preiudicaret per ea que supradicta sunt in principio huius secunde hesitationis. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccliiij.

☞ Donatio facta per vulneratũ ad mortem in presentia septẽ testiũ his verbis fiate rogati cõme io dono a mia madre tuti mei beni nõ facta mentione vnice sue filie ipsa matre donatarie absente an ⁊ pro qua rata valeat. per totum.

1 Contractus requirunt simultaneũ duorum vel plurium cõsensum nec valet inter absentes nisi nuncio vel epistola mediante.

2 Donatio absenti facta an valeat. nu. seq.
Veluti est dictio exemplificatiua.
Exempla non artant regulam.

3 Donationis appellatione an valeat legatum et fideicõmissum vt quando in mortis articulo cõstitutus danat sua etiam absenti.

¶ Consilium. ccliiij.

In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ † Licet videatur prima facie dicendũ ꝙ nõ va- 1 leat dicta donatio qm̃ donatio est contractus qui requirit consensum duorũ prout quilibet cõtractus duorũ vel plurium cõsensum simultaneũ requirit. l. j. §. j. ff. de pact. nec cõtractus inter absentes celebrari potest nisi mediãte nuncio vel epistola. l. consensu. ff. de act. ⁊ obli. ⁊. l. j. in fi. ff. de contrahen. emp. Cum ergo in casu isto mater donataria absens fuerit nec aliquis pro ea receperit nõ videtur quod donatio predicta valere potuerit quãuis in contrarium videatur tex. in. l. absenti. ff. de dona. et in. l. nec ambigi. C. de 2 dona. † Per que iura Ludo. de vrbe consuluit in cõsi. mihi. cccvj. incip. donatio presens per totum: ꝙ donatio facta absenti valeat etiam nõ interueniente nuncio vel epistola ⁊ hoc per dicta iura et per. l. fi. ff. de sponsa. ⁊ per. l. fi. C. si quis alteri vel sibi retorquet etiã pro se tex. in. d. l. cõsensu. in fi. ⁊ similẽ tex. insti. de obli. que ex cõsen. nas. §. j. nam illi tex. premittunt regulã ꝙ contractus qui consensu perficiuntur inter absentes contrahi possunt subijciunt veluti per nunciũ vel epistolã: dictio autẽ veluti est exemplificatiua: ⁊ exẽpla non artant regula. l. j. §. qđ vulgo. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊. c. j. ne clerici vel mona. ⁊. l. damni infecti stipulatio cõtinet. ff. de dam. infec. non autẽ respondet ad. l. j. in fi. ff. de cõtrahen. emp. sed respõderi potest retorquendo illum tex. pro illa opi. nam primo ponitur dictũ absolutum ꝙ emptio ⁊ venditio contrahi potest inter absentes postea mediante copula subditur per nunciũ ⁊ epistolã nature copule est ampliare dispositionẽ non restringere. l. ea tamẽ adiectio. de lega. iij. ⁊ poni inter diuersa ⁊ no. gl. in rub. ff. de iuris ⁊ facti igno. ideo diuersum cẽseatur primũ disponitur ꝙ cõtrahatur inter absentes ab alio dicto per nunciũ vel epistolã: tamẽ qꝛ glo. in. d. l. j. in fi. ff. de cõtrahẽ. emp. ⁊ in. d. l. cõsensu. ⁊ in. l. illud. C. de sacrosan. ecc. ⁊ in. d. l. nec ambigi. ⁊ Bar. in. d. l. absenti. ⁊ ibi Ange. Imo ⁊ Pau. de ca. et Jo. and. in addi. Specu. in ti. de instru. edic. §. nunc vero aliqua in addi. magna incip. constat ꝙ tenet institutio pauperũ: itẽ Bal. in. d. l. nec ambigi. ⁊ est cõis opi. prout dicit Põta. in. d. cõsi. cccvj. subdẽs ꝙ ista est sententia omniũ antiquorũ patrũ: ideo nõ est tutũ in decisiuis ab ea recedere pro qua optime facit. l. labeo iuncta gl. ff. de pac. Cum itaqꝫ fuerit facta donatio absenti nullo interueniẽte nũcio vel epistola ⁊ nõ interueniẽte traditione qua interueniente loquitur tex. in. d. l. nec ambigi. ⁊ Bal. ibi vult ꝙ licet non pficiatur donatio quo ad contractum tamẽ secus quo ad dominiũ. Et propterea videtur cõcludendũ ꝙ non valeat vt donatio. Et dato ꝙ valeret vt donatio prout firmat Ponta. in supradicto consilio: tamẽ videreť ꝙ esset restringẽda in totũ tanꝙ donatio inofficiosa facta persone extranee per ea que habẽtur in. l. titia. §. impator. de leg. ij. per Bar. et per Bal. ⁊ doc. in. l. j. ⁊ in. l. si totus. ⁊. l. fi. C. de inoffi. dona. illud etiã ꝙ dicit Bal. de dñio nõ facit ad animũ nostrũ in quo nõ presupponitur facta traditio nec forte habita possessio prout ipse Bal. ꝑsupponit ⁊ necessario presupponendũ est in illis terminis per. l. traditionibus. C. de pac. nec etiã videtur ꝙ valeat vt vltima volũtas quia nõ tendũt verba in vltimã volũtatẽ: sed in donationẽ: non enim a verbis recedimus nisi de mente cõstet. l. nõ aliter. de leg. iij. ⁊. l. ille aut ille. §. cum in verbis. eo. ti. ⁊. l. j. §. si is qui nauẽ. de exerci. ⁊ maxime cum nulla fiat mẽtio mortis: nam qñ nõ fit mẽtio mortis nedum nõ presumitur vltima volũtas: sed nec donatio causa mortis: vt habetur in. l. seia. ff. de do. causa mor. et in. l. 3 seia. ff. de dote preleg. ¶ † Tamẽ his nõ obstãtibus cõtrariã partem arbitror magis iuri cõsentaneã. Premitto eñ ꝙ actus in dubio interpretari debet eo modo vt valeat ⁊ nõ pereat. l. quotiẽs in actionibus. ff. de rebus dub. l. quotiẽs. idem sermo. de reg. iur. c. si papa. de priuile. lib. vj. cum si. item ꝑmitto ꝙ legatũ donatio est. l. legatũ est qđã donatio. ff. de leg. ij. ⁊ ibi gl. et Bar. ⁊ Bal. quo fit vt verbũ dono nõ repugnat legato. sed cõuenit etiã legato seu fideicõmisso ex quo legatũ ⁊ fideicõmissum est quedam donatio. ideo dicit Bal. in. d. l. legatũ ꝙ si. in fi. testamẽti adijcitur clausula si nõ valet iure testamenti valeat iure donationis causa mortis si honoratus nõ est ꝑsens intelligitur de ea donatione que est mera vltima volũtas nõ de ea que cõtinet in se cõtractũ ꝭm eũ. ⁊ ideo notat Bal. in. l. miles ad sororẽ. in prin. de leg. ij. ꝑ tex. ibi ꝙ verbũ donationis simpliciter prolatũ sonat in fideicõmissum allegat. l. ex hac scriptura.

de dona. et notata per se in. d. l. legatum. et per Cy. in. l. senium. C. qui testa. facere pos. item Imo. in. d. l. miles ad sororem. in princi. similiter notat quod verbū donatio simpliciter prolatum importat fideicōmissum qn̄ non potest valere vt cōtractus dūmodo habeat sufficientē numerū testium ad fideicōmissum ꝟm eum. et idē in effectu volunt in. l. cum pater. §. donationis. eo. ti. vbi etiā bonus tex. nec requirūt prefati doct. quod verba sint prolata in vltima volūtate: nec etiā in illis iuribus apparet quod voluerit vltimā voluntatē cōdere: nec etiam in. d. l. ex hac scriptura. Sed apparebant verba donationis simpliciter prolata in epistola verū est quod in illis iuribus. s. quia in. d. l. miles ad sororē donās iussit epistolā aperiri post mortem suam. et in. d. §. donationis mādauit epistolam filio tradi post mortē suam hoc tamē non ponderāt ibi Bal. et Imo. et in. l. ex hac scriptura verba diriguntur ad heredes. et sic videntur cōferri post mortem que non contingunt in casu nostri thematis: sed hec nō videntur astringere quia etiam contractus inter viuos et donatio possunt cōferri post mortē donātis et incipere ab heredibus. C. vt act. ab heredi. et cōtra heredes. per totum. l. vbi ita donatur. ff. de dona. causa mortis. Et forte in dictis iuribus deducitur quod epistola habebat aperiri vel donatario tradi post mortē: quia als̄ si fuisset tradita in vita valuisset vt donatio que cōtinet contractū cum inter absentes possit fieri donatio per epistolam per. d. l. absenti. et. d. l. nec ambigi. iuncta. d. l. cōsensu. et. d. l. j. in fi. de cōtrahē. emp. et ita procedat glo. interlinearis in. d. l. miles ad sororē. in prin. in verbo post mortē que dicit per hoc probatur fideicōmissum quasi velit als̄ cum potuisset mediante epistola valere in vi donationis non resultaret fideicōmissum: in casu autē nostro nō interueniebat epistola nec aliquod organū quo medio potuisset valere vt cōtractus donationis: ideo vt actus valeat interueniente legitimo numero testium ad vltimā voluntatē interpretatione benigna adhibenda est: vt in simili dicit tex. in. d. l. ex hac scriptura. s. quod valeat vt fideicōmissum cui etiam cōuenit verbū dono vt premissum est. Et maxime hoc dicendū est quia dictus Ioannesangelus erat in articulo mortis et statim expirauit vt mihi dicitur intra duas horas: ita quod satis persuaderi debet quod propter instantē mortē illa verba protulit non pōderans differentiam inter verbū relinquo et dono prout et als̄ dicit glo. in. l. quotiēs. C. fami. hercis cū. quod non omnes sciūt dicere heredē instituo. Et cōstitutus in articulo mortis verisimiliter arbitrabatur dispositionē illā habiturā effectū post eius mortē que ante oculos instabat et mater erat absens: ita quod nō videtur minor coniectura quod voluerit valere vt fideicōmissum hoc casu quā in terminis. d. l. miles ad sororē. in prin. et. d. l. cum pater. et. d. l. ex hac scriptura. Et ideo puto cōcludi posse et cōcludēdū esse quod dicta dispositio valeat vt fideicōmissum ab intestato relictū prout et relinqui pōt. l. si quis cum nullū. et. l. cōficiuntur. in prin. et. l. ab intestato. ff. de iure codicil. in fideicōmisso autē non requiritur p̄sentia honorati nec nunciū vel epistole et hoc cōstat nec curatur cum quo defunctus locutus fuerit prout no. Bar. et Bal. et Imo. in. d. l. miles ad sororē. et. d. l. cum pater. §. donationis verba. de leg. iij. et in. l. peto. in prin. eo. ti. nec rescinditur tanq̄ inofficiosum cum vsq̄ ad concurrentē quantitatē legitime ipso iure onus rejiciatur et legata et fideicōmissa defalcantur. l. qm̄ in prioribus. l. scimus. in prin. et §. cum autē. C. de inoffi. testa. quare cōcludendum est quod bona dicti Ioannisangeli predicta a legitima filie debita. s. debeantur titulo fideicōmissi pertineant ad dictam eius matrem. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cclv.

Emptor a quo petita est res empta non autē euicta an possit aduersus venditorē qui emptorē non defendidit petere expensas factas in lite. per totum.

1 Interesse obligatio succedit in obligationibus facti.
2 Successor dicitur etiam is qui in aliqua re succedit.
3 Expense vel sumptus veniunt in obligationibus habere licere et an teneatur venditor illas refundere seu resarcire emptori quas fecit in prosecutione rei vendite. nu. seq. vsq̄ ad fi. consi.
4 Euictionis promissor non tenetur ad litis expensas nisi fuerit ad hoc citatus. nu. seq. et. 6.
5 Pactū appositū in contractu intelligitur scḋm naturā cōtractus.
6 Actio an transeat in singularem successorem sine cessione.

¶ Consilium. cclv.

1 In nomine dn̄i nostri Iesu christi. ¶ Quāuis in hac consultatione videatur prima facie dicendum quod dictus Paulus agens nomine suo et Hieronymi sui nepotis ex fratre foueat iustitiā. Nam Conus vendidit dicto Paulo ementi pro se et fratre patre dicti Hieronymi: qui Hieronymus p̄supponitur quod sit heres dicti sui patris et quod dicta emptio facta per dictū Paulū quatenus facta fuit nomine dicti Vannocci patris dicti Hieronymi sit pro parte dicti Hieronymi ratificata als̄ rueret omne fundamentū pro parte dicti Hieronymi et dictus Conus cessit dicto paulo dictis nominibus omnia iura que ipsi Cono cōpetebaut aduersus quācūq̄ personā etc. et in specie aduersus dictū Antoniū qui fuerat fideiussor Ioannis qui vēdiderat dicto Cono: et Cono se obligauerat ad defendendū rem venditam et dictus Antonius dicto Cono recipienti pro se et suis heredibus et successoribus vt fideiussor se obligauit ad defendendū omnibus suis sumptibus et expensis. † Et presupponitur dictum principalē seu eius heredē non esse soluēdo: ita quod non sit vis super exceptione excussionis: ideo cum dictus Antonius promiserit dictam rem venditā defendere omnibus suis sumptibus et expensis et nō defendidit ideo nō seruauit promissa. Si aūt defendisset suis sumptibus prout cōuenit nō fecisset dictus Paulus et dictus Hieronymus dictos sumptus et expensas quas fecit: ideo cū venditor teneatur ad interesse ipsi emptori cui promisit rem defendere suis sumptibus cum in obligationibus facti succedat obligatio ad interesse. l. stipulationes nō diuidūtur. versi. celsus. de ver. obli. cum multis simi. Et si cōpetit istud ius Cono pariter dictis Paulo et Hieronymo eius cessionarijs cum Conus cesserit omnia iura que

2 sibi cōpetebant aduersus dictū Antoniū. † Preterea dicti Paulus et Hieronymus sunt successores dicti Coni in dicta re vēdita et dictus Antonius promisit dicto Cono recipiēti pro se et suis heredibus et successoribus: ideo videtur recepisse pro dictis Paulo et Hieronymo singularibus successoribus: nam qui succedit in aliqua re successor est. l. etiam si in rem successerint. ff. de iureiurā. et in titulo qui successores teneātur. in rubro et nigro in vsibus feu. cum

3 simi. † Et insuper etiam si non fuisset promissa defensio et emptor fecit sumptus in lite postea mota super re vendita: licet emptor in lite obtineat et sic nō habeat regressum de euictione aduersus venditorem cum non fuerit res euicta: tn̄ videtur quod habeat regressum cōtra vēditorē vt resarciat emptori expēsas per eum factas in lite. prout voluit Guil. de cu. in. l. qui absentē. ff. de procu. per illā. l. qui absentē. et per. l. si fine. §. marcellus. et. §. cum aūt. rem ratā habe. et. l. si vt certo. §. idem labeo. ff. cōmo. et Bar. in. l. j. C. de euic. et in. l. venditores. ff. de ver. obli. per. d. l. qui absentē. et per. l. qui plures. §. mota lite. ff. de euic. vbi dicitur quod mota lite tenetur venditor defendere emptorē: ergo si nō defendit tenetur ad interesse ob rem nō defensam. ar. l. cum querebatur. iud. sol. Itē probat ratione vēditor tenetur emptori vt sibi habere liceat. ff. de act. emp. l. emptorē. §. penul. in fi. sed in obligatione habere licere veniunt sumptus. l. stipulatio ista. versi. quod si forte. de verb. obli. ergo etc. ꝟm eūdē Bar. in. d. l. venditores. quē sequūtur ibi Ang. et Imo. et similiter Bal. et Ang. in. d. l. qui absentē. in casu aūt quo promittit suis sumptibus res videtur indubia merito cū in casu nostro sit promissum per dictū Antoniū quod defendet suis sumptibus videtur indubie tenendū quod teneatur

4 sumptus resarcire dictis Paulo et Hieronymo. ¶ † His tamē nō obstātibus cōtrariū arbitror de iure rn̄dendū vcz quod dictus Antonius non teneatur soluere dictos sumptus factos in dicta lite per dictos Paulū et Hieronymū: sed veniat absoluēdus principaliter ea ratione: quia vēditor tenetur ita demū defendere emptorē si lis mota eidē notificatur et interpellatur quod defendat ipsum emptorē. l. j. C. de peri. et cōmo. rei ven. et. l. si parētes. et. l. empti actio. et. l. cum successores. C. de euic. et. l. j. C. vbi in rem actio. et. l. vēditor. de iudi. Si autē per emptorē non denūciatur venditori qḋ eum defendat venditor nō tenetur vt dictis iuribus nisi per venditorē factum sit quominus denūcietur. l. si dictū. §. simili modo. ff. de euic. et hoc maxime si venditor nō est certus de mota lite. qn̄ autē est certus: licet sint opi. tn̄ cōmunis opi. est quod etiā eo casu requiratur denunciatio in casu nostro nō presupponitur certitudo aliqua vēditoris merito res est magis plana: licet etiā si pbaretur certitudo idē rn̄dendū esset per dicta iura prout est cōmunis opi. nō insisto: cum itaq̄ nō presupponitur quod sit facta aliqua denūciatio litis per primum vel scḋm emptorē: ideo nō tenebatur vēditor defendere per dicta iura imputent itaq̄ sibi dicti emptores quare nō requisiuerunt venditorem primū vel scḋm vt eos defenderent per. d. l. si parētes. et alia

5 iura. s. adducta. † Nec obstat si dicatur in casu isto dictus Antonius simpliciter et generaliter seu indefinite p̄misit defendere suis sumptibus et indefinita equipollet vniuersali. l. si pluribus. de leg. ij. cañ. si romanorū. xix. di. l. de precio. de publi. cum si. quia rn̄detur quod pacta apposita in cōtractu emptionis et venditionis et aliorum cōtractuū intelliguntur ꝟm naturā contractus super quo interponuntur. l. si stipulatus. ff. de vsur. l. si vno. in prin. ff. loca. cum cōcor. ideo dicta p̄missio de defendendo intelligi debet si lis fuerit denūciata vt est de natura cōtractus emptionis et vēditionis prout. s. probatū est. Quod maxime dicendū foret si Ioannes principalis debitor nō se obligasset simpliciter ad defendendū cum Antonius sit fideiussor: ideo non obligatur in plusq̄ principalis. l. grece. §. illud. de fideius. Et insuper ipse se restrinxit ad obligationē principalis subiungendo illa verba prout habet dictū Ioannem venditorem: si itaq̄ dictus Ioannes non erat necessarius defensor nisi interpellatus; ita nec dictus Antonius per predicta. tamen idem respondendū esset si Ioannes promisisset simpliciter defensionē: quia intelligitur facta interpellatione ꝟm naturam cōtractus als̄ durū esset quod in omnē casum obligaretur ad defendendū a lite quā forte ignoraret que ignorātia facti presumitur. l. verius. ff. de pba. c. presumitur ignorantia. de regu. iur. in. vj. Et sic non obstat qḋ in contrarium

in contrariũ deducebatur ꝙ emptor põt repetere sumptus quos fecit in lite in qua obtinuit: quia intelligi debet illa opi. qñ venditor defendere tenebatur: quia fuerat sibi lis denunciata cum al's defendere non tenetur per iura iam allegata: licet illa opi. in se sit dubia prout voluit glo. in. l. j. C. de euic. per tex. ibi et. l. si status. in fi. eo. titu. vbi glo. idem vult ꝙ ⁊ tenet Specu. in titu. de emp. ⁊ vẽ. §. j. versicu. nota ꝙ promittens sub pena. ⁊ idem videtur tenere ibi Jo. and. in addi. quod ⁊ sequitur Rapha. fulg. in. l. si plus. §. mota lite. ff. de euic. et Rapha. cuma. in. d. l. venditores. per. d. l. si status. et. l. habere licere. ff. de euic. Nec obstat respõsio Bar. data ad. d. l. si status dicẽtis ꝙ intelligi debet ꝙ nõ habet recursum aduersus vẽditorem. s. de euictione cum res non fuerit euicta: nam immo tex. loquitur generaliter ⁊ generaliter est intelligẽdus per iura vulgaria. Et maxime quia al's esset de casu claro et indubio contra. l. qđ labeo. ff. ad carbo. cui eñ dubiũ est ꝙ nõ põt agi de euictione si res non est euicta: ideo videtur quodãmodo necessariũ intelligere illã legẽ in regressu pro expẽsis: nec obstat ꝙ tenetur defendere: quia debet intelligi assistẽdo liti testis et instrumentũ producẽdo tanꝙ melius instructus: nec etiã obstat glo. in. d. l. stipulatio ista. in prin. versicu. ꝙ si forte. quia illa glo. se remittit ad. d. l. habere licere que contrariũ probat ₰m eundẽ Rapha. cuma. preterea potest dici qđ illa glo. loquitur in stipulatione habere licere que competit alteri quam emptori: quia ibi non tenetur promissor nisi de facto suo et successorũ: vt in dicto versi. ꝙ si forte. ⁊. ŝ. in prin. eiusdẽ legis. Et tamẽ venditor tenetur etiã de facto aliorũ: vt in toto titu. de euic. vel aut venditor vel eius successor mouit litem ⁊ tenetur ad expensas reficiendas: vt. d. §. ꝙ si forte. aut alius ⁊ tunc secus. d. l. habere licere. ₰m glo. ibi prout et videtur velle Jmo. ista autẽ disceptatio non est necessaria in terminis nostris propter formã cõuentionis. Expedit tamẽ ista inuestigatio propter. j. dicenda. † Ex alio etiã videtur dicendum ꝙ dictus Antonius veniat absoluẽdus quia. s. ipse nihil promisit dictis Paulo ⁊ Hieronymo seu eius patri secũdis emptoribus: sed solum se obligauit Francisco ementi nomine Coni sui patris: ideo non videtur ꝙ dictis Paulo ⁊ Hieronymo competat aliqua actio pro istis impensis: quinimmo nec pro euictione si res fuisset euicta. Actio enim non transit in singularem successorem sine cessione prout nec dominiũ sine traditione vt per glo. in. l. fi. C. quando fiscus vel priua. ⁊ in. l. ad eum. ff. de dona. nec obstat quod dictus Conus cessit dicto Paulo recipienti ⁊c. cessit omnia iura que sibi cõpetebant contra dictũ Antoniũ: quia respõdebat ꝙ tunc nulla actio nec aliqua iura cõpetebant: sed ista actio si qua cõpeteret cõpetere incepit post litem motã. non enim tenetur defendere a lite nisi lis moueatur et sic sub cõditione si lis mouebitur tempore ergo illius cessionis nõ competebat. facit. l. cum stipulamur. de verb. obli. ⁊. l. scribit. §. idem scribit. ff. de auro ⁊ arg. lega. ⁊ qđ habetur in. l. si ita. eo. titu. Et insuper non cõpetijt vnꝙ actio dicto Cono quia sua non interfuit nec interest ꝙ dicti Paulus ⁊ Hieronymus fuerint defensi: nam ipse nihil expendidit nec dicti Paulus ⁊ Hieronymus habent regressum cõtra eum qui nõ promisit defensionẽ: ideo cõstat ꝙ nõ tenebatur defendere nisi fuerit eidem denunciatũ per iura vulgaria. ŝ. deducta que denunciatio non presupponitur. Et si fuisset sibi denunciatũ ꝙ defenderet imminet dubitatio de qua. ŝ. s. vtrum vẽditor teneatur refundere expensas emptori qui in lite mota obtinuit cum dictus Conus nõ promisserit defendere suis sumptibus nec minor est auctoritas Accur. Specu. Jo. and. Rapha. fulg. ⁊ Rapha. cuma. quam Gui. Bar. Bal. Ang. et Jmo. Et iura nõ minus artant pro venditore: et sic pro accursio ⁊ sequacibus per supradicta: sed omissio denũciationis eximit nos et iudicem a dicta dubietate: si itaq; nõ interest sua nõ potest agere ipse nec eius cessionarius cum actio cõpeteret ad interesse si cõpeteret vt de se cõstat cum factũ de preterito quod non est factũ impossibile est quem astringi et ad impossibile nulla est obligatio. l. impossibilium. de regu. iur. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cclvj.

☞ Dos maioris summe promissa si puella nupserit tali et si non nupserit tali sibi fuit minor promissa an si nupserit alteri debeat habere maiorem quantitatẽ promissam vel etiam si nõ steterit per eam quominus nuberet tali. per totum.

1 Matrimonium nõ potest cum cõsanguineo vel fratre sponsi contrahere impedimento publice honestatis. nu. 7.

2 Casus omissus an habeatur pro omisso et prouisio facta in vnum casum non trahitur ad alium. nu. seq. ⁊. 6.

3 Pactum trahitur ad casum omissum qui censetur dimissus quia non cogitatus.

Legatis. x. aut. v. in dubio relictum censetur quod est minus.

4 Dos quandoq; solet filie constitui scd̃m viri qualitatem.

5 Culpam quis alteri non potest imputare ex qua cõmodum sentit.

6 Regula ꝙ pro dote interp̃tatio fieri debeat an procedat vbi dos est promissa maior si titio nupserit si vero nupserit gaio promittitur minor vbicq; filia non nupsit titio possit petere maiorẽ dotem.

8 Facienti nõ potest imputare aliquis id factum qđ facere volebat.

Dolus vel fraus non infertur volenti scienti ⁊ consentienti.

¶ Consilium. cclvj.

in eorum catastro bona reperta acastatrata in comitatu in aliorũ catastris. Si volumus ꝙ etiam isti astringantur ad non ponendũ arguendo de similibus ad similia. arg. l. non possunt. ff. de legi. ꝛc. inter ceteras. de rescrptis. cum similibus. Nec obstant adducta in contrarium quibus satis recte intuenti potest apparere responsio ex iam dictis: non enim obstat qđ in ciuilitate dictorum Corradi ꝛ fratrum non permittitur qđ describere possint in eorum catastris bona aliorum in comitatu acatastrata. Sed de duobus perceptis alteri derogatur: vnde alterum videtur permanere vt in contrariũ allegatur: nam respondetur qđ illud preceptum non militat in casu nostro: quia isti Corradus ꝛ fratres non sunt illi de quibus cantat illud preceptum prohibitiuum: quia nõ sunt assumpti in ciuilitatem vt supra in eadem dispositione continebatur vt superius deductum est. preterea militat illa responsio ꝙ pena apposita respectiue ad dicta duo precepta videtur intelligenda in illis personis que dictis duobus perceptis astringuntur. argu. d. l. iam hoc iure. cum similibus. quod non cadit in terminis nostris: sed procedit illa dispositio penalis in illis personis que ante duodecimũ annum non funguntur beneficio ciuilitatis: ideo ad tempus. xij. annorum refertur: non autem in istis quibus aliud tempus est in ciuilitate assignatum. ¶ † Nec obstat qđ derogationes iurium sunt restringende: quia verum est in illis quibus derogatur iuri cõmuni. Sed ille que derogant iuri exorbitanti non sunt ita restringende prout tradit glo. notabi. in. c. statutum. de preben. lib. vj. cũ qua docto. ibi transeunt: satis autem exorbitans videtur ꝙ assumptꝰ ad ciuilitatem non fungatur beneficio ciuilitatis ante. xij. annum et qđ ciues effecti soluant datas ꝛ collectas vt comitatiui et derogatur alijs statutis ꝛ ordinamentis communis perusij vt deprehẽditur ex tenore dicte reformationis merito ꝛc. Confert etiã quia dicta dispositio est penalis et consequenter odiosa et restringenda per iura vulgaria: ergo mitigatio pene que est sibi opposita videtur amplianda cum contrariorum contraria sit natura. l. et si contra. ff. de vulga. et pupil. et. l. si ex toto. in princ. ff. de leg. j. cum similibus vulgaribus: † nec etiam obstat qđ in contrarium dicebatur qđ verba ciuilitatis a contrario sensu vrgebant in contrarium: nã licet verbum suis vbi agitur de graui preiudicio restringat quandoqꝫ dispositionem ad tempus presens: vt. d. l. si ita tamen. quandoqꝫ etiam trahitur ad tempus futurum vbi de tanto preiudicio non agitur. l. fina. C. que res pignori oblig. possunt. non autem videtur agi de magno preiudicio in casu nostro: naꝫ ex quo disponit in dicta ꝯcessione ciuilitatis qđ. d. Corradus et fratres soluãt datas et collectas vt alij ciues. Et descriptio bonorũ in catastro principaliter fit propter solutionem datarum et collectarum et etiam pro non positis in catastro fit pariter solutio ex forma statutorũ: ideo de paruo agitur interesse merito verba illa cum bonis suis trahantur etiam ad postea quesita. † Item contrarius sensus etiã ibi absonus si assumeretur: quia probaret in sui generalitate ꝙ bona postea quesita generaliter et indefinite non possunt describi in eorum libra. Et sic etiam si postea quesita reperirentur allibrata in ciuilitate qđ nullatenus fuit de mẽte disponentium. Si autem vellet quis precise et proterue libra illa cum bonis suis referre ad tempus presens et sumere argumentum a contrario sensu deberet saltem illum contrarium sensum restringere ad aliquod tempus: nam in alijs non ita fauorabiliter assumptis ad ciuilitatem prohibitio descriptionis bonorum in eorum catastro non est perpetua sed limitata ad tẽpus vt patet ex sepius dicta reformatione: multo ergo fortius non deberet esse perpetua in isto Corrado ꝛ fratribus. Si autem restringitur ille contrarius sensus ad aliquod tempus magis de mẽte videtur esse qđ restringatur ad tempus de quo in dicta ciuilitate fit mentio ꝙ̃ ad aliud: cum per sequentia precedentia declarentur et econtra. l. si seruus plurium. §. fina. de lega. j. et. l. qui filiabus. eo. tit. ꝛ. l. si legatorum. de lega. ij. et per ea que supra latius dixi circa hoc: et sic respiciat bona quesita post ciuilitatis concessionem anteꝙ̃ illi se prepárauerint ad fornacem quo medio tempore non habebant fungi beneficio ciuilitatis: et forte illo medio tempore erant assimilandi alijs simpliciter ad ciuilitatem assumptis existẽtibus. l. tempus. xij. annorum. per ea que supra dedu xi. † Et propter hoc etiam dici potest qđ verba sequentia quibꝰ precipitur ꝙ cassetur eorum libra de comitatu referuntur ad tempus presens ne forte cassarentur bona interim percepta post dictã ciuilitatis concessionem: vel forte ita locuti fuerunt: quia non cogitauerunt illo tempore qđ breue futurum putabant prout ꝛ breue extitit contingere qđ libra augeretur non eo respectu: qꝛ nollẽt bona postea quesita cassari de comitatu: ꝛ hoc vt arbitror ꝛ fuit magis de mente loquentium: licet non cõstet ad quam etiam possunt verba adaptari: nam mandatur officialibus et notarijs armarij ꝙ cassent libram de comitatu. sinautem remanerent bona eis allibrata in comitatu in eorum libra non diceretur cassata eorũ libra put non diceretur cassatum eorum catastrum: nam dicta verba sonant in quoddam vniuersum seu in quoddam genus qđ recipit augmẽtum et diminutionem: prout dos grex peculium hereditas et huiusmodi: prout ergo nõ dicetur dos sublata seu cassata: nec grex vel peculiũ: licet sint sublata vel cassata seu remota aliqua de dote grege vel peculio. l. grege legato. ff. de lega. j. et. l. si ex toto. in prin. eo. tit. et. l. ne quis. ff. de vsufruc. ꝛ insti. de legatis. §. si grex. ꝛ. §. edibꝰ. et. §. si peculium. cum similibus. Ita etiam non dicatur cassata libra eorum si aliqua bona vna cum nominibꝰ eorum apparẽt accẽsa et non cassata in ipsa libra nec bona acatastrantur alicui sine eiꝰ nomine. Et propterea concludendo non posset dici cassata eorũ libra de comitatu si aliqua bona in eorum catastro in comitatu remansissent non cassata. Et propterea illa verba quam habent proprie stant: quia tunc habebant libram in comitatu: nec de alia quã de illa quam habebant in comitatu: oportet qđ verificentur verba dicte ciuilitatis prout si quis legaret gregem quẽ habet: licet verba ad tempus presens referantur: tamen legatum trahetur etiam ad animalia quibus ille grex postea est auctus. d. l. grege legato. et si quis venderet hereditatem quam habet si quid accreuerit illi hereditati nulli dubium ꝙ cederet commodo emptoris: ꝛ sic dispositio ad bona postea quesita traheretur. l. ij. §. non tantum. et. l. venditor. ff. de here. vel acti. vendi. ¶ † Nec etiam ob. si quis forte diceret qđ ex quo dicta reformatio spãliter derogat ciuilitatibꝰ postea concessis etiam si fuerint concesse per priores ꝛ camerarios requiratur ꝙ specialiter derogetur illi reformationi. ar. l. si quis. in principio testamenti. et qđ ibi habetur. ff. de leg. iij. ꝛ qđ habetur per Barto. ꝛ Bal. ꝛ docto. in. l. fina. C. si contra ius vel vtili. publi. ꝛ in. l. humanum. C. de legi. et qđ habetur in. l. causas et lites. C. de transac. et in auẽ. hoc inter liberos. C. de testamentis. nam respondetur qđ licet hoc non sit expeditum per notata in dictis iuribus et per notata per Joã. and. et modernos in. c. j. de excessibus prela. libro. vj. nihilominus in casu nostro statutum non disponit qđ non valeãt concessiones ciuilitatum aliter facte: sed dicitur qđ assumpti ad ciuilitatem non fungantur beneficio ciuilitatis nec describantur inter ciues nisi soluerint ꝛc. vnde potest intelligi et ita videtur intelligendum qđ simpliciter sint assumpti ad ciuilitatem per priores et camerarios. non autem quando vltra assumptionem ad ciuilitatem est vltra processum per ipsos priores ꝛ camerarios concedentes: nam tunc standum est solum concessioni priorum ꝛ camerariorum: quia non dicitur contrarium in dicta reformatione seu statuto. Et maxime hoc est dicendum quãdo in ipsa noua concessione est clausula non obstante quocũqꝫ ordinamento in contrarium faciente prout est in casu nostro: et maxime quia Barto. in. d. l. si qs. in princ. testamenti. et extrauag. ad reprimenda in verbo nõ obstãtibus vult qđ tunc dicatur satis specialis clausula derogatoria: et facit quod notat Bal. in. d. l. humanum. ꝛ Jo. an. in. c. j. de constit. lib. vj. et maxime cum in casu nostro sint signa vniuersalia q̃ nihil excludunt iuxta. c. solite. de maio. et obediẽ. et. c. si romanorũ. xix. distinctio. et. l. iulianus. de leg. iij.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cclxxxij.

1. Canonis reintegranda remedium an competat cõtra meros laicos. per totum.
2. Canon reintegranda fundatur in peccato et per consequens debet seruari in foro ciuili et seruari debent canones in foro ciuili q̃ respiciunt animam.
3. Spoliatus etiã predo est restituẽdus possessione sua ꝙ̃uis illicita.
4. Emphyteosi stipulata pro se et filijs videtur stipulata filijs vt filijs non vt heredibus: nec dicitur noua emphyteosis in persona filiorum quasi sit vna emphyteosis.
   Stipulari potest pater filio ꝛ ei acquirere: et sic regula qđ nemo alteri possit stipulari fallit in casu predicto.
5. Contestatio litis precludit viam exceptionibus declinatorijs et dilatorijs.
6. Clausula in fine posita determinat omnia precedentia.
7. Interdictum possessionis recuperãde an competat aduersus mãdãtem ratam habentem spoliationem.
8. Rescriptũ cũ clausula ꝙ summarie procedatur an alteret causam.
9. Delegati iudicis commissio est restringenda.
10. Emphyteota stipulatus pro se ꝛ filijs an possit rem emphyteoticam prelegare vni ex filijs.
11. Possessio antiquior presumit magis iusta ꝙ̃ recentior.
12. Libellum emendans an debeat resartire expensas.

¶ Consilium. cclxxxij.

In nomine dñi nostri iesu christi. ¶ † Uiso dicto pũcto ꝛ nõnullis actis ad me trãsmissis agitatis in dicta cã vertẽte inter dominã Rengardã ex vna parte actricẽ ꝛ dñam Elisabettam ream ex altera parte conuentã: videtur prima facie dicendũ ꝙ partes iudicis sint in pronunciãdo pro parte agẽtis: et in condẽnãdo partem. d. dñe Elisabette connẽte ad restituẽdã possessionẽ bonorũ in petitione descriptorũ ipsamqꝫ dominam Rengardam fore reintegrandam in possessione dictorũ bonorũ: nam premitto ꝙ p parte. d. dñe Rengarde est inuitatũ possessoriũ recuperãde ꝛ est intẽtatũ remediũ cañ. reitegrãda. iij. q. j. qđ remediũ vr gñal'r puidere quotiensc̃ũqꝫ

quotienscunq; quis cecidit a possessione non precedente iusta causa perdendi possessionem etiam si ipsa possessio transitum faceret ad non vitiosum: sed bone fidei possessorẽ vt sonant verba generalia illius cañ. qui cañ. licet loquatur in personis ecclesiasticis tamẽ trahitur etiã ad meros laicos vt notat Bar. in. l. si coloni. C. de agri. ⁊ censi. lib. xj. per illum tex. vbi tex. probat ꝙ pro recuperanda possessione amissa agitur possessorio cõtra tertium possessorem ⁊ restituitur possessio antiquo possessori nõ obstante ꝙ possessor nullum vitium cõmiserit nec agitur tunc de dominio possidentis vt est ibi expressum in fi. litere. ⁊ dicit ibi Bar. idem sentire Inno. et Jo. an. in. c. cum ad sedem. de resti. spolia. ⁊ idem voluit Bar. in. l. rem que
2 nobis. de acqui. pos. ⁊ in. l. in ciuile. C. de furtis.† Quod et voluit do. Anto. in. d. c. cum ad sedem. dicens ꝙ dictus cañ. reintegranda fundatur in peccato. ⁊ per consequens debet seruari etiam in foro ciuili. canones enim seruari debent in foro ciuili quãdo respiciunt animã vt not. glo. in. c. ij. de arbi. lib. vj. ⁊ in regula male fidei possessor. eo. lib. ⁊ doct. in. c. j. de noui ope. nuncia. ⁊ hanc partẽ videntur sentire Inno. ⁊ Jo. and. in. c. sepe. de resti. spolia. prout ⁊ Inno. ibi allegat Bar. in. d. l. rem que nobis velle ꝙ bone fidei possessor qui cecidit a possessione posse agere possessorio recuperãde cõtra quẽlibet bone fidei possessorem. ⁊ Ang. ibi dicat Inno. ibi non dixisse sed oppositũ dixisse in. d. c. cum ad sedem. s. ꝙ competit cõtra male fidei possessorẽ: ergo non cõtra bone fidei possessorem tamẽ Imo. dicit in. d. l. rem que nobis. Inno. dixisse illud qđ dicit Bar. et etiã id quod dicit Ang. ⁊ ita transit quasi videatur cum eo transire. Et hanc partẽ videtur etiam amplecti Ponta. ibidem. vnde videtur recte intentatũ dictum remediũ ⁊ maxime cum dicta dña Rengarda doceat nõ solum de simplici possessione sed de possessione cum titulo cum deducat ⁊ probat duplicẽ concessionẽ dictarum rerum in emphyteosim factam ab abbate monasterij ad quem dicte res iure directi dominij pertinẽt: vnde deducitur ꝙ ipsa fuit in bona fide ⁊ intentat possessoriũ contra principalẽ qui eam priuauit possessione et cõsequenter militat maior ratio ꝙ ipse teneatur possessorio recuperande quã si esset successor maxime non vitiosus. Nam videtur ꝙ dato ꝙ non cõpeteret dictum remediũ cañ. reintegranda. Tamẽ aduersus eum competerent alia remedia ciuilia scilicet triticaria: vt in. l. j. ⁊. ij. ff. de triticaria ⁊ conditio sine causa prout et tradit Bar. in dicta. l. si coloni. ⁊ in. d. l. in ciuile. ⁊ doctores in iuribus preallegatis. Licet nõ requirant predicta. Sed videãtur velle ꝙ dicta remedia etiam latius competant et videtur ꝙ censeantur omnia dicta remedia intẽtata cum illa videantur resultare ex narratis in libello. Et propterea videntur intentata vigore generalis clausule in libello apposite petẽs sibi ius et iustitiã administrari in predictis que clausula operatur ꝙ censeatur deductum esse remedium competens ex narratis ex quo generaliter petit super narratis sibi iustitiã administrari: vnde verba ad id artant vt tradunt doct. in. c. cum dilectus. de ordi. cogni. ⁊ do. Anto. in. c. j. de iudi. et Bal. in repeti. l. edita. C. de edẽdo. cum itaq; dicta dña Rengarda intentauerit remedia sibi competentia et probauerit ꝙ ipsa fuit longo tempore in possessione et illa postmodum priuata fuit per dominũ Guidonem Paulum cuius est filia et heres dicta domina Elizabetta videtur ꝙ ipsa debeat reportare victoriam nõ obstantibus his que deducũtur pro parte dicte domine Elizabette. s. ꝙ Matheus auus dictarum dominarũ Rengarde ⁊ Elizabette iure emphyteotico possedit dicta bona ⁊ illa prelegauit dicto domino Guidoni Paulo eius filio ⁊ heredi. Nam respondetur ꝙ dato qđ dicta bona pertinuissent ad dictum dominum Guidonem in eius vita ⁊ post eius mortem pertinerent iure vtilis dominij ad dictam dominam Elizabettam nihilominus nõ debuit dictus dominus Guido sibi propria auctoritate ius dicere ⁊ capere possessionẽ que erat apud dictum Philippum seu dictam dominã Rengardam per. l. non est singulis. ff. de regulis iuris. ⁊. l. si ex stipulatione. cum ibi notatis. ff. de acquiren. possess. ⁊ per Bar. in repetitione. l. iij. C.
3 de pigno.† Cum etiam predo qui alium spoliauit re sua non sit propria auctoritate per spoliatum priuandus ipsa possessione illicite quesita et si fuerit spoliatus sit restituendus. l. colonus. ⁊. l. qui fundum. ff. de vi ⁊ vi arma. et in. c. literis. de restitu. spo. ⁊. l. si quis a se fundum. C. ad legem iuliam. de vi. preterea dici potest ꝙ ex quo dictus Philippus ⁊ successiue dicta domina Rengarda sint pariter descendentes ex dicto Matheo prout dictus dominus Guido et dicta domina Elizabetta dato qđ dicta bona non inciderint in cõmissum nihilominus spectarent pro dimidia ad dictam dominã Rengardam vigore contractus emphyteotici: quia prout percipio dictus Matheus primus stipulator fuit stipulatus dicta bona in emphyteosim pro se ⁊ filijs ⁊ nepotibus vsq; in tertiam generationem vigore cuius stipulationis nõ magis inuitantur dictus dominus Guido ⁊ domina Elizabetta eius filia quã dictus Philippus ⁊ Rengarda eius filia cum sint descendentes eorũdem graduum. ⁊ sic dictus Philippus primo loco videtur successisse in dictis bonis emphyteoticis pro dimidia tanq̃ filius dicti Mathei et etiam probatur ⁊ presupponitur ꝙ post mortem dicti Mathei primo possedit dicta bona vna cũ dicto domino Guidone anteq̃ sibi soli fuerint renouata et postea possedit insolidum vnde saltem quantum ad dimidiam nullum ius videtur habere dicta domina Elizabetta seu habuisse dictus dominus Guido nec coloratam rationem seu causam priuãdi dictum Philippũ possessione dictorũ
4 bonorum saltem pro dicta dimidia.† Non enim videtur posse se iuuare ex prelegato sibi facto de dictis bonis: nam dictum prelegatum non videtur eum in aliquo iuuare si prout arbitror dictus Matheus fuerat stipulatus dictam emphyteosim pro se ⁊ filijs et nepotibus ⁊c. simpliciter non facta mentione de heredibus: nam tunc censetur stipulatum fuisse vti filijs non vt heredibus ẽm notata per Barto. in. l. iurisiurandi. §. si liberi. ff. de operis lib. ⁊ Bal. in. l. liberti libertecq;. C. eo. titu. d. Bal. ser Cole in quodam consil. facto. M. cccclxxxj. pro domino Guidone fortia dicit circa hoc ꝙ hic voluerunt glo. Barto. ⁊ omnes in. l. si tibi. §. pactus. ff. de pact. Bar. in. l. ꝙ dicitur. de verbo. obli. Cy. et Bal. in. d. l. liberti. Bald. post multa. in auẽ. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccle. Specu. de loca. §. nunc aliqua. versicu. clviij. vbi idem inclinat Joan. and. in additio. ⁊ ibi etiam Bal. in apostillis. idem Jo. and. in. c. ij. de feu. item allegat. l. quodcũq;. §. j. de verborum obli. item Dy. Ange. et Pau. de cast. ꝙ in persona filiorum est noua emphyteosis et propterea dicta bona habebant transire in filios non vt heredes: ideo ius dicto Matheo competẽs erat finiendum tempore sue mortis et legãdo ipsa bona videtur ꝙ censeatur legasse ius quod habebat per. l. vxor patrui. C. de legatis. ⁊. l. ꝙ in rerum. §. si vsumfructum. ff. de lega. j. ⁊. l. sticho. ff. de vsufruc. leg. ⁊. l. si domus. §. fi. ff. de leg. j. et propterea dictum prelegatum videtur inefficax prout in terminis. d. l. sticho. ⁊. d. §. qui vsumfructum. ⁊. d. l. vxor patrui. preterea non videtur ꝙ dictus Matheus potuerit prelegãdo preiudicare dicto Philippo cui per predictam stipulationem paternam erat ius quesitũ: nam potest pater stipulari filio et eidem acquirere per suam stipulationem. l. si tibi. §. pactus. ⁊ ibi glo. ff. de pactis. lege ⁊ heredi. §. nos autem. eo. titu. ⁊. l. ꝙ dicitur. de verbo. obliga. ⁊ ꝙ ibi per Barto. ⁊ doct. Unde cum filijs sit ius quesitum ex stipulatione predicta ⁊ concessione per ecclesiam facta non videtur ꝙ pater potuerit preiudicare predictis filijs et tollere ius eorum quesitum in dictis bonis emphyteoticis per ea que habentur per Barto. in. l. j. in fi. de interdictis ⁊ releg. ⁊ ꝙ habetur in. l. diui fratres. ff. de iure patrona. et per eundem in. d. §. si liberi. maxime dum tangit questionem ne masculo vniuersaliter instituto ⁊ femina instituta in re certa vbi inter alias rationes videtur assignare vnam rationem ꝙ pater non possit tollere ius quesitum filie ex stipulatione paterna quam rationem assignat etiam Bald. in. d. l. liberti libertecq;. ad ꝙ etiam ꝙ tradit Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua versi. cxliiij. dum vult quod ex facto seu negligentia patris non perdant filij huiusmodi emphyteosim ad predicta ꝙ notant Dy. Bal. Ang. et Pau. de cast. in. l. apud iulianum. §. si quis alicui. ff. de lega. j. vbi videntur velle ꝙ pater in preiudiciũ filiorum nõ possit repudiare emphyteosim quam fuit stipulatus pro se et filijs quasi vna sit emphyteosis in persona patris ⁊ alia sit in persona filiorum. arg. l. stipulatio ista. §. si quis ita fuerit stipulatus. de verbo. obli. ⁊. l. antiquitas. C. de vsufruc. ⁊ adducit Bald. quod habetur in. c. ij. de feu-
5 dis.† Ex quibus videtur concludendũ ꝙ dictus Matheus prelegando dicta bona dicto domino Guidoni non potuerit preiudicare dicto Philippo per proxime dicta nec etiã censeatur voluisse sibi preiudicare in iure suo: sed censeatur voluisse prelegare ius qđ habebat ipse testator per superiora dicta. Ex quibus maxime in dimidia videtur ꝙ iura dicte dñe Rengarde sint multum lucida ⁊ clara nec videtur sibi obstare id qđ ipsa deduxit in suo libello circa spolium ⁊ vim illatam ꝙ postea emendauit et detraxit: nam videtur ꝙ illud facere potuerit ante litem contestatam per tex. l. edita. C. de eden. vbi late per glo. ⁊ doct. ⁊ per cañ. glo. et doct. c. in significantibus. extra. de libelli obla. et dato ꝙ non debuerit admitti ad dictam emendationem debuit repelli ante litem cõtestatam: quia litis contestatio precludit viam hmõi exceptionibus dilatorijs vel declinatorijs. l. fi. C. de excep. ⁊. l. exceptionem. C. de proba. ⁊. l. ita demũ. C. de procu. cum simi. ⁊ si forte lis nõ fuit contestata propter naturam cause nõ refert quia attenditur actus qui solet sequi post litis contestationem: nam tunc habetur pro litis contestatione. arg. l. nihil arbitramur. ⁊. l. nulla. C. de procu. ⁊ not. in eis per doct. et in cle. sepe. de verbo. signifi. ⁊ opposita huiusmodi exceptione ꝙ non potuerit emendari si iudex ad vlteriora processit videtur exceptionem repulisse vt in cle. si quis a repulsione. de appella. cum ibi notatis. ⁊ in. c. ex parte. M. de appel. et per glo. in. l. ij. §. si dubitetur. ff. de in. Conferunt etiam ad predicta clausule generales adiecte in dicto libello prout illa non tantũmodo predicto: sed omni alio meliori modo ⁊c. ⁊ illa saluo iure addendi ⁊ illa nõ astringens se ⁊c. per quas videtur quod licet deduxerit spolium inuasionem et violentiam tamẽ noluerit se artare ad illa probandum nisi qua-
6 tenus opus esset. ¶ † His tamen non obstantibus: contrarium de iure puto verius: nam premittẽdum est quod in dicto libello fuit intentatum remedium dicti canonis reintegrãda vt est expressum in fi. dicti libelli vbi iuxta remedium tenoris. c. reintegrãda. iij. q. j.

ꝙ remediũ intentat procurator in presenti causa que clausula in fi.
posita videtur determinare omnia precedentia.arg.l.talis scriptu
ra.de leg.j.l.j.C. de libe.prete.⁊.c.secũdo requiris.⁊.c.inquisitioni.
de app.⁊.l.iij.§.si filius.ff.de libe.⁊ posthu. vnde videtur solũ reme
dium.d.cañ.intentatũ. Dato etiam ꝙ alia remedia competerent:
nam dicta clausula generalis petens ius et iustitiam administrari
videtur restricta per illam clausulã subsequentem.s.ministrari insti
tiam remedio.d.cañ.reintegrãda. Et iuxta eius tenorẽ ⁊ maxime
quia pro parte ree cõuente est opposita exceptio ꝙ dictus libellus
est generalis quo casu not. Bald.in repe.d.l.edita.in articulo dum
tractat de cumulatione ꝙ non iuuat libellantem dicta clausula pe
tens sibi ius ⁊ iustitiã administrari ⁊ suadet ratio ꝙ reus nõ debet
cogi ad litigandum sub generali libello si de generalitate opponit
ar.eorum que habentur in.l.fi.C.de anna.excep.⁊ in.d.l.edita. vbi
patet ꝙ reus debet certificari de actione intentata. propterea nõ
debet stare in incerto si ex facto narrato plures actiones cõpetũt.
Debet tamẽ de generalitate opponere per ea que habentur in di
ctis iuribus.⁊ in.c.ij.extra. de libelli obla.⁊ per consequens dictus
libellus videtur fundatus in actione resultante ex dicto cañ. rein-
7 tegranda.† Que actio non competit meris laicis:nam ille cañ.lo-
quitur de episcopis. et per docto. trahitur etiam ad clericos: qui
sunt persone magis priuilegiate quã laici:ideo laicis nõ competit
illud remedium nouũ et exorbitans a iure cõmuni. De iure enim
ciuili possessorium recuperande cõpetebat spoliato aduersus spo-
liatorem vel eius heredem seu mandantem spoliari vel spoliatio-
nem ratam habentem non aduersus alias.ff.de vi ⁊ vi arma.l.cum
a te.⁊.c.cum ad sedem.de restitu.spolia. Et propterea etiam scien-
ter succedens in possessionem violenter quesitam nõ poterat con-
ueniri possessorio recuperande.ẜm regulas iuris ciuilis prout est
expressum in.d.c.sepe.ꝙ.c. fuit editum post dictum cano. reinte-
granda et prouidet de nouo remedio ex quo datur intelligi ꝙ etiã
de iure cañ.tempore illius.c.seruabantur dicte regule iuris ciuilis
adeo ꝙ non poterat conueniri possessorio nõ solum ille ad quem
bona fide deuenit possessio per alium violẽter quesita. Sed nec ille
ad quem mala fide deuenit ꝙ non esset si dictus cañ. reintegranda
generaliter prouideret omnibus personis tam laicis quã clericis.
et propterea Jo.cal.in.d.c.cum ad sedem.et Lapus in allegatione
lij.et Jo.de imo.⁊ Panor.in.d.c.sepe.volunt ꝙ remedium.d.cañ.
reintegrãda non procedat in laicis ꝙ et videtur velle Rapha.ful.
in.l.fi.C.de furtis.vbi dicit se in ardua questione de facto se addu-
xisse hanc rationẽ spoliatus est ante omnia restituendus cõtra spo
liatorem suũ. Contra alium autem qui non spoliauerit etiam si sit
male fidei possessor non esset restituendus.d.l.cum a te. Si ergo
pristino possessori aduersus possessorem iniustum non succurritur
quomodo succurreretur ei cõtra eum qui est bone fidei possessor et
cum vterq tractat de bona fide melior debet esse cõditio possiden-
tis vt videtur probari in.d.c.sepe.⁊ cum illa questio fuisset cõmissa
collegio Mediolanensi nemo fuit qui potuerit sibi respõdere ẜm
eum Ang.etiam in.d.l.rem que nobis. videtur sentire ꝙ nõ detur
possessorium recuperãde generaliter cõtra bone fidei possessorem:
vnde hec pars videtur de mente iuris ⁊ de mente doc.cõmuniter.s.
ꝙ laicis qui ceciderũt a possessione non cõpetat generaliter reme-
dium possessorium contra bone fidei possessorem per generalita-
tem.d.l. cum a te.⁊.d.c.cum ad sedem. et melius per.d.c. sepe. Nec
ob.d.l. si coloni. quia loquitur in casu suo.s. in ascriptitio qui per
fugam priuauit possessorem sua possessione que priuatio de facili
fieri potest in re mobili.l.si rem mobilem.ff. de acqui.pos.⁊ vitium
resultat ex ipsa re possessa ⁊ insuper nõ loquitur in bone fidei pos-
sessore:ideo non mirũ si his concurrentibus prouidetur ibi ꝙ pos-
sessio restituatur pristino possessori non discusso de iuribus partiũ
et insuper posset dici ꝙ loquitur in illis colonis in quibus alia in
illo titulo specialiter inducuntur ob fauorem publicũ saltem secũ-
darium vt patet in.l. quemadmodum.eo.titu. Et propterea cum
multa ibi concurrant non videtur ꝙ illa.l. debet generaliter trahi
ad alios casus indifferenter cõtra.d.l. cum a te.⁊.d.c.sepe. Et licet
Bar.dicat per illam.l.ꝙ cañ.reintegranda procedat etiam de iure
ciuili videtur intelligendus qõ possessio amissa recuperatur pos-
sessorio recuperãde etiam vbi non competit interdictum vnde vi:
et reintegrari debet pristino possessori sua possessio etiam de iure
ciuili quãdo.s.competunt remedia iuris ciuilis ⁊ sic quando com-
petit remedium.d.l. si coloni vel actio triticaria vel conditio sine
causa ex equitate.l.si me ⁊ titium.ff.si certũ peta.non autẽ est intel
ligendus Bar.ꝙ actio vel remedium nouũ resultans ex illo cano.
reintegranda cõpetat de iure ciuili vigore.d.l.si coloni. quia ridi-
culum esset dicere ꝙ in.d.l.si coloni. que est antiquior probetur ꝙ
remedium postea de iure cañ. emanatũ per.d.c.reintegrãda proce
dat de iure ciuili nec Bar.id dixisset. Et licet pleriq dicant ꝙ.d.
cañ.reintegranda nõ prouideat de nouo remedio. Sed competat
vbi de iure erãt prodita alia remedia prout videtur voluisse Spe.
in titu. de restitu.spolia.§.j.versicu. quantum est dicens oportere
probari possessionem ⁊ deiectionem.allegat.c.cõsultationibus.de
offi.delega.⁊ videtur fuisse de mente Inno.in.d.c. cum ad sedem.
prout refert Lapus in dicta allegatione.lij.et Bald. in quodam
consi.ꝙ incip.ad euidentiã premittendũ dicitur voluisse ꝙ dictus
cañ.reintegrãda requirat spoliationem ab ipso initio interuenisse
nihilominus doct. in iuribus preallegatis maxime in.d.c. cum ad
sedem.⁊ in.d.c.sepe.⁊ in.d.l.rem que nobis cõmuniter volunt ꝙ di
ctus cano.reintegranda prouideat de nouo remedio vbi non erat
al's cõsultum adeo ꝙ pinguius ⁊ generalius prouideat quã proui-
deant alia remedia et sic pinguius subueniat quã.d.l.si coloni.que
loquitur quando res fuit affecta vitio ⁊ dictus cañ. loquitur gene
raliter etiam si res non fuerit affecta aliquo vitio nec possessio fue
rit vnq̃ vitiosa vel vitiose quesita. Et ideo doct.volunt nõ immeri
to ꝙ ex illo cañ.sit inductum nouũ remedium al's non competens
prout voluit Inno.in.c.querelam.de elec.ꝙ et videntur velle glo.
Hostien.Jo.and.Jo.cald.Jo.de ligna.⁊ Moderni in.d.c.cum ad
sedem.⁊ in.d.c.sepe.⁊ Archi.in.d.cañ.reintegranda.⁊ Hostien. in
summa.de resti.spolia.§.j.versi.sed conditio.⁊ Lapus in dicta alle
gatione.lij. Et maxime hoc volunt tenentes ꝙ illud remediũ non
competat laicis de quibus.s.dictum est. Si enim non subueniret
pinguius quã alia remedia frustra tractaretur an prouideret lai-
cis necne. Unde concludendum est ꝙ saltem in pratica sine dubio
teneri debet ꝙ ibi prouideatur de nouo remedio ⁊ nõ loquatur de
remedijs al's cõpetentibus:ideo intẽtans dictũ cañ. reintegranda
intentat remedium ⁊ actionem ex illo cañ.cõpetentem: propterea
sibi incũbit rem taliter in iudicio deducere ꝙ iudici appareat illud
remedium seu illam actionẽ intentatam competere al's succũbere
debet dato ꝙ al's foueret iustitiam vt probatur in.l.edita actio.C.
de eden.⁊ in.c.examinata.de iudi.⁊ facit.l.ij.C.de formulis.⁊.l.ha-
bebat.ff.de institoria. Et propterea cum causa agatur inter laicos
quibus non cõpetit dictum remediũ partes iudicis sunt in absol-
uendo ream cõuentam. Non obstantibus adductis in contrarium
que cõmuniter tolluntur per hoc fundamentum ꝙ dictus cañ. nõ
procedat in laicis.et licet Bar. adducatur in contrarium tamẽ est
intelligendus:vt.s.⁊ non sunt captanda verba doctorũ prout al's
dicitur de verbis.ll.in.l.pe.ff.ad exhiben.et facit.l.si cui.ff.de serui.
Et si quis diceret competit remedium.l. si coloni vel conditio tri-
ticaria vel conditio sine causa respondetur ꝙ ille actiones nõ sunt
intentate:sed remedium.d.cañ.reintegranda.et licet do.Anto.vt
s.relatum est dicat ꝙ seruari debet etiam in laicis quia se fundat
in peccato male loquitur:quia.d.cañ.nõ se fundat in peccato:nam
prouidet etiam aduersus ignorantes et sic bone fidei possessores
qui non peccauerunt prout et dicunt Imo.⁊ Panor. et licet que-
dam verba Inno.et Joan.and.innuant ꝙ dictus cañ. generaliter
prouideat tamen alia verba eorũdem innuunt contrarium si dili-
genter omnia eorũ verba respiciãtur in d.c.cum ad sedem.⁊ in.d.c.
8 sepe.† Uidetur etiam ⁊ secundo aduertendum ꝙ per rescriptum
superioris causa est cõmissa potestati: nam videtur alterata natu-
ra cause cum fuerit rescriptum per superiorem ꝙ iustitiam summa-
riam faciat visa veritate: vnde videtur causa delegata per notata
per Innocẽ.⁊ doct.cõmuniter omnes in.c. licet in corrigendis. de
officio ordi.et in.l.⁊ quia. de iurisdi.om.iudi. ꝙ clarum esset si illa
causa nõ erat summaria ⁊ per rescriptum fiat summaria. Si tamen
al's foret summaria vel de iure cõmuni propter naturã possessorij
vel ex forma decreti de quo in dicto libello fit mẽtio nihilominus
propter illa verba visa veritate posita in signatura videtur causa
alterata:quia illa verba videntur aliquid importare.ar.l.si quãdo.
de lega.j.⁊.c.si papa. de priuile.lib.vj. facit quod habetur in.l.fide-
iussor.§.quedam.⁊ in.l.quintus.ff.mandati. et in.l.si pro ea.C.eo.
titu.vbi habetur de causis in quibus agitur de veritate ⁊ equitate
in quibus aliter deciditur in multis quam in alijs causis de hac
etiam clausula sola facti veritate tradunt domini de rota in deci-
sione.xxxij.incipiente. Item quando cõmittitur in causa ⁊ in deci
sione.xcij. Item domini omnes et Pontanus in.l.si filiusfami.cir-
ca finem.ff. de dona. vbi dicit non alibi reperiri de dicta clausula
quã in dicta decisione.videtur igitur causa alterata per illud rescri
ptum ⁊ cõsequenter causa delegata domino potestati libellus au-
tem non fuit productus coram domino potestate: sed coram vice
potestate ⁊ corã eo vice potestate fuit causa agitata: vigore autem
rescripti causam delegationis non poterat causa agitari coram eo
9 cui causa non erat cõmissa vt de se constat.† Et si dicatur sustine-
bat vices ipsius potestatis respõdetur ꝙ vicegerens habet iurisdi
tionem ordinariam:vt.c.de officio eius qui vicem alterius gerit.l.
subgerente.⁊ no.in.d.l.⁊ quia.⁊ in.l.imperium.de iurisdi.om.iudi.
prout vicarius habet ordinariam iurisditionem vt habetur extra.
de offi.vica.c.tua.⁊ per totum.⁊ probatur in.c.ij.de cõsue. iuncta.l.
fi.ff.quis ⁊ a quo.cum simi.ideo licet fuerit vice potestatis gerebat
vices potestatis circa iurisditionem ordinariam non circa delega-
tam maxime cum delegationes sint restringende nõ ampliande.c.
nõnulli.§.sunt ⁊ alij.de rescrip. et notat glo.in cle.ij.de offi.ordi.et
in.c.j.de rescrip.in.vj.⁊ doc.in.c.sedes.eo.titu.in antiquis. Et hoc
saltem est ponderandum si in dicta causa non fuit lis contestata
prout arbitror ꝙ non fuerit ⁊ per dictum decretum vel iura muni-
cipalia non fuerit aliter prouisum circa litis contestationem:nam

de iure

de iure cõmuni in poſſeſſorio etiã recuperande cõmuniter tenetur requiri litis conteſtationẽ per.c.ij.vt lite non conteſtata.prout ibi docto.no.⁊ in.c.cõſultationibus.de offi.deleg.quod ⁊ voluit Bar. in.l.naturaliter.§.nihil cõmune.de acqui.poſ.per.l.fi.C. ſi per vim vel alio modo.⁊ Bal.in.l.poſt ſentẽtiã.C. de ſen.⁊ interlo.om.iud. Et eſt aduertendũ ꝙ licet per decretum vel aliter prouideretur ꝙ cauſa eſſet ſummaria ſi vlterius nõ ꝓuideretur nõ ꝓpterea poſſet omitti litis cõteſtatio prout voluit Bar.in extrauag.ad reprimenda.in verbo ſummarie.⁊ habetur in cle.ſepe.de ver.ſig. vnde iudex habebit animaduertere an ſit lis cõteſtata necne ⁊ ſi nõ eſt lis cõteſtata an vigeant iura municipalia ſeu a ſuperiore edita ꝓpter que tollatur ſolẽnitas litis cõteſtationis: quia al's nõ poſſet ad validã diffinitiuã ſentẽtiã procedere ⁊ ad iudicẽ pertinet videre ne faciat 10 actus eluſorios.l.ſi pater.in prin.ff. de in.⁊ in.c.j.eo.ti.li.vj.† Tertio videtur dicendũ ꝙ etiã in meritis cauſe dicta dñã Elizabetta foueat iuſtitiã quecũqꝫ fuiſſet actio intentata per dictã dominam Rengardã preſuppoſito prout mihi preſupponitur ꝙ dicta bona non fuerint reuerſa ad eccleſiã. Nam hoc preſuppoſito videtur ꝙ dicta bona emphyteotica inſolidũ ꝑtinuerint iure vtilis dominij ad dictũ dñm Guidonẽ Paulum filiũ dicti Mathei primi emphyteote ⁊ ſucceſſiue ad dominã Elizabettã eius filiam ⁊ heredẽ:nam primus emphyteota põt rem emphyteoticã vni ex filijs prelegare prout voluit Bal.in aut.ſi quas ruinas in.v.co.C.de ſacroſan.ecc. vbi formaliter inquit iuxta hoc quero vtrũ pater qui recepit emphyteoſim modo predicto poſſit eam prelegare vni filiorum et videtur ꝙ nõ per rationes ſupradictas. Contrarium eſt verum quia cum filius capiat tanq̃ ex donatione paterna: vt.ſ.dixi pater quo ad filiũ in poteſtate poteſt eam reuocare ab vno filio ⁊ cõferre eam inſolidũ alteri filio.l.ij.C.de inoffi.do. de hoc in Specu. de loca.§. nunc aliqua.ver.cxlviij.⁊ Specu.multũ allegat ſed nihil firmat:ſed tu dic vt dixi:quia ratio mea demonſtrat hoc:verba ſunt Bal.que determinãt iuſtũ caſum:qui tamẽ in.l.j.C. per quas ꝑſo.no.acqui. diſtinguit ꝙ aut acquiſitio dicte emphyteoſis eſt facta ex liberalitate concedentis ipſi patri pro ſe ⁊ filijs: ⁊ tunc non poteſt vni filio auferre ⁊ dare alteri:aut iſta acq̃ſitio eſt facta ex pecunia paterna: et tunc poteſt pater rationibus ſupradictis. ⁊ iſta diſtinctio eſt rationabilis:nam primo caſu videtur quodãmodo aduẽtitia:aliũde quã a patre profecta.ſ.ex liberalitate illius cõcedentis.l.cum oportet.C.de boniſqꝫ libe. ſed qñ ex pecunia paterna vt eſt caſus noſter tunc videtur tanq̃ pater donet filio: vnde decet ꝙ poſſit reuocare dictam donationẽ in alterũ filiũ:facit optime qd no. Bar.in.l. qui rome.§.flauius.de ver.obli. Et hanc cõcluſionẽ firmat Imo.in.c. potuit.in vlti.char.extra.de loca.adducens no. per Bar.in.d.§.ſi liberi.quatenus loquitur de patre ſtipulante operas a liberto pro ſe ⁊ filijs.⁊ cõcludit ꝙ poſſit ius queſitũ ex illa ſtipulatione ꝓlegare alteri filio:licet ex illa ſtipulatione queratur ius filijs etiã non heredibus.adducit etiã no.per Bar.in.l.qd dicitur.de verb.obli.⁊ in.l. ſi mihi ⁊ titio.eo.titu.⁊ dicit ſe pro hac parte conſuluiſſe. Ad hoc vltra eum optime facit qd habetur in titulo.ff.de aſſignãdis liber. nam iuſpatronatus tranſit in filios etiã non heredes.d.§.ſi liberi. et tamẽ poteſt pater libertũ alteri aſſignare:ita ergo dicendũ ſit in iure emphyteotico:materia eñ emphyteotica habet magnã ſimilitudinem cũ illo iurepatronatus:quia emphyteoſis eccleſie trãſit in filiũ ex prouiſione patris ⁊ neutrũ dicitur hereditariũ iuxta no. per Bar. in.d.§.ſi liberi.⁊ in.l.ſi patroni.ff.ad trebel.⁊ qd habetur in.l.item videndũ.§.fi.de peti.here.⁊ doct.maxime Specu.in.d.§. nunc videndũ.in multis verſi.⁊ Bar.in.d.§.ſi liberi.et Bal.in.d.l. liberti liberteqꝫ paſſim arguunt de iurepatronatus ad emphyteoſim:⁊ ideo nobis etiã liceat arguere ꝓcedẽdo de ſimilibus ad ſimilia.l.nõ poſſunt.ff.de.ll.⁊.c.inter ceteras.de reſcrip.accedat etiã ad predicta ꝙ eleganter dixit Bal.in.l.cum virũ.circa fi.C. de fideicõ. dicens in vna lec.ꝙ licet emphyteoſis eccleſie nõ veniat in reſtitutione fideicõmiſſi:quia nõ eſt hereditaria.ar.d.l.ſi patroni.in prin. et ꝙ ibi no.tamẽ ſi fideicõmiſſarius eſt de ꝑſonis que poſſunt ſuccedere in emphyteoſi bene venit puta de liberis ad liberos: qd dictũ refert ⁊ approbat Pau.de caſt.in.d.l.ſi patroni.dicẽs idem ſentire Io.and.in addi.Specu.in.d.§. nunc vero aliqua.verſi.cxij. ſi ergo emphyteoſis venit qñ vnus filius eſt rogatus alteri reſtituere hereditatem vel portionẽ ſuã hereditatis vt dicunt predicti doc. q̃to magis vbi ſpecialiter eſt rogatus reſtituere ipſam rem emphyteoticam vel qñ res emphyteotica eſt legata alteri filio ⁊ põt vltra ꝓdicta adduci ratio : q̃ pater nõ ſtipulatur pro omnibus filijs ſed pro filijs: ⁊ ſic ꝑinde videtur eſſe ac ſi eſſet rogatus reſtituere in familiã quo caſu poteſt vnũ de familia preeligere.l.filiuſfa.§.cum pater.de leg.j.⁊.l.is qui cũ plures libertis.de leg.iij.quẽ tex.allegat Specu. in.d.§.nunc aliqua.ver.cxlvij.vbi cõcludere videtur pro hac parte. Et ita al's pro hac parte vidi in hac ciuitate cõſultũ per famoſiſſimum doct.⁊ integerrimũ cõſulentẽ.d.Io.petrutij ⁊ ſubſcriptũ per caprã:qui tamẽ loquebantur in filijs in poteſtate et in emphyteoſi queſita ex pecunia paterna ꝓut etiã puto ꝙ hec cõcurrant in caſu noſtro quia dicitur mihi ꝙ dictus.d.Guido ⁊ Philippus erãt filij legitime nati ⁊ ſic ex filio ⁊ vxore.⁊ cõſequenter in poteſtate.l. nam ciuium.ff.de iuſti.⁊ iur.⁊ inſti.de pa.po. Item ꝙ dictus Matheus expoſuit pecuniã propriã pro habẽda cõceſſione dicte rei emphyteotice prout ſolet: non enim ſolent prelati cõcedere ſeu renouare hmõi emphyteoſes niſi pecunia expoſita que exponi ſolet:nec deberent quia tenderet in ſpeciẽ donationis que regulariter non eſt permiſſa prelato de rebus ad eccleſias ſpectantibus.c.ij.de dona.⁊ ar.l.ſi filius.ff.de dona.⁊.l.cõtra iure.§.fi.ff.de pac.⁊ ar.l.cũ deinde. de proba. Licet etiã vbi predicta ceſſarent nõ eſſet abſonũ idem tenere per alias rationes que in materia aſſignantur non inſiſto. Et multomagis hoc ꝓcederent ſi dictus Matheus fuiſſet ſtipulatus emphyteoſim pro filijs vt heredibus prout ⁊ in dubio multi tenẽt quos late proſequendo recitat Imo.in.d.l.qd dicitur. vbi videtur cõcludere hanc opi.eſſe magis cõmunẽ.dicit etiã eſſe ponderanda verba ſtipulationis:ſed nõ vidi dictam cõceſſionẽ: ideo nõ inſiſto: nec ſuper verbis conceſſionis: nec etiã que dictarũ opi.ſit verior.ſ. an cenſeatur ſtipulatus filijs vt filijs : an vt heredibus ſeu vt filijs heredibus :/nam que.ſ.ponderaui militant etiã ſi fuit ſtipulatus filijs vt filijs nõ vt heredibus. Hoc preſuppoſito ꝙ dicta bona emphyteotica inſolidũ pertinerent ad dictũ dñm Guidonẽ et non ad dictum Philippũ licet teſtes nõnulli deponant ꝙ.d. Philippus et dictus.d.Guido poſſederint: tamẽ ſi alie cõiecture non eſſent in contrariũ.⁊.d.Philippus habuerit notitiã de dicto teſtamento: probabiliter poteſt arbitrari ꝙ dictus Philippus ſteterit in poſſeſſione dictorũ bonorum ſpectantiũ ad fratrẽ iure familiaritatis iuxta.l.qui iure familiaritatis.et que ibi tradunt doct.ff.de acqui. poſ.hoc autẽ multũ dependet ex arbitrio iudicis qui habet cõſiderare ⁊ cõiecturare circũſtantias ⁊ qualitates actuũ ex quibus probatur poſſeſſio vtrũ ſint tales qui ſoleant ꝑmitti fratribus necne ꝓut ſumitur ex his que ibi habẽtur: aut itaqꝫ.d.Philippus poſſedit iure familiaritatis: ⁊ tunc dictus.d.Guido poſſedit inſolidũ dicta bona emphyteotica : aut nõ poſſedit iure familiaritatis ſed iure ꝓprio:⁊ tunc dictus.d.Guido poſſedit pro dimidia.et ſi dicta bona nõ fuerũt reuerſa ad eccleſiã prout preſupponitur nõ fuiſſe dictus.d.Guido fuit dicta poſſeſſione dimidia vel tota que ad eũ ſpectabat iniuſte priuatus. ⁊ per cõſequens iniuſte peruenit ad dictum Philippũ.⁊ ſi nos tenemus ꝓut tenere videtur pars Philippi ⁊ quidã tenent ꝙ antiquiori poſſeſſori qui ſine iuſta cauſa cecidit a poſſeſſione ſuccurratur remedio poſſeſſorio generaliter vigore.d.l.ſi coloni.⁊.d.c.reintegranda dicendũ eſt ꝙ dicto dño Gui 11 doni cõpetebat remedium hmõi aduerſus dictũ Philippũ.† Et propterea cum ipſe nõ exiſtens in poſſeſſione poſſet poſſeſſionẽ a dicto Philippo vel eius herede aduocare fortius exiſtens in poſſeſſione poteſt aduerſus Philippũ vel eius heredem agentem ſe tueri exceptione quia cui damus actionem fortius exceptionẽ.l.j. §.is autẽ.verſi.nam cui damus.ff.de ſuperficiebus. ⁊ per exceptionem dolo facis petere qd mihi reſtituturus es.ff. de excep. doli.l. dolo.⁊.l.ſi extraneus.ff.de condi.ob cauſam.⁊ per regulam in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis.l. in pari cauſa.ff.de reg.iur. cum cõcor.et quia antiquior poſſeſſio preſumitur magis iuſta quã recentior: nam poſterior poſſeſſio preſumitur clãdeſtina ſeu aliter vitioſa iuxta no.per Barto.⁊ doct.in.l.j.§.fi.⁊.l.ſi duo.ff.vti poſ.et in.c.licet cauſam.extra.de proba.⁊ in.l.j.C.vti poſſidetis clandeſtinus poſſeſſor poteſt ab eo a quo clam poſſidet turbari in ſua poſſeſſione: adeo qd turbatus ſi ageret interdicto vti poſſidetis non obſtante poſſideret non obtineret victoriam.vt probatur in.d.l.j. §.fi.⁊ in prin.eiuſdem.l.⁊.l.vnica.C.eo.titu. fortius videtur ꝙ non debeat obtinere ille qui clam vel iniuſte a me poſſidet ſi propter meam turbationem a poſſeſſione cecidit cum magis faueatur quo ad victoriam reportandam poſſeſſori quã ei qui non poſſidet cum poſſeſſio preſtet maximũ cõmodum.inſti.de interdictis.§. retinende ex quibus patet ꝙ multa cõcurrunt in hanc concluſionem ꝙ dictus Philippus non potuerit agere remedio poſſeſſorio contra dictum dñm Guidonem quatenus ipſe do.Guido prius poſſidebat anteq̃ fuerit priuatus poſſeſſione a dicto Philippo. Concurrit etiam vltra predicta notabilis tex.in.l.ſiue autem.§.ſi duobus. ff.de publiciana.per quem tex.Bar.in.d.l.rem que nobis.et Ang. ibi ⁊ Moderni dicunt ꝙ remedium.d.l. ſi coloni. ⁊ dicte cañ. reintegranda non datur cõtra bone fidei poſſeſſorem titulo poſſidentem etiam ſi fuerit poſterior poſſeſſor dũmodo fuerit talis ꝙ ſibi cõpeteret publiciana aduerſus aliũ non obſtante ꝙ ille qui cecidit a poſſeſſione habuerit etiam titulũ ⁊ publicianam. Conſtat enim ꝙ dictus.d.Guido habebat titulum ⁊ vtilem publicianam merito habita poſſeſſione videtur potior aduerſus dictum Philippũ in poſſeſſione predicta. Solum predicte regule reperiũtur pati fallentiam in violẽto poſſeſſore qui alterũ vi ſpoliauit poſſeſſione per.d. l.qui fundum.⁊.d.l. colonus.⁊ d.c. in literis. ſed dictus do.Guido non preſupponitur violentus poſſeſſor ſeu ſpoliator : ſed poteſt contrarium cum illa qualitas ꝙ per vim ſpoliauit fuerit pro parte dicte domine Rengarde ſublata de libello tanq̃ per errorẽ appoſita: vnde ipſamet videtur aſſerere quod dictus do. Guido ipſam non ſpoliauit poſſeſſione: licet aſſerat ſe iniuſte priuatã dicta poſſeſſione: vnde ſpolium non eſt probatũ nec deductũ in dicta cauſa.

Ex quibus omnibus presupposito ꝙ dicta emphyteosis non inciderit in cõmissum videtur clara fronte cõcludendum ꝙ non solum in hoc iudicio quatenus est intentatũ remedium dicto cañ. reintegranda: sed etiã si esset intentatũ remedium. d. l. si coloni. vel aliud simile possessoriũ dicta dña Elizabetta filia et heres dicti dñi Guidonis esset tuta ⁊ deberet reportare victoriã non obstãtibus adductis in contrariũ que recte intuenti non militant in istis terminis attentis fundamentis. s. factis pro hac parte quatenus seu in ea portione quã dictus dñs Guido possidere cepit post mortem dicti Mathei vel in totum si in totũ possedit per iam dicta. ¶ †Circa emendationem autem libelli non curo insistere quia nõ videtur ꝙ multum preiudicet dicte domine Elizabette: illud autẽ constat ꝙ emendãs debet resarcire damna circa impensas vel alia hmõi que aduersarius sustinet propter emendationem vt probat tex. in. d. l. edita. in fi. ẽm ꝙ intelligunt glo. ⁊ doct. ibi. et in. c. significantibus. extra. de libelli oblatione. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cclxxxiij.

1 Mors ex vulnere secuta an ⁊ quãdo sit vulneranti imputanda vel vulnerato. per totum.
2 Clausula nõ admitto nisi se inquantum quid operetur in datione apostolorum.
Cõfessio ficta vel vera potest cõtraria probatione reuocari. nu. 10.
3 Argumentum a cõmuniter accidentibus est probabile ⁊ in materia probationis.
4 Uerisimilia attenduntur in probatione dubia.
5 Uerbum positum in medio vnius clausule an referatur tãtum ad dictam clausulam vel alias clausulas.
6 Uulneratus qui infra triduũ decedit vel qui post triduũ surrexit ⁊ cum baculo ambulauit an presumatur decesse ex vulnere.
7 Testium dicta non sunt cauillanda sed potius iuuanda.
8 Procurator admittitur in causa criminali ad defendendũ ⁊ innocentias probandum.
9 Pene capitali nemo potest se expresse submittere ⁊ artare.
10 Innocentie probatio si releuat post sententiam ꝙtofortius releuat ante sententiam post confessionem.

¶ Consilium. cclxxxiij.

1 In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ †In presenti cõsultatione vertitur hesitatio sup probationibus hincinde factis sup dicto vulnere an fuerit mortale: ita ꝙ necessario ex vulnere fuerit secuta mors. An vero dicta mors euenerit imperitia medicorum seu culpa dicti vulnerati quasi presupponatur ꝙ si opera medicorũ erat reparabilis remedijs ẽm artem medicine oportunis ⁊ illa nõ fuerint adhibita medicorum imperitia seu facto vulnerati qui noluit obtemperare medicis peritis volẽtibus oportuna remedia adhibere: tunc non sit mors imputãda vulneranti: sed potius ascribenda culpe vulnerati in nõ adhibendo peritos medicos vel nolendo eis obtẽperare per tex. no. in. l. qui occidit. §. fi. ff. ad legẽ aqui. vbi tex. dicit ꝙ si servus fuerit non mortifere vulneratus ⁊ negligentia perijt de vulnerato actio erit nõ de occiso. ⁊ per tex. in. l. si ex plagijs. in prin. eo. ti. vbi tex. dicit ꝙ si quis ex plagijs mortuus esset neqꝫ medici in scientia neqꝫ dñi negligẽtia accidisset de occiso tenetur. ⁊ doct. in dictis iuribus maxime Bal. ⁊ Rapha. trahunt generaliter ad decedẽtes ex vulneribus qð si decedũt imperitia medicorũ aut quia vulneratus noluerit obtẽperare medicis volẽtibus remedia adhibere vulnerans nõ teneatur de occiso. ⁊ dicit Bal. in. d. l. qui occidit. §. fi. ꝙ si noluit vulneratus obtemperare medicis qui ei promittebant salutem presumitur sua culpa decessisse dicens doct. ita velle. et illud esse notandũ pro euadendo homines vulnerãtes ⁊ Rapha. ibi dicit cautelã esse adhibere medicos qui deponãt de qualitate vulneris qð non erat mortale: statur enĩ in hoc iudicio medicorũ ẽm eos ibi. arg. l. semel. de re mili. ⁊. l. j. de ventre inspi. ⁊. l. iij. C. finiũ regun. et. l. septimo mẽse. de statu ho. ⁊. l. intestato. §. fi. ff. de suis ⁊ legi. ⁊. c. fraternitatis. de frigi. ⁊ maleficia. cum si. facit etiã qð habetur in. l. ꝙ si nolit. §. culpam. ff. de edili. edic. vbi dicitur prestare occasionẽ morti ille qui non adhibuit medicum vt infirmus sanari possit vel malum adhibuit medicũ: adeo ꝙ tunc mors est culpe ascribenda ⁊ eidem imputãda vt ibidẽ est tex. notabilis. Ad predicta etiã quod no. Bal. in eadẽ. l. ꝙ si nolit. §. si mãcipiũ. dicens ꝙ si vulnus sit factum mortale ꝑpter imperitiã medici non agitur de occiso. Unde super hoc vlterius nõ insistens super quo per partes aut iudicẽ nõ fieri videtur hesitatio aliqua descendam ad probationes hincinde factas sup qualitate vulneris: an mors inde secuta attentis probationibus hincinde factis censeatur emanasse culpa nõ adhibentis bonos medicos vel nolẽtis obtemperare peritis medicis: an vero censeatur esse probatũ mortẽ fuisse irreparabilẽ adeo ꝙ euitentur iura ꝑdicta que loqui videtur de vulnere nõ mortali: maxime. d. l. qui occidit. §. fi. qui a contrario sensu videtur probare ꝙ si vulnus de se fuisset mortale teneretur vulnerãs de occiso nõ obstãte negligentia seu culpa nõ adhibentis medicũ vel non adhibẽtis bonum medicũ vel nolentis illi obtemperare mors inde secuta imputetur vulneranti ita ꝙ de occiso teneatur: prout hec videntur sumi ex dictis doct. in dictis iuribus: qui se fundant in presumptione que cessat qñ probatur contrariũ cum in re certa nõ sit locus cõiecture seu ꝑsumptioni. l. cõtinuus. §. cum ita. de verb. obli. ⁊ cõtra presumptionem iuris constat admitti ꝑbationes: vt no. in. l. si. ff. ꝙ metus causa. ⁊ in. l. siue possidetis. C. de ꝑba. et in. c. is qui. de spõsa. cum si. Quod aũt dictum vulnus fuerit omnino mortale probari videtur aperte ex dictis duorũ testiũ. s. magistri Bartholi et Honofrij qui directo deponunt ꝙ dictũ vulnus non potuit curari ⁊ sanari ⁊ sanguis nõ potuit restringi ꝑpter qualitatẽ vulneris ⁊ dictũ Amphilionem vulneratũ decessisse ⁊ euadere nõ potuisse ⁊ deponũt in causa sciẽtie: quia viderũt ⁊ magister Bartholus ꝙ ẽm experientiã ꝙ habet in cyrurgia illud deponit: vnde dicti duo testes de directo probare videtur incurabilitatẽ dicti vulneris ⁊ mortem necessario fuisse secutã ex vulnere predicto: vnde eorũ dictis videtur stãdum cum sufficiat numerus duorũ testiũ prout est regulare. l. vbi numerus. ff. de testi. ⁊. c. in omni. extra. eo. ti. cũ si. ¶ Nec videtur obstare attestationes facte in contrariũ: non enĩ videtur obstare id qð primo loco deponunt magister Gregorius et magister Hieronymus qui eorũ iuramẽto dixerũt ex vulnere illato in brachio neminẽ necessario mori debere. ⁊ sic dictũ vulnus ex quo dicit dictũ Amphilionem decessisse non fuisse nec esse potuisse mortale necessario nec eius mortẽ necessario subsequi potuisse. Nam dicti testes nõ deponunt simpliciter dictũ vulnus nõ fuisse mortale: sed nõ fuisse necessario mortale. Illa enĩ qualitas necessario nõ põderatur in. d. l. qui occidit. §. fi. ⁊ multotiens occurrit ꝙ medici iudicant possibile esse aliquẽ ex infirmitate euadere quẽ tamẽ arbitrãtur moriturũ ex ea infirmitate: ꝑut hoc quotidie videmus occurrere: vnde medici tũc arbitrarentur morbũ nõ esse necessario mortalẽ: ⁊ tamẽ nõ improprie dicerent esse mortalẽ. s. quãdo plus tendit ad mortem quã ad euasionẽ. Sepe enĩ occurrit ꝙ qualitas tẽporis et alia que incidũt sunt causa euasionis et causa mortis prout docet experiẽtia rerum magistra. c. quã sit. in prin. de electione. in. vj. ⁊. c. statutum. in prin. eo. ti. ⁊ libro. ⁊ ar. l. legatis. §. ornatricibus. de leg. iij. vnde dicte attestationes videntur concordari posse. s. dictũ vulnus. ẽm cõmuniter accidentia nõ potuisse sanari tamen nõ esse necessario insanabile. ⁊ nihilominus diceretur fuisse mortale. Nec etiã videtur obstare ꝙ deponũt magister Symon ⁊ magister Girolus quia etiã ipsi deponunt dictũ Amphilionẽ nõ fuisse mortuũ ex dicto vulnere necessario. ⁊ sic videtur cadere que. s. dixi circa attestationes magistri Gregorij ⁊ magistri Hieronymi põderato verbo necessario ⁊ qð subditur qð potius ex mala cura ⁊c. illud cõparatiuũ potius põt referri ad verbũ necessario ⁊ sic nõ videtur tollere ꝙ dictũ est. Preterea dicti testes fuerũt examinati post publicationẽ processus. et sic post didicita testificata: vnde videtur subesse timor subornationis ⁊ eis nõ credendũ per tex. in. §. si vero. in aut. de testi. et aut. at qui semel. C. eo. ti. ⁊. c. fraternitatis. cum si. extra. eo. ti. Et maxime quia videtur deponere sup directo cõtrarijs ꝙ nõ licet vt in iuribus ꝑallegatis. Et eadẽ videntur dici posse circa vltimã attestationẽ magistri Gregorij ⁊ magistri Hieronymi. 2 † Preterea videtur ꝙ dictus Lucas cõparens ad defensam dicti inquisiti non debuerit admitti cum causa ista esset capitalis ⁊ in causa capitali nõ admittitur ꝑcurator. ⁊. l. pe. §. ad crimen. ff. de publicis iudi. ⁊. l. j. ff. an per aliũ. ⁊. c. veniẽs. extra. de accu. Et si nõ admittitur cum mãdato fortius nõ videtur admittẽdus sine mãdato. Et ꝑpterea cum iudex nõ amiserit eum nisi si et inquãtũ admitti debuerit nõ videtur ꝙ fuerit admissus cum videat ꝙ admitti nõ debuerit et sic deficiat cõditio illa de presenti iuxta id qð habetur in. l. cum ad ꝑsens. ff. si cer. pe. ⁊ in. l. si qñ. de leg. j. vbi de hac clausula admitto si ⁊ inquãtũ vel simili per Bar. Ange. ⁊ Jmo. ⁊ Bar. in. l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. fac. ⁊ in. l. cum propter. de legatis prestã. ⁊ Bal. in. l. edita. C. de eden. Et propterea videtur ex hoc dictis testibus per dictũ Lucã productis non fore adhibẽdam fidẽ tanꝙ non productis a ꝑsona legitima et sic remanere videtur testes ad instãtiã curie inquirẽtis examinati. et cõsequenter videtur dictus inquisitus cõdemnãdus ⁊ maxime si extat statutum qð solet cõmuniter esse per Italiã. s. ꝙ cõtumax habeatur pro cõfesso. ⁊ sic ipsa ficta cõfessio probet cõtra ipsum cõfitentem. Nec videtur ꝙ admittatur ꝑbatio cõtra cõfessionẽ que versatur sup facto ꝑprio quia super vulnere ab eo illato. Cum in facto proprio nõ cadat ꝑbabilis error. l. ꝙ ꝙ. ff. ad velleia. ⁊. c. ab excõicato. extra. de rescrip. ⁊ quis nõ admittatur ad veniendũ cõtra ꝑpriã cõfessionẽ nisi ex ꝑbabili errore: iuxta ea que habẽtur maxime per Bar. in. l. nõ fatetur. ff. de cõfes. ⁊ doc. in. l. generaliter. C. de nõ nu. pecu. cum si. Jdeo facta scienter vel super facto proprio nõ reuocatur etiã si quis velit probare cõtrariũ. l. iulianus. ⁊. l. si is qui. eo. ti. et per Bar. in. d. l. nõ fatetur. Et eo casu admittatur quis ad probandum cõtra fictã cõfessionẽ quo admittitur ad probandũ cõtra veram confessionẽ voluit Jo. and. in addi. Specu. in ti. depositi. §. nouo. super verbo verũ. ⁊ do. Anto. in. c. fi. circa finẽ. de cõfes. ⁊ Pe. de ancha. post Jaco. de are. in. c. si post prestitũ. de cõfes. in. vj. et qð hac ratione nõ admittatur ꝑbatio cõtra fictã confessionẽ super facto ꝑprio emanatã firmat Jmo. in. l. creditor. §. iussus. ff. de appel. ¶ †His

3 ¶ † His tamen non obstantibus in contrarium arbitror esse aper tam iustitiam: tum quia dicti magister Bartholus et Honofrius examinati & deponentes cōtra dictum inquisitū de se nō probant: tum etiam quia efficaciores sunt probationes contrarie per quas reprobatur eorū dictum tanq̄ non verum quod autem eorum atte stationes non probent vulnus fuisse mortale apparet euidenter: quia saltem dictus Honofrius non reddit sufficientē causam scien tie: nam de ea interrogatus dicit: quia predicta vidit dum dictus Amphilio iacebat in lecto egrotus nec dicit se peritū & expertum in arte medicine seu cyrurgie immo dictus Honofrius dixit ꝙ nō scit legere ex quo datur intelligi ꝙ non potest esse doctus in scien tiam medicine & dictus magister Bartholus dixit ꝙ scit legere sed vulgariter tantum. Libri autem medicine sunt cōmuniter literali sermone descripti. Nec ſm ꝙ cōmuniter accidit habetur scientia medicine ab his qui nesciunt legere latine sed vulgariter tantum et argumentū a cōmuniter accidētibus est probabile. etiam in ma teria probationis no. glo. & Bal. & doct. C. de proba. in. l. neq̄ nata les. &. C. vnde cognati. in. l. non hoc. et facit glo. in. l. j. C. de arbi. &. l. fi. C. de fideiuſ. &. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edili. edic. cum 4 simi. † Et ꝑpterea licet dictus magister Bartholus in causa scien tie interrogatus dicat ꝙ predicta vidit & ꝙ ita dicit ſm experien tiam quam habet in cyrurgia nō videtur supradicta ratio scientie multū probabilis: quia dicta experientia verisimiliter videtur esse multum debilis attento ꝙ nescit legere nisi vulgariter ita qḋ non est verisimile ꝙ habeat magnā experientiam nec ꝙ habeat aliquā theoricam et id quod est verisimile multū attenditur in re dubia. arg. l. in obscuris inspici. &. l. semper in stipulationibus. de reg. iur. & regule inspicitur in obscuris. in. vj. &. c. quia verisimile. de p̄sump. cum simi. Ex quibus videtur intrepide concludendū ꝙ dicte atte stationes nō plene probant dictum vulnus fuisse letale seu morti ferum & non potuisse curari per predicta. & etiam quia potuit con tingere ꝙ ipsi non viderunt dictum vulnus ab ipso initio & potue runt illud tali tempore videre ꝙ tūc erat incurabile licet per prius curari potuisset. et sic cum non se referant ad tempus vulneris vel paruum tempus postea. Et ex attestationibus doceatur ꝙ dictus Amphilio vulneratus superuixit. xlvij. diebus vt. j. subnectam po tuerunt dicti magister Bartholus et Honofrius videre paucis diebus ante mortem ita ꝙ tunc temporis non erat forte dictū vul nus sanabile nec forte dicta vena incisa poterat tunc temporis in ueniri forte propter inflationem vel quid simile. & sic dicta impossi bilitas sanitatis potuit contingere ex precedenti culpa ipsius vul nerati in non adhibendo medicos peritos vel nolendo eis obtem perare offerentibus sanitatem: ideo attestationes predicte nō ar tant nec alie sunt attestationes que faciunt contra dictum inquisi tum: sed q̄plures sunt pro eo facientes. Nam primo faciunt prime attestationes dictorum magistri Gregorij et magistri Hieronymi qui deponunt ſm peritiam eorum artis & ſm regulas medicine ꝙ ex vulnere in brachio illato neminem necessario mori debere et sic dictum vulnus dicto Amphilioni illatum non fuisse nec potuisse esse mortale necessario: vnde ponderandum est quatenus dicunt ꝙ dictum vulnus nō potuit esse mortale necessario que verba im portant ꝙ non potuit esse dictum vulnus talis qualitatis nec po tuit aliquod accidens occurrere propter quod vulnus de se foret mortale necessario hoc est ꝙ ſm regulas medicine non potuisset mors reparari. & sic satis videntur probare ꝙ ſm regulas medicine dictum vulnus non fuit mortale si fuisset diligenter a peritis cura 5 tum prout curari debebat. † Quod & clarius deducitur ex attesta tionibus magistri Perleonis et magistri Antonij doctorum qui dixerunt medio iuramēto dictum vulnus illatum in brachio dicti Amphilionis nō fuisse nec esse potuisse mortale: vnde nō possunt in hoc clarius deponere et subdūt potius esse presumendū dictum Amphilionem ex mala cura et modica curātium diligentia deces sisse ſm regulas & artem medicine. Et licet interserant verbum ne cessario in alia clausula, ibi dum dicunt nec ex eo mortem necessa rio sequi debuisse non propterea deducitur quin verbis. s̄. ponde ratis sit standum ad que nō refertur dictū verbum necessario cum sit positū in medio dicte particule seu dicte clausule: vnde ad illam solam refertur. arg. l. iij. §. si filius. ff. de lib. et posthu. & per cōsequēs habemus quatuor testes peritos in arte qui in effectu deponunt dictum vulnus non fuisse mortale & isti fuerunt examinati ante pu blicationem processus et anteq̄ forent examinati dicti magister Bartholus et Honofrius deponentes contra dictum inquisitum deinde post dictam examinationē magistri Bartholi et Honofrij magister Symon et magister Sirolus deponūt multum aperte ꝙ dictus Amphilio decessit ex mala cura & quia noluit obedire ipsis medicis qui fuerunt vocati ad eum curandū & ipse noluit adhibere remedium ferri igniti prout ipsi medici voluerunt facere et prout debebat fieri & quia illud factū non fuit propterea sanguis semper exiuit & propter cursum sanguinis decessit dictus Amphilio ex di cta mala cura & inobedientia reddentes sufficientem causam scien 6 tie & sic isti testes multū clare deponunt pro dicto inquisito. † In super magister Gregorius & magister Hieronymus doctores artiū et medicine deponunt ꝙ dictus Amphilio non debuit mori ex di cto vulnere quia brachiū non est pars corporis vbi vulnus dicatur mortale & etiam quia superuixit. xlvij. diebus et qḋ traditur certa doctrina in medicina ꝙ superuiuens tot diebus nō deberet p̄sumi et indicari decessisse ex vulnere et reddunt scientiā ſm peritiā eorū et regulas medicine in qua sunt doctores & expresse reprobāt iudi cium magistri Bartholi & Honofrij vt ex relatis in puncto appa ret. et licet dicti duo testes nō reddant causam sciētie circa id quod superuixerit. xlvij. diebus nihilominus sup hoc deposuerant qua tuor alij testes videlꝫ magister Symon & magister prorsus et Ma rianus & Dōnus cōtentus qui probāt de dicto tempore: licet etiā ipsi ſm relata in puncto non videantur reddidisse omnino bonam causam scientie: nihilominus quicquid sit circa hoc sufficiunt alie attestationes per quas apparet ꝙ dictū vulnus ex alio erat iudicā dum nō mortale: licet etiam hoc esset bonum fundamentū: et si illi quatuor testes deficiunt in probatione: quia nō deponunt de visu neq̄ aliter de sensu corporeo ſm verba in puncto relata illud cōti gisse videtur potius ex inaduertētia testiū vel examinātis & iudex per inquisitionē procedens potest testes repetere cum in eo nō ca dat timor subornationis. c. cum clamor. et qḋ ibi habetur per Inn. et doc. extra. de testi. & nō dubito ꝙ dicti testes redderent sufficien tem causam cum videantur plene instructi cum deponant pūctali ter de die illati vulneris & mortis. & dictus magister Symon prout apparet in alia attestatione ipsum vidit vulneratū. Facit ad coad iuuandum hoc fundamentū de longinquitate vite qḋ tradit glo. referendo sacram paginā in. l. j. de emē. ser. dicens ꝙ qui decedit. j. triduū censetur ex percussionibus preambulis decessisse et qui sur rexit & super baculum ambulauit & post triduū decessit non presu mitur ex illis decessisse. & tex. in. c. ij. de clerico percuſ. etiam probat ꝙ ex diuturnitate tēporis presumitur nō decessisse ex crudeli fusti gatione propter diuturnitatē temporis quo superuixit. et tangit etiam Bar. in. l. si in rixa. ff. ad leg. corne. de sica. Ex predictis itaq̄ saltem omnibus simul iunctis cōcludo esse sufficienter probatū di ctum vulnus nō fuisse sui natura mortale adeo ꝙ ſm regulas medi cine non potuerit sanari sed potius econtra. et ꝙ mors fuit secuta ex mala cura et ex inobedientia ipsius vulnerati non obstantibus his que in contrarium adducta sunt. ¶ Non enim obstant attesta tiones dicti magistri Bartholi & Honofrij: quia non probant per ea que. s̄. deducta sunt contra eos tam circa eorum attestationem quam circa reprobationes factas per alios testes de eorum dictis. Item nō deponunt de tempore quo viderūt dictū vulnus & possi bile est & de facili cōtingens ꝙ vulnus a principio nō sit mortale & postea male curatū efficiatur adeo mortale ꝙ reparari non possit: vnde si quis vellet dictos testes ad cōcordiā reducere posset dicere ꝙ deponentes dictum vulnus non fuisse mortale intelligantur ab ipso initio et ſm primordialem naturā seu qualitatē ipsius vulne ris & attestationes dictorū magistri Bartholi & Honofrij intelligā tur ſm tempus quo viderūt illud vulnus: nam verisimile est qḋ sal tem prope mortem dicti Amphilionis dictū vulnus fuerit incura bile: vnde ex pluribus dicte attestationes magistri Bartholi & Ho nofrij non vrgent cōtra dictum inquisitū. † Nec ob. id quod dice 7 batur circa attestationes facientes pro inquisito ponderando ver bum necessario quia satis patet respōsum ex iam dictis. Nam ali que attestationes non interserunt illud verbum & etiam illud ver bum necessario relatum ad verbū potuisse nō habet obstare prout et supra dixi. Et potius est verisimile ꝙ testes posuerint illud ver bum necessario: eo quia cōstat ꝙ potuit ex illo vulnere mors sequi concurrente. s. mala cura. Nam istud experientia docuit in casu de quo agitur: vnde nō poterant dicere omnino non esse mortale hoc est non posse ex eo sequi mortem. propterea verisimiliter adijcie bant illud verbū necessario. & non propter illud quod dicebam alle gando in contrarium & dicta testium nō sunt cauillanda sed iuuan da dicit Jmo. in. l. stipulatio ista. §. hoc quoq̄. de verbo. obli. Nec ob. ꝙ aliqui ex dictis testibus fuerunt examinati post publicatio nem processus: quia potuerūt examinari ex officio iudicis: prout arbitror ꝙ fuerunt examinati per ea que habentur in. d. c. cum cla mor. vt. s̄. dictum est. & forte non fuerunt examinati super articulis directo contrarijs vel eisdem prout requiritur ad hoc vt repellan tur prout est expressum in dicto. c. fraternitatis licet non videam articulos. & propterea sup hoc vlterius non insistā. et maxime cum nō sint sole iste attestationes post publicationē ꝓcessus adhibite.

8 ¶ † Nec ob. id qḋ dicebam ꝙ dictus Lucas nō debuit admitti in causa criminali: nam immo potuit admitti ad probandā defensio nem dicti inquisiti qui poterat absens dānari vt est tex. in. l. seruū quoq̄. §. publice. ff. de procu. vbi hoc firmat Bar. et probatur etiā in. c. veniens. in fi. de accusa. facit. l. reos. C. eo. titu. prout tradunt doct. in iuribus p̄realle. & in. d. §. qui ad crimen. in quibus iuribus hec est cōmunis sententia: licet aliqui contrariū teneant nō insisto maxime cum in puncto non fiat de hoc vis & al's pluries cōsului ꝙ etiam vbi viget statutum in cōtrarium ponderatum. s. ꝙ cōtumax habeatur pro cōfesso possit quis post fictam cōfessionem cōparere et probare innocentiam qui articulus est pulcher et prolixus: non

9 tamen vlterius insistam cum de hoc nō videatur hesitari. ¶ † Nec ob. ꝙ dicta cōfessio videtur cadere in facto proprio: nam immo nō cadit in facto proprio: de quo presumitur scientia ⁊ nō error: vt. s. in cōtrarium dictum est: sed versatur in eo qđ dicitur resultasse ex facto proprio qđ verisimiliter nō cadebant in notitiā ficte confitentis: nam agitur hic de morte nō de simplici vulnere ⁊ an ex vulnere fuerit secuta mors vel nō cadebat probabilis ignorantia ⁊ error in ipso vulnerante qui verisimiliter nunꝙ postea vidit vulneratum. Et cum hoc dependeat ex arte medicine cuius dictus vulnerās vt audio est ignarus: vnde cadit probabilis error ⁊ plusꝙ probabilis vt ita dixerim: preterea etiā contra veram confessionē emanatam super facto proprio etiam nō probato errore admittitur probatio contra veram cōfessionē: in criminalibus saltē in hmōi causis capitalibus: quia nō potest quis expresse se artare ad penā capitalem. arg. l. liber homo. ff. ad legē aquil. ideo inuitus quandoqꝫ defenditur. l. non tantū. ff. de ap. ⁊ l. aditos. C. de epis. audien. similiter nec possit tacite se ad dictā penam artare cōfitendo expresse vel tacite scienter falsum. arg. l. qui ad certum. ff. locati. ⁊ l. cum quid. ff. si cer.

10 peta. † Ita formaliter concludit Imo. in. d. §. iussus. adducens. l. j. §. fi. de questionibus. quasi velit si probatio innocētie releuat post sententiam quāto fortius ante sententiā post confessionē. ⁊ hoc voluit Bald. in. l. proinde. el primo. §. si quis hominē. ff. ad legē aqui. post gl. ibi facit optime ꝙ not. Bar. in. l. j. circa fi. ff. de custo. reorū. dicens ꝙ cōfessio in criminalibus transfert onus probādi in confitentem. ⁊ tamen cōmuniter criminalia intentantur in facto ꝓprio accusati vel inquisiti: quia pene suos debent tenere auctores. l. sancimus. C. de penis. vnde in criminalibus quasi semper cōfessio delicti versatur in facto ꝓprio: ideo prout admittitur probatio cōtra veram cōfessionem: ita ⁊ contra fictā. per. l. qui ad certum. ff. locati. et. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. ⁊ no. in proprijs terminis ficte cōfessionis. per Jo. and. d. Ant. et Imo. s. relata. ad idem no. Pe. de ancha. in. c. si post prestitum. de cōfessis. dicens ꝙ non plus operatur ficta confessio quam vera immo vltra eum quandoqꝫ minus iuxta notata per Barto. in. l. eius qui delatorem. de iure fisci. ⁊ als fictus contumax appellatur ⁊ non verus per iura vulgaria. et ſm predicta procedat qđ notat Jo. and. in. d. §. nono. versi. verum. vbi vult ꝙ licet paciscens super furto fingatur cōfiteri: tamen admittatur probatio in contrariū adeo ꝙ si probaret se non cōmisisse furtū deberet audiri et videretur ꝙ posset repetere id qđ fuisset datum prout refert ⁊ videtur sequi Imo. in. d. §. iussus. merito nō obstante dicta ficta cōfessione debet admitti defensor ⁊ probata innocentia ruit dicta ficta confessio adeo ꝙ inquisitus venit absoluendus. et hoc profecto fuit de intentione Dy. Bar. ⁊ sequaciū qui in. d. §. publice. ⁊ in. d. §. ad crimē regulam dicti. §. publice trahunt ad statuta que sunt cōmuniter per Italiam ꝙ absens contumax possit damnari quoniam statuta Italie cōmuniter dictant ꝙ contumax habeatur pro confesso ⁊ cōdemnetur. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cclxxxiiij.

1 ☞ Tutori datiuo vel legitimo an sit locus matre existente minore que speratur effici maior. per totum.
2 Tutela datiua an faciat cessare legitimam tutelam.
3 Tutela regulatur scdm delationem hereditatis ab intestato.
4 In tutela prefertur auus maternus auie. vsqꝫ ad fi. consi.
5 Tutoribus pluribus concurrentibus simul iudicis officiū est dare magis idoneum etiam si sint legitimi.
Tutorē minus idoneū decernēs iudex pupillo tenetur in subsidiū.
6 Tutele officio magis cēsetur idoneus masculus ꝙ femina. nu. seq.
7 Tutor datus a patre vel matre etiam minus solēniter an sit confirmandus per iudicem.
8 Tutelam affectans dicitur suspectus.
9 Tutor confirmatus an preferatur legitimo ⁊ a matre petitus an sit ceteris paribus a iudice dandus licet absolute loquendo non necessitetur.

¶ Consilium. cclxxxiiij.

In nomine dñi nostri Jesu

1 christi. ¶ † In p̄senti consultatione videtur prima facie premittendā fore auiam. Nam de matre que est prior in gradu ⁊ preferenda foret auie in tutela sicut in hereditate. in aut. de heredi. ab intesta. vēdi. §. ex his. colla. ix. vnde sumitur. aut. matri ⁊ auie. C. quādo muli. tu. offi. fungi potest non videtur habēda consideratio: quia minor non potest tutor esse vel tutrix. l. fi. C. de legi. tut. ⁊ l. meminimus. §. quas autem. C. de legi. heredi. ⁊ insti. de excusa. tu. §. minores. ⁊ insti. de fiduc. tute. §. fi. et in specie in matre est tex. in. l. matre. C. quando mu. tut. offi. fun. potest. merito nō abre in puncto nō videtur haberi cōsideratio matris minoris. Ideo exclusa matre videtur ad auiam deuolutam esse tutelam. Nam tex. in. d. §. ex his. dicit matrem ⁊ auiam admittendas solis testamentarijs tutoribus prelatis ipsi matri vel auie ibi testamētarijs solis tutoribus precedentibus eas ⁊ in dicta aut. matri ⁊ auie ponūtur dicta verba ⁊ subiungūtur ista vez legitimis ⁊ datiuis postpositis. Si itaqꝫ repellūtur legitimi datiui ergo auus repellatur qui non est tutor testamentarius: vnde oportet ꝙ veniat vt legitimus vel datiuus. Si nantē diceremus auum admitti videtur ꝙ vna cum eo auia paterna vocetur ad tutelam cum sint in pari gradu ⁊ pariter ad hereditatē vocatur aut. defuncto. C. ad tertul. Et tutele etiam matri ⁊ auie. ſm ordinem succes. in hereditate defertur. dicto. §. ex his. ibi ſm hereditatis ordinem ⁊ tradunt per illum tex. doct. in dicta aut. matri ⁊ auie. ⁊ Bar. in. l. sub cōditione. versicu. quero quid si est mater. ff. de testa. tut. Nec videtur obstare ꝙ mater petit dari tutorem ipsum auum maternū. Nam ex quo auia prefertur tutori datiuo vt dictum est non procedit petitio matris: quia petitus a matre esset datiuus. Preterea donec est locus testamentario vel legitimo non deuenitur ad datiuū. l. si sororis. C. qui dare tu. pos. et insti. de actili. tu. in prin. sed auia est legitima tutrix: quia a lege sibi defertur tutela. d. §. ex his. similiter ⁊ auus maternus est legitimus tutor cum tutela hodie deferatur pariter cognatis: prout agnatis vt in eodē. §. ex his. in princi. Ideo non videtur esse locus datiuo petito a matre: et propterea non ob. glo. in. d. l. si quis sub conditione. que dicit ꝙ mater habet petere quē vult ⁊ innuit iudicem habere sequi matris electionē et sic dare quem mater elegerit pro qua facit. l. omnē. C. ad tertul. ⁊ l. mater. C. de testa. tut. Nam si glo. illa procederet intelligenda esset quando est locus datiuo tutori: quādo enim est legitimus non pertinet petitio ad matrem vt dictū est. ⁊ in. l. ij. in prin. ff. qui petant tut. ¶ Tamen his non ob. aliud arbitror de iure censendum in hac consultatione: pro cuius decisione tres articuli imminent discutiendi: primus an sit locus tutele legitime an vero tutele datiue. secundus si esset locus tutele legitime qui esset preferendus auus maternus an vero auia paterna. tertius si locus esset tutele datiue quē iudex dare debeat auiam videlꝫ potius an auum predictū: ex quibus apparebit decisio presentis questionis deueniendo ad primū dubium videtur prima facie dicendū ꝙ sit locus tutori legitimo ⁊ non datiuo: prout hoc cōcludere videtur Bar. in. d. l. si quis sub cōditione. in antepenul. q. ea ratione quia in simili videamus ꝙ per secundū testamentū tollitur primū. §. posteriore. insti. quib. mo. testa. infir. ⁊ l. cum in secundo. ff. de iniusto testa. ⁊ tamen hoc procedit si est validū a se secus si dependeat eius validitas a volūtate alterius: vt. l. si filius qui in potestate. ff. de libe. ⁊ posthu. iūcta. l. filio preterito. ff. de iniusto testa. et que no. in. d. l. cum in secūdo. ita in proposito cum tutela matri ⁊ auie deferatur si volunt ante tex. in. d. §. ex his. dicit permittimus

2 vnde reponit in eorū voluntate. † Et propterea sunt tutrices ita demū si volunt prout no. glo. ⁊ doct. in. d. aut. matri ⁊ auie. ⁊ Bar. in. d. l. si quis sub conditione. col. iiij. versi. quero an mater et auia cogātur. ⁊ Dy. et Bar. in. l. ij. ff. qui petant tut. merito dicta tutela matri vel auie delata non faciat cessare legitimam tutelam. et per consequens sit locus sequenti legitimo tutori non datiuo prout videtur velle ibi Bar. tamen contrarium concludit Bal. in. l. fi. C. de legi. tu. dicens se ita consuluisse. et idem concludit Ange. in. d. aut. matri ⁊ auie. quia quādo proximus tutor legitimus excludit sequētes in gradu. l. si plures. de leg. tu. ⁊ si est spes ꝙ admittatur existēs in primo gradu legitime tutele nō deuenitur ad alium legitimum vt quia impedimentū aliquod temporale imminet propter quod impeditur primus assumere tutelam ⁊ illud speratur remoueri durante pupillari etate: tunc non deuoluitur tutela ad sequentē legitimum sed deuenitur ad datiuū. l. non solū. §. si libertus. ff. de excu. tu. ⁊ insti. de excu. tu. §. item qui rei publice. ⁊ l. j. §. si apud hostes. ff. de legi. tu. ⁊ l. si tutor rei publice. §. si duobus. ff. de tute. et rati. distra. ⁊ ibi per Dy. ⁊ omnes prout dicit Nico. de neapo. idem concludens ꝙ et concludit Bar. in. d. l. si quis sub cōditione. in. j. q. ita ergo in proposito si mater est minor et speratur effici maior durāte pupillari etate filiorū non sit locus sequenti legitimo tutori prout esset auia sed deueniatur ad datiuum: vt sic postea mater effecta maior ipsa sit tutrix remoto datiuo quia per superuenientiā legitimi cessat tutela datiui vt dictis iuribus: non aūt ita contingit in legitimo: quia legitima tutela superueniens nunꝙ facit cessare legitimā: quia sunt paris potentie ⁊ paris virtutis: ideo est introducta dicta regula. s. data: prout dicit Ange. in dicta aut. matri ⁊ auie. respondens ad motiuū Bar. ꝙ in casu Bar. primū testamentum est validū ⁊ ex eo delata est hereditas: sed in casu nostro negatur legitimā tutelam esse delatam ſm eum. Tu potes etiā respondere pluribus alijs modis. primo ꝙ nō speratur cōfirmari de iure ciuili adeo ꝙ deferatur ex secūdo hereditas sed speratur cōfirmari de iuris pretorij equitate ita vt ex eo deuoluatur bonorū possessio prout videtur probare tex. d. l. filio preterito. ⁊ multi tenent ibi ſm quorū opi. non ob. quia scdm debet esse tale ꝙ ex eo possit deferri hereditas ſm regulam. d. l. cum in secūdo. Vel si hec opi. non teneatur potest responderi ꝙ speratur cōfirmatio secūdi testamenti de iure speciali: ideo illa spes non est in consideratione prout non est in cōsideratione quādo legitimus cessauit a tutela ꝓpter aliquod impedimentum: nam si speratur remoueri impedimentum de iure cōmuni est locus datiuo non legitimo. d. §. si apud hostes. Si vero speratur remoueri de iure speciali nō est in cōsideratione illa spes quominus deueniatur ad legitimum sequentem et cesset datiuus

puta

puta quia primus sit deportatus.l.iij.§.penul.de leg.tu. prout tradit Bar.in.d.l.si quis sub cõditione.in fi.prime questionis. secũdũ autẽ testamentũ in quo filius est preteritus nõ speratur confirmari de iure cõmuni sed de iure speciali vt.d.l.filio preterito. et hoc ẽm omnes:ideo hac ratione non tollatur primum non ea sola ratione quia speratur confirmari volũtate alterius. Et concurrit etiã quia illa spes non est verisimilis quia non est verisimile ꝙ filij preteriti quibus est delata hereditas ab intestato ⁊ quibus est quodãmodo facta iniuria per scõm testamentum velint illud cõfirmare ⁊ se priuare hereditate delata:sed in casu nostro speratur ad matrem tutelam deferri de iure cõmuni ⁊ spes delationis tutele est naturalis et verisimilis:immo nihil noui cõtingente omnino casus hmõi delationis tutele est venturus solo cursu temporis merito casus sunt separati ⁊ separatam rationem habentes ⁊ separatorũ non est illatio.l.si.ff.de calũ.l. si maritus.C. de dona.inter virũ.l. naturaliter.§.nihil cõmune.ff.de acqui.possess. ¶ Tertio responderi potest ꝙ in casu Bar. scõm testamentũ speratur confirmari voluntate tertij non volũtate institutorũ in ipso testamẽto et sic non volũtate eius ad quem speratur deuolui hereditas ex ipso secũdo testamẽto : sed in casu nostro speratur tutelam deuolui volũtate prioris in gradu cui speratur tutela deuolui ⁊ sic nõ sunt casus similes. ¶ †Quarto

3 respõderi potest licet mater nõ cogatur esse tutrix:tamen tutela ei defertur:quia dicitur delata hereditas que iam acquiri potest per volũtariam aditionẽ.l. delata.ff.de verb.signi. ideo dicatur delata tutela matri ex quo volendo potest illam cõsequi ⁊ prout sunt legitimi heredes necessarij ⁊ volũtarij: ita ⁊ a simili sunt legitimi tutores seu tutrices necessarij ⁊ voluntarij prout hoc.ar. vtuntur doct. maxime Ange.in.d.auf.matri ⁊ auie in illo articulo an tutela matris et auie sit tutela legitima. Tutela enim regulatur ẽm ꝙ regulatur delatio hereditatis.l.ij.ff.de legi.tu.⁊.d.§. ex his.⁊.l. quo tutela.ff.de reg.iur. sed ponamus in hereditate proximũ agnatũ vel cognatum esse talis cõditionis de presenti ꝙ non possit esse heres de presenti tempore quo hereditas al's defertur : tamen speratur obstaculũ remoueri dicemus ne sequentem legitimũ admitti certe puto dicendũ esse ꝙ nõ admittatur siue sit volũtarius siue necessarius ad hoc.l.j.§.ꝙ si filius.ff.de suis ⁊ legi. nec attenditur ad exclusionem sequentis in gradu: an primus in gradu sit heres necessarius an sit volũtarius:ita nec attendatur in tutela prout etiam nõ attẽditur in testamento secũdo ⁊ primo sed tradatur regula ꝙ per secundũ testamentũ tollitur primum dũmodo ex secũdo possit esse heres:vt.d.l.cum in secũdo. Nec curatur possit esse heres volũtate sua vel ex necessitate vt ibi probatur ⁊ omnes fatentur ⁊ hoc nemo in dubium reuocaret. Ita in proposito nõ curetur possit in primo gradu etiã tutor vel tutrix volũtaria an necessaria ad hoc vt cesset delatio tutele ex secũdo gradu : vt arguamus in proprijs terminis quibus arguit Bar. Et ponamus in secũdo testamento heredem seium institutũ sub conditione si titius cõsuluerit ⁊ si voluerit esse heres dicet ne Bar. aut quiuis alius quominus primum testamẽtum tollatur per scõm.absit:quia contra casum.d.l.in scdo in generalitate sui ita dicamus primũ tutorem legitimum excludere scõm.

4 Licet inuitari speretur si voluerit.†Cõcludamus itaq; in casu isto esse locũ tutori datiuo ⁊ non tutori legitimo non obstante ratione Bar.cui date sunt.s.plures responsiones.Nec ob. eius auctoritas quia argumẽtatiue loquitur nõ decisiue cum subdat hoc nõ pono pro cõstanti. Si autem diceremus esse locũ legitime tutele videretur preferenda auia vel saltem ꝙ simul admittãtur. ⁊ profecto hoc ẽm tenet Saly.in.d.auf.matri et auie.vbi glo. videtur idem velle. tamen Bar.ibi inclinat in contrariam sententiam.s. ꝙ preferatur auus maternus.et clarius vult Barto.in.d.l.si quis sub cõditione. quia tex.in.l.codicis dicit legitimos preferẽdos matri.et tex.in.d.§.ex his.dicit matrem ⁊ auiam preferri legitimis ex latere venientibus:ergo a cõtrario in ascendentibus secus est:ideo saltem remaneat ius antiquũ in quo legitimi preferuntur matri et si matri fortius auie cum mater preferatur auie ⁊ si vinco vincẽtem te fortius vinco te.l.de accessionibus.ff.de perpe.⁊ tempo.pscrip.cum cõcor. et hoc vltimum.s.ꝙ vbi mater excluditur fortius auia tenent doc. cõmuniter in.d.auf. licet glo. aliud ibi videatur velle et non bene prout volunt Bar.⁊ Ange.Saly.autem dicit ꝙ glo. illud nõ vult dando aliam intelligentiam illi glo. non curo insistere. ipse etiam Saly.nititur ea ratione ꝙ non sit melioris conditionis auia quam

5 mater.† Et hãc partem ꝙ auus maternus preferatur auie firmat aperte Ang.in.d.auf.matri ⁊ auie.et satis videtur de mente iuris. et ratio suadet ꝙ in officio virili prout est officium tutele.l.tutela. et.l.fi.ff.de tutelis.⁊.ff.de reg.iur.l.ij.⁊.C. quando mu.tu. offi.fun. potest ceteris paribus masculus preferatur matri. Non autem in casu isto puto amplius insistendum propter dicta in primo articulo:nam ex quo dixi non esse locum tutele legitime sed datiue non est multum expediens videre an sit in legitima tutela preferendus auus an auia vel sint simul admittẽdi:sed expedit deuenire ad tertium articulum presupposito primo pro cõstanti.et sic quẽ debeat iudex dare.et pfecto iudex debet dare magis idoneũ: vt probatur in auf.sicut.C.de legi.tu.⁊ Cy.⁊ Saly.⁊ docto.ibi. ⁊ licet loquatur in tutoribus legitimis.s.quo ad decernendam administrationem ipsis tutoribus datis a lege:tamẽ idem ⁊ multofortius dicendũ est in tutore datiuo cui per iudicem decernitur ⁊ tutela ⁊ administratio. Lex enim confidit de iudice tanq̃ de bono viro.l.vir bonus.ff. iud.sol. Ideo si minus idoneũ eligit in subsidium tenetur pupillo. C.de magistra.cõuen.l.si tu.⁊.l.aduersus.et per totũ illum titulum

6 C.⁊.ff.⁊.l.de creationibus.in fi.C.de episco.audi.† Nulli autem dubium ꝙ ceteris paribus et in dubio ad officium tutele magis idoneus censeri debet masculus quam femina quia fragiles sunt femine ⁊ non habent sanum iudicium prout masculi:ideo iura antiqua non permittebant tutelam feminis.l.iure nostro.ff.de testa.tu.⁊.l. femina.ff.de legi.tu. et hoc propter infirmitatem sexus muliebris

7 probat tex.in.l.j.C.quando mu.tu.offi.fungi potest.† Item iudex tenetur sequi inditiũ patris qui in testamento dedit tutorem filio etiam si minus solẽniter.l.si filio.ff. de confirma.tu.⁊.C.eo.titu.l.ij. vel ab eo qui dare nõ potest.§.fi.insti.de tu.⁊.d.l. si filio in sui generalitate. Non autem ita in dato a matre in testamento. nam illud ex inquisitione cõfirmat.l.j.C.de cõfirma.tu.vbi glo. rationem assignat quia mulieris cõsilium fragile est ⁊ mutabile. Et propter fragilitatem mulierum conceditur eis beneficium velleiani et multa hmõi possunt adduci iuxta ea que habentur in.l. in multis.ff. de statu homi. Prout itaq; lex magis confidit de masculo ita ⁊ iudex

8 facere debet in dubio.† Secũda etiam ratione reputandus est magis idoneus ipse auus:quia in puncto dicitur ꝙ affectat tutelam ⁊ mihi dicitur ꝙ auia instat et petit sibi decerni tutelã: vnde ex hoc solo est suspecta si ita est.arg.l.que omnia.ff.de procura. hinc est ꝙ testis qui spõte accedit ad testificandum censetur suspectus vt per glo.in.l.presbyteri.C.de episco. et cleri.per Iaco.de bel. in auf. de testibus.§. si vero ignoti. per Bar. in.l.post legatũ.§. penul.ff.de his quib.vt indig.per Ange.in.d.l.que omnia.⁊ qđ petens se dari in tutorem vel tutricem censeatur suspectus.volunt Cy.⁊ Salyce. in.l.fi.C.de legi.tu. quatenus dicunt ꝙ ideo nõ censetur suspectus ibi quia petit se cõformari: non autem petit se dari immo quidam dicunt ꝙ nec ipse debet petere se confirmari:ne ita petendo censeatur suspectus.d.l.que omnia verba sunt.Cy.in.d.l.fi.qui ita transit ad hoc bonus tex.in.l.scire.§.fi.ff.de tu.⁊ cu.dan.ab his.⁊ ibi Bar. ¶ Tertio audio ꝙ cõcurrunt alie circũstantie: quia auia non ita affecta olim patri et subsequenter hodie filio eidẽq; nepoti. Item non ita abundans facultatibus et magis egena pro se. et maxime pro alijs suis descendentibus quibus magis afficitur quam dicto nepoti: que etiam circũstantie essent magnifaciende per iudicem:

9 sed non insisto cum in puncto non tangantur.† Ultimo concurrit matris indiciũ que petit in tutorem dari dicto pupillo ipsum auũ maternum ⁊ non auiam. Nam lex etiam confidit plurimum in hac parte de iudicio matris adeo ꝙ quandoq; vult tutorẽ in testamento datum a matre confirmari cum inquisitione quandoq; sine vel cum parua inquisitione.l.mater.C.de testa.tut.⁊.l.j.C.de cõfirma. tu.⁊.l.credendum.ff.qui petant tu. Et quidam tenent cõfirmatum tutorem preferri legitimo prout Mar.sil. disputauit et doct. tangunt in.l.neq;.C.de cõfirma.tut.⁊ in.l.j.ff.eo.titu.vbi per Bar.ita qđ lex multum confidit de matre : licet magis de patre vt tradunt doct.in.d.l.j.de cõfirma.tu. Et ideo non immerito vult glo.in.d.l. si quis sub conditione ꝙ mater potest petere quem vult ⁊ sentit ꝙ iudex habet dare quem ipsa petit.⁊ Bar.ibi ita eam refert.⁊ illam glo.ita intelligendo sequitur Iaco.de are.dũmodo petat habilem et idoneũ ẽm eum vt refert ibi Bal.qui formaliter subdit. ⁊ presumo eum habilem et idoneum: eoipso ꝙ est petitus a matre: vnde iudex si aliud sibi constat tenetur illum dare quem mater petit vt in auf.de nup.§.sinautem tutelam qui.§.allegatur per glo.⁊ ita de facto respondit Bar.et licet Bar.ibi post alios quos refert videatur velle ꝙ iudex non teneatur dare de necessitate illum quem mater dat per.d.l.credendum.in fi.cũ similibus.que dicunt a matre datum vel petitum ex inquisitione dandum vel confirmandum: nihilominus possunt multum apte opiniones concordari datum a matre in testamento vel petitũ non necessitatur iudex dare. Et non debet omnino stare iudicio matris quod solum non sufficit: sed debet inquirere an petitus sit idoneus ⁊ habilis et si inquirens inuenerit non idoneum vel inhabilem non habet illum dare: licet a matre petitum:ideo non necessitatur illum dare:prout necessitatur datum a patre quem sine inquisitione confirmari:ita procedat opi.Bar.⁊ sequacium. Aut iudex non reperit eum inhabilem vel minus idoneum:et tunc teneatur ipsum dare. et ita procedat opi. glo.Iaco.de are.⁊ Bald. quorum permaxime est auctoritas accedant no.per Iaco.butrig.⁊ doct.in.l.j.C.qui pro sua iurisditione. et maxime cum Barto.ita respondit prout attestatur ipse Bal.et fatuus esset iudex qui vellet se cõstituere inter amfractus opinionum si non reperit petitum a matre minus idoneum. Cum itaq; dictus auus maternus non reperiatur inhabilis neq; minus idoneus ⁊ petatur a matre et concurrant alia que dixi intrepide concludendum est iudicem debere ipsum dare tutorem dicto pupillo potiusq̃ auiam non ob. adductis in contrarium quibus apparet responsum per predicta.

Laus deo.

Summarium super consilium.cclxxxv.

☞ Juri accrescēdi an sit locus inter duos stipulātes emphyteosim vel altero decedēte pars decedētis reuertatur ad ecclesiam.

1 Consuetudo est tanꝗ̄ ius non scriptum seruanda.
2 Stilus curie seruari solitus est seruandus.
3 Emphyteosi stipulatu pro me et vxore mea si non queritur vxori mee mihi accrescit.nu.seq.⁊.5.⁊.12.
4 Emphyteosis contractus an propter vnitatem ⁊ indiuiduitatem prestationis canonis dicantur plures emphyteoses vel vnicus cõtractus.nu.6.⁊.nu.11.
5 Jus accrescendi an habeat locum in feudo.nu.seq.⁊.7.
7 Juris accrescendi non est locus inter primos stipulantes emphyteosim.
8 Promitto verbum in singulari vel plurali instrumento adiectum intelligitur solēni stipulatione.
9 Emphyteosis an sit species locationis vel conductionis.
10 Pensio iusta dicitur illa que in.xx. annis lapsis ascēdit valorē rei.
11 Jus accrescendi an habeat locum in contractibus.nu.6.

Consilium.cclxxxv.

In nomine dñi nostri Jesu

1 christi. † Uiso ꝓcessu agitato inter syndicũ epi ciuitatis castelli prouocantē ad iudiciũ ex vna ⁊ ser Mariottũ ex alia parte conuentũ sup quadā domo emphyteotica ⁊ cum a me queratur quis foueat iustitiā ⁊ que sint partes iudicis an pars epi: an vero pars cõuenti: ꝑfecto insistendũ foret super rititudine processus: vtrũ scꝫ procedat dictus modus iudiciarius executiuus qui videtur intentatus ⁊ processus ipse agitatus nõ porrecto libello ⁊ lite non cõtest. Sed quia dicitur ꝙ stilus ⁊ cõsuetudo est ꝙ semper ita procedatur in hmõi causis emphyteoticis qñ ecclesia pretēdit emphyteosim esse reuersam ad ecclesiā: ideo non insistā super hoc: quia cõsuetudo est seruāda tanꝗ̄ ius non scriptũ.§.constat.⁊.§. ex non scripto.insti.de iure natu.gen.⁊ ciui.⁊.l.de quibus cum sequētibus.ff.de.ll.⁊.C.que sit longa cõsue.l.j.⁊.iij.⁊ extra.de cõsue.c.fi.⁊

2 quasi per totũ. † Et stilus in curia ipsa solitus obseruari est seruandus.c.ex literis.⁊ ibi habetur.extra.de cõstitu.⁊.d.l.j. ibi in eodem genera cõtrouersiarũ seruata sunt ⁊ qd̄ ibi in glo. dum loquitur de consuetudine iudicis: licet possit aliter intelligi ⁊ notat Cy.in.l.ij. eo.ti.⁊ Bal.in.l.quibus.⁊ Nico.de nea.in.l.iurisperitos.in fi.principij.ff.de excu.tuto.⁊ quidā ascribunt Bar. Nam solet in illo titulo et sequētibus Nico.ꝑdictus scribi in lectu. Bar. quia Bar. illos aut parũ aut nihil legit. Et forte dictus stilus fuit causatus ex eo quia quidā tenent ꝙ propria auctoritate põt ecclesia vel alius qui cõcessit rem in emphyteosim finita emphyteosi rem apprehendere ꝓpria auctoritate ⁊ expellere detinentē etiā inuitũ ⁊ resistentē et si ex vrbanitate adiuerit iudicē in tali iudicio nõ requiratur ordo iudiciarius: prout inter cetera voluit Bal. in.l.ij.C. de iure emphy. licet circũscripto stilo hoc nõ esset in iure expeditũ per ea que post glo.ibi tradit Bar.ibi ⁊ latius in repe.l.creditores.C.de pigno. et Jmo.in.c.potuit.extra.de loca.in antepe.char.in versi.vltimo q̄ri põt qualis erit pratica vbi late ꝓsequēdo plures recitat opi. quas breuitatis causa omitto ex quo ꝓsupponit dictus stilus ⁊ cõsuetudo dicte curie ep̄alis ꝓcedendi: ꝑut ꝓcessum fuit in dicta cā qui est

3 seruādus vt.s̄.dictũ est maxime stāte varietate opi. † Deueniēdo itaqꝫ ad merita cause quia ꝓsupposito dicto stilo ⁊ ꝙ ordo iudiciarius nõ requiratur nõ video aliquid discutiēdũ ꝙ respiciat ordinem ꝓcedendi vel rititudinē seu validitatē processus sola videtur esse hesitatio an per mortē dicte dñe Chedulinę dimidia dictarum domorũ emphyteoticarũ sit reuersa ad ecclesiā an vero ꝑtineat ad dictũ ser Mariottũ. Circa qd̄ videtur prima facie dicendũ ꝙ dicte dimidie dictarũ domorũ pertineant ad dictũ ser Mariottũ ⁊ non sint reuerse ad ecclesiā ex pluribus. et primo quia videtur ꝙ dicta cõcessio in emphyteosim in ꝑsona dicte dñe Chedulinę non valuerit: ex eo quia nõ videtur ꝙ ipsa vel aliquis alius stipulatus fuerit vel receperit pro ea: sed solum ser Mariottus stipulatus fuerit pro se ⁊ suis filijs ⁊ nepotibus masculis legitime descēdentibus ex se ⁊ dicta dña Chedulina: ⁊ qñ contractus onerosus est collatus in ꝑsonas duorũ copulatiue si nõ tenet in ꝑsona vnius totus residet in ꝑsona alterius. et sic est quodāmodo locus iuri accrescendi vt est tex.in.l.fundus ille.ff.de cõtrahen.emp.⁊ Bar.⁊ doc.in.l. si mihi ⁊ titio.in prin.de verbo.obli.vbi etiā per glo.⁊ ideo cum dicta cõcessio in emphyteosim videatur etiā sub titulo oneroso: ex quo facta est sub annuo cēsu soluēdo per emphyteotas et videatur nõ valere in ꝑsona dicte dñe Chedulinę per ꝑdicta restare videt̄ ꝙ tota resideat in persona ser Mariotti ⁊ descendentiũ.⁊ hoc voluit Bal. in aut.si quas ruinas.in vlti.colum.dicens ꝙ si recipio emphyteosim pro me ⁊ vxore mea si non queritur vxori mee mihi accrescit adducit.l.si absentis.C.si cer.pe.⁊.l.cum queritur.de admi.tu.⁊.d.l. fun-

4 dus ille. † Nec ob.ꝫm eum ratio Bar. ꝙ videantur plures emphyteoses quia illud negat. Nam ꝓpter vnitatē ⁊ indiuiduitatē prestationis canonis potius reputatur vnus contractus.arg.ff.de edili. edic.l.si plura. ideo potius est ius nõ decrescēdi quā ius accrescēdi qd̄ habet locum in cõtractibus.ff.quēad.ser.amit.l.aqua. ꝫm eum. et cum hoc tandē videtur transire Põta.in.l.vnica.C. quādo non

5 peten.par.circa fi.xij.additionis ad Bal. † Quod ⁊ scd̄o dicēdum videtur q̄ in emphyteosi videt̄ inter emphyteotas esse locũ iuri accrescendi prout in feudo ita ꝙ dato ꝙ ab initio teneat: tamen si deficit in ꝑsona vnius deuoluatur ad alios: vt in.c. cum nũc corradus.qui feu.dare pos.in vsi.feu.⁊.c.j.de succes.feu.et in.c.j.de duobus fratribus a capita.inue.eo.lib. ⁊ idē videmus in vsufructu.l.j. ff.de vsufru.accre.⁊ assignatione libertorũ in.l.vtrũ.j.ff. de assi.lib. et idem formaliter in emphyteosi cõcessa duobus tenuit Dy.in.l. codicillis.ff.de vsufr.leg. assimilās emphyteosim vsufructui vt ibi per eum.⁊ videtur tenere Spe.in ti. de loca.§. nũc aliqua.ver.lxix. Tertio quia nõ est verisimile ꝙ dictus ser Mariottus et dicta dña Chedulina voluerint ꝙ post mortē ipsius Chedulinę dimidia dictarum domorũ deuolueretur ad ecclesiā ⁊ priuarentur dicta dimidia etiā eorũ filij si remāsissent tēpore mortis dicte dñe Chedulinę. Attēto maxime ꝙ in eodē instrumēto fuerũt stipulati emphyteosim pro se ⁊ eorũ filijs et ex precedētibus cõiecturatur mens etiā in sequētibus.l.si seruus pluriũ.§.fi.de leg.j.⁊.l. qui filiabus.eo.ti.⁊.l. si legatorũ.de leg.ij.⁊.l.heredes palā.§.sed si notam.ff. de testa.⁊ in dubijs pluriũ attenditur quid cõsueuerit facere actũ gerens.arg.l. qui semisses.de vsu.⁊.l.vel vniuersorũ.ff.de pig.acti.⁊.d.l. si seruus pluriũ.§.fi.⁊ in obscuris attēditur illud qd̄ est verisimile.l.in obscuris inspici.ff.de reg.iur.⁊.l.semꝑ in stipulationibus.eo.ti.⁊.c.inspicitur in obscuris.eo.ti.lib.vj. Quarto quia videtur ꝙ consuetudo iuuet dictũ ser Mariottũ que videtur probata per attestationes inductas pro parte dicti ser Mariotti: et etiam conferre videntur instrumēta producta pro parte epi. Ex quibus videtur deprehēdi qualiter fuerit cõsuetũ fieri hmõi locationes emphyteoticas viro et vxori quādo quo ad vxorem cõferuntur in eius vita tantũ: nam cõtractus censetur in dubio celebratus: prout celebrari solet.l.qd̄ si nolit.§.qui assidua.ff.de edili.edic.⁊.l.si prius.ff. de aqua plu.ar. et.l.fi.C.de fideius.et facit.l.cum delanionis.§.asinā.in fi.ff.de fundo instructo.⁊.l.si seruus pluriũ.§.fi.ibi consuetudo.deinde regionis in qua versatus est. cum simi. Cum itaqꝫ appareat maxime ex instrumētis productis pro parte epi ꝙ cõcessiones emphyteotice facte marito ⁊ vxori in eius vita tantũ soleāt fieri cum pacto ꝙ per mortē vxoris res cõcessa non reuertatur ad ecclesiā in aliqua parte et maxime cum in dictis instrumētis dicatur in forma cõsueta que verba vidētur innuere talem esse cõsuetudinē dicte ecclesie. Dicendum videtur ꝙ ista concessio de qua agitur simpliciter facta tacite censeatur facta sub illa forma.ar.d.§.qui assidua.cum si.⁊ facit.d.l. semper in stipulationibus.⁊.d.l. in obscuris inspici ibi qd̄ frequen-

6 tius fieri cõsueuit. † His tamē non ob. cõtrariũ arbitror de iure respondendũ: nam constat ꝙ quādo res duobus cõceditur vt duo stipulātes cuilibet queritur pro sua virili.l.reos.§. cum in tabulis. de duobus reis.⁊.d.l.si mihi ⁊ titio.in princi.⁊ facit.l.j.C. si plures vna sententia.⁊.l.paulus respondit.de re iudi.⁊.l.si pluribus.⁊.l.si quis testamento titio.de leg.j. Jtem regula est ꝙ in contractibus nõ est locus iuri accrescēdi.d.l.si mihi ⁊ titio.⁊ in.§.ꝙ si quis. insti. de inutilibus stipu. etiam in feudis vt est expressum in.c.j.de duobus fratribus de nouo beneficio inuestitis.⁊ facit.d.c.j.de duobus fratribus a capita.inuesti.argu. sumpto a speciali prout sumi potest.l.j.ff.ad munici.⁊.l.j.C.de thesaur.lib.x.item alia regula est qd̄ post ius quesitum nõ est locus iuri accrescendi.l.lucius.§. gaio ad treb.⁊.l.fi.§.filiũ.de lega.ij.⁊.l.j.ante finem. de vsufructu accrescen. et dictis capitulis primis ex quibus in ꝓposito nostro resultat ꝙ dicte dñe Chedulinę dimidia dictarũ domorũ fuerit sibi quesita in eius vita pro sua virili. Et licet postea per eius mortem sua portio deficiat nihilominus nõ accrescat dicto ser Mariotto sibi cõiũcto sed deuoluatur ad ecclesiā: tum quia sumus in cõtractibus in quibus non est locus iuri accrescendi: tum etiam quia sumus post ius quesitum ipsi dñe Chedulinę et post ius quesitũ non est locus iuri

7 accrescendi prout superius deductum est. † Et prout per predicta concludit Bar.in.d.l.si mihi ⁊ titio.in prin.ꝙ in cõtractu emphyteotico inter primos stipulantes nõ est locus iuri accrescēdi prout nec est locus in feudo vt dictis capitulis primis.et idem concludit Ponta. in suo cõsilio incipiente initiũ proposite cõsultationis in ordine.cccxxvj.et idē voluit Cy.in.l.j.C.quādo non pe.par.dicens Dy.idem voluisse in.d.l.si mihi ⁊ titio. idem etiam voluit Bal.in dicta.l.j.quādo non peten.par.et in.l.vnica.§.in primo.C.de cad. tollē.⁊ cum hoc transit Jmo.in.d.l.si mihi ⁊ titio.⁊ in.c.potuit. de loca.⁊ Bal. etiā idem voluit in.d.aut.si quas. eo casu quo a princi. non impeditur acquisitio sed portio caducatur ex postfacto quod membrũ habet pro expedito Ponta.in.d.l.j.C.quando nõ peten. par. vnde saltem hoc casu videtur intrepide concludendũ ꝙ nõ sit locus iuri accrescendi in emphyteosi inter primos acquisitores saltem post ius quesitũ. Et casus noster huic membro est applicādus: quia dicte dñe Chedulinę extitit ius quesitũ ꝙ defecit ꝑ eius mortem: ergo sine dubio dicendũ est ꝙ virtute iuris accrescendi eius portio virilis nullatenus sit deuoluta ad dictũ ser Mariottũ sibi coniunctũ. Nam dicta emphyteosis fuit cõcepta eidem presenti: et cõsentienti

consentienti.prout & forte in dubio cōsentire p̄sumeretur alio nō expresso cum principaliter de eius fauore agatur.ar.l.qui patitur cum concor.ff.man. Et licet non fuisset stipulata non refert q̄ iure non cauetur quod in emphyteosim requiratur stipulatio: vnde nō requiritur.ar.l.illā.C.de colla.& in auk.de triente & semisse.§. cōsideremus.prout nec requiritur in conductione & locatione qui est contractus qui solo cōsensu perficitur.l.consensu.ff.de act.& ob.& insti.de obli.q̄ ex consen.nascun.

8 †Quinimmo ridiculū est dicere q̄ dcā dn̄a Chedulia nō fuerit pro se stipulata dictas emphyteoses dictarum domorū si quis diligenter respiciat totum tenorē instrumenti dicte concessionis.prout totus est inspiciendus.l.in ciuile.ff.de.ll.licet enim.in prin.dicatur q̄ dn̄s vicarius dedit cōcessit & refirmauit dicto Ser Mariotto presenti stipulāti & recipiēti &c.& dn̄e ceduline predicte in vita &c. Nec adijciatur in persona dicte dn̄e Ceduline presenti stipulanti & recipienti &c.nihilominus subditur postea in dicto instr̄o q̄ dictus vicarius p̄miserit dictis Ser mariotto & dn̄e ceduline dictā cōcessionem & refirmationē ratam & firmam habere tenere obseruare & adimplere: & postea subditur alia clausula que omnia & singula.s̄.& infrascripta dicti contrahētes dictis nominibus sibi inuicem vz vna pars alteri & altera alteri promiserunt firma & rata habere & obseruare &c.sub pena dupli &c. Et verbum promiserunt in instr̄o positum intelligitur p̄ solēnem stipulationem.l.j.C.de vsur.& insti.de inutilib⁹ stip.§.si scriptum.vnde constat ex dictis verbis in instrumento adiectis q̄ dcā dn̄a Chedulina concessionem dicte emphyteosis expresse acceptauit recepit & stipulata fuit: & cōsequenter nulli dubium q̄ ab initio valuit etiam in eius persona & fuit sibi ius quesitum.

9 †Unde intrepide concludendū est q̄ hoc casu cessat ius accrescendi: q̄ nō sum⁹ in contractu ab initio pro parte nullo & sic non obstat.d.l.fundus ille.&.d.l.si absentis.& qō per illas dicit Bal.in.d.auk.si quas rui.licet etiā si a principio nō valuisset in p̄sona dicte dn̄e nō esset expeditum q̄ esset locus iuri accrescendi vel non decrescendi cum bar. et ceteri de quibus.s̄.etiam eo casu velint contrarium. Nec tūc obstaret.d.l.fundus ille.quia iste contractus videtur potius censendus gratuitus q̄ onerosus attenta paucitate census cū solūz.x.denarios annuos p̄miserint: & sic canon nullatenus est commensurādus rebus concessis.& cōsequenter principaliter videntur facte dicte concessiones animo liberali potiusq̄ contemplatione canonis al's dictus contractus videretur rescindēdns: q̄ esset lesio vltra dimidiam iuste mercedis: & sic militaret remediū.l.ij.C.de rescin.vē. et.c.cū causam.&.c.cum dilecti.de emp.& ven. Nam illud remediuz militat etiam in contractu locationis & cōductionis.vt no.glos.et docto.ibi in.l.si olei.C.de locato.& nō mirum q̄ contractus locationis & conductionis est similis emptioni & venditioni.l.j.&.ij.ff. loca.& contractus emphyteoticus large loquendo est quedam species locationis & conductionis.l.j.in prin.&.§.qui imperpetuum. et.l.fi.ff.si ager vectigal.& insti.de loca.& conduct.§.adeo.& ideo in decret.materia emphyteotica ponitur sub titulo de loca.vt in.d. c.potuit.& Specul.etiam sub eodem titulo materiam ipsam tractauit in.d.§.nunc vero aliqua.licet proprie & stricte loquendo sit contractus separatus a locatione & conductione.d.§.adeo.& in.l.j. C.de iure emphy.

10 †Nec refert q̄ etiam in alijs cōtractibus onerosis vendicat sibi locū similis rescissio ratione lesiōis enormis vltra dimidiā iusti precij: vt not.doc.in dictis.l.ij.C.cum causam.&.c.cuz dilecti.& in.l.si quis cū aliter.ff.de ver.obli. Justa autem pensio censetur illa que in.xx.ann.ascēdit ad valorez rei locate seu in emphyteosim cōcesse.auk.p̄petuo.C.de sac.sanc.eccle.cū sua glo.q̄ doc.sequuntur: sed dicta pensio seu canō promissus per dictos Ser mariottum & dn̄am Chedulinā nō ascēderet ad valorem rerū cōcessarū in emphyteosim non solū in.xl.ann.sed nec in mille annis nā in mille ānis nō ascēderet dict⁹ canō ad nouē aureos: ideo non mirū si Barto.& ceteri ascribunt cōtractui lucratiuo non oneroso vl' potest dici mixtus: vt in.l.aristo.ff.de dona.& q̄ lucrum prepōderat oneri censeat̄ lucratiuus.ar.l.queritur.ff.de statu homi.&.d.l.q exceptionē.accedat tex.in.c.j.§.donare ibi sub vilissima duoꝝ denariorū pēsione &c.qual'r olim feudum poterat alie. Et nulli dubium q̄ hoc casu interest cōcedentis q̄ dicta emphyteosis caducetur vel fuisset pro non scripta pro parte dicte dn̄e Chedulinę: & docet ipa rei experientia magistra rerū.c.q̄ sit.in prin.de ele.li.vj.&.c.statutum.in prin.eo.tit.& li.&.l.legatis.§.ornatricibus.de lega.iij.q̄ videmus q̄ ecclesia instat pro recuperatione.& ser mariottus instat vt non dimittat q̄ non contingeret si ecclesie interesset totū ꝯtractū emphyteoticū valere.&.d.l.fundus ille.&.l.si absentis fundat̄ in interesse creditoris.& propterea dicebat Ponta.in dicta.l.vnica. C.quando non peten.par.in fi.dicte duodecime addi.ad Bald.qō eo casu quo cessaret interesse ecclesie tunc cessaret ius accrescēdi in emphyteosi etiam si a principio in persona alterius esset concessio a principio nulla.

11 †Et Bald.in.c.j.§.primo.qui feu.dare pos.dicit in contractibus non esse locum iuri accrescendi nisi in casu.l.j. C.si imperia.lib.socius.lib.x.et quando resultaret absurdum.vt in casu.d.l.fundus ille secundum eum: quasi reputet absurdum qō venditor priuetur dimidia fundi pro dimidia precij q̄ absurditas cessat in gratuita concessione in emphyteosim sub tenuissimo annuo censu cum ecclesia euidenter expediat priuari dimidia canonis annui: & insuper fundum etiam non est omnino gratuitum cum vasallus debeat domino fidelitatem que sub se plura complectitur: vt in.c.j.de forma fideli.&.c.j.§.itē qui dominū.q̄ fuerit prima causa benefi.ami.x.colla. Et tamen in feudo docto.tenent cessare ius accrescendi in primo acquisitore quod pro claro presupponit bal. in.d.c.j.qui feu.dare pos. Itē ad id quod dicit Bal.quod propter vnitatem & indiuiduitatem prestationis canonis potius reputat̄ vnus contractus responderi potest quod prestatio canonis nō sit indiuidua: sed prout res emphyteotica inter emphyteotas diuiditur pro virilibus: ita etiam diuidatur canonis prestatio cum solutio quantitatis sui natura sit diuidua.l.ij.§.j.ff.de verb.obl. Itē ad dictam.l.fundus ille.&.ad.d.l.si absentis posset vltra supradicta responderi quod loquitur quando contractus cū vno celebratur & confertur in totum vel in partem in personam alterius absentis quo casu in illis terminis propter vnitatem persone cum qua contrahitur de facili totus contractus sustentatur in ipsa vna persona que pro se & altero contraxerat: nec est eadem ratio quando due persone presentes & principaliter interueniunt adeo q̄ posset attētari quod dicto casu non militaret dispositio illius.l.fundus ille.licet hoc non firmem cum sint alie responsiones supra date ad dicta l. Ideo etiam si ipsa concessio fuisset ab initio funditus nulla non putarem esse locum iuri accrescendi: sed hoc non expedit firmare: quia clarissimum est qō valuit & fuit sortita effectum etiam in persona dicte domine Chedulinę. ¶ Ex quib⁹ pz q̄ non obstat p̄ma ratio in contrarium adducta. Nec etiam secunda quia quicquid dicendum sit in emphyteosi paterna vtrum inter filios sit locus iuri accrescendi circa quod Barto.in consil.q̄ incip.ex themate p̄missę in ordine.cxxiiij.secundum ordinem qui habetur perusie.& in.d. l.si mihi.& titio.& Bal.in.d.autenti.si quas ruinas.& doct.communiter tenent quod sic: licet etiam tūc quidam contra: & hoc casu verificetur q̄ dicit Dy.in.d.l.codicillis.tamen in primis acquisitoribus secus dicendum est saltem post ius quesitum: prout cōiter & fere omnes tenent & probant due regule.s̄.premisse.maxime secūda a quibus non reperitur exceptuatus casus noster. Et hoc nisi pacto aliud disponatur: nam tunc potius vi pacti q̄ iure accrescendi deuoluitur ad coniunctum.d.c.j.de fratribus de nouo bene.inue. et.d.c.j.in fi.de fratribus a capitaneo inue. Et hoc casu videtur loqui Specu.in.d.§.nunc vero aliqua.ver.lxix. Nam loquitur quando cōcessus fuit fundus in emphyteosim: ita vt post mortem eorū et suorū filiorum fundus ad ecclesiam reuerteretur quo casu verba sonant q̄ altero viuente non reuertat̄.prout si dictum fuisset vt q̄ diu ipsi vel eorū heredes viuerēt ipsi haberent quo casu altero mortuo nihil ad ecclesiam reuerteretur vigore pacti vt probatur in.d. c.j.de fratribus a capi.inue. Nec obstat tertia ratio in contrarium adducta: q̄ licz sit verisimile qō dicti Ser mariott⁹ & domina Chedulina voluerint q̄ dicte emphyteoses transirent in filios post eorū mortem insolidū non propterea est verisimile q̄ illud voluerit vicarius cōcedens: nā forte vicarius cōcedens noluit ampliorē liberalitatem exercere cū illā cōcessionē gratis fecerit vt dictū est et satis sit amico in aliquib⁹ subueniri.l.tutori.C.de nego.gestis.nec volūtas vnius partis aliquid operat̄.l.si repetendi.C.de cōdit.ob cām.&.l.si ego pecuniā.ff.si certum peta.& facit.l.j.§.j.ff.de pactis. et insuper constat q̄ dicta domina Chedulina non fuit stipulata pro suis filijs & nepotibus: dictus aūt Ser mariottus stipulat⁹ fuit p̄ se & suis descendētib⁹ p̄dictis supra aūt in alia cōcessione in eodē instr̄o descripta dicti ser Mariott⁹ & dn̄a Chedulina stipulati fuerant pro se & eoꝝ filijs & nepotibus masculis ex eis legitime descendentibus & deficientibus masculis pro vna eoꝝ filia vl' nepte ex eis recta linea legitime descendente q̄ ipsoꝝ vel alterius eoꝝ habuerit hereditatem: vnde aut dicta stipulatio ser mariotti facta pro suis descendentibus predictis intelligitur de descendentib⁹ cōmunib⁹ p̄ut sonant verba dicte prime stipulationis facte per ser mariottū et dn̄am chedulinam ad que verba prime stipulationis se refert dicta secūda stipulatio ser mariotti.vt pz p̄ illud verbum predictis & tūc illa verba in vita eius tm̄ adiecta in dicta scd̄a cōcessione ēphyteotica viderent̄ superfluo addita: q̄ etiā si fuissent stip'lati simp'r ser mariott⁹ & dn̄a Chedulina p̄ se & eoꝝ descēdētibus p̄ut fecerūt in dicta prima stipulatione emphyteotica in eodē instr̄o contēta. Similiter dicta dn̄a Chedulina non habuisset dictā emphyteosiz nisi in vita sua tātum & sic nō differret scd̄a cōcessio a prima q̄ non est de mente contrahentiū: q̄ non sine ministerio nouaz apposuerunt formā in secūda cōcessione immediate facta in eodem instr̄o: nec illa verba in vita eius tantū vident̄ adiecta sine ministerio.ar. l.si quando.de leg.j.&.c.si papa.de priui.lib.vj.aut dictus ser Mariottus in dicta secūda stipulatione fuit stipulatus pro suis descēdentibus etiam non communibus & tunc cessat dicta verisimilitudo seu coniectura mentis dicte domine Chedulinę quia nō est verisimile quod ipsa voluerit stipulari pro filijs a marito suscipiēdis forte ex alia vxore cum secunde nuptie: et consequenter filij ex eis suscepti presumuntur de iure odiose prime vel primo coniugi.vt

probatur fere per totū. de secūdis nup. ꝛ ex his patet ꝙ dicta tertia ratio non obstat. Nec etiam obst. quarta ratio in cōtrariū adducta: qꝛ respōdet ꝙ dicta cōsuetudo minime est probata ꝑ testes dicti ser Mariotti: nam duos reperio testes examinatos pro parte dicti ser mariotti vcꝫ dñm Antonium marini prepositum maioris ecclesie ciuitatis castelli ꝛ dñm Petrainerium bādini abbatem ꝛc. licet reperiam duos alios iurasse. s. dominum Antoniū angeli ꝛ ser Bartholomeū ser Antonij: dictus aūt dñs Antonius deponit cōsuetudinē esse ꝛ vigere in ciuitate castelli ꝙ maritus stipulans pro se ꝛ suis filijs in forma cōi. ꝛ pro eius vxore in vita eius tantū si dicta vxor remaneat in domo stipulantis si seruauerit vitam vidualem ꝛ ꝙ non possit dicta vxor neqꝫ vendere rem emphyteoticam neqꝫ pignorare ꝛ in vita sua habeat tantū habitationem in re emphyteotica iste quidē testis ex pluribus nihil probat primo ꝛ principaliter: qꝛ deponit de alia forma multū separata a forma contractus de quo agitur ꝛ maxime circa illam clausulā si dicta vxor remaneat in dicto stipulantis si seruauerit vitā vidualē ꝛ in vita sua habeat tantū habitationē in re emphyteotica que clausule nullatenus sunt adiecte in isto contractu nec vllatenus est dicendū qḋ dicta dña Chedulina habuerit in eius vita dūtaxat habitationē: nā immo habuit vtile dñium. put. d. ser mariottus cū oīa verba dicti instrumēti pariter se habeant ad ipsam dñam Chedulinā put ad ipsum ser mariottum exceptis illis verbis in vita eius tantū q̄ verba nō impediunt vtilis dominij trāslationē. ff. si ager vectigal. vel emphy. pe. l. j. ꝛ per totum. ꝛ. ff. de superficiebus quasi per totū iuncta. l. j. ff. pro socio. ꝛ diuersitas forme stipulationis immutat solitā naturā rei in stipulatione deducte. prout videmus in feudo in. c. j. de duobus fratribus a capitaneo inuestitis. x. colla. ꝛ in. c. j. de fratribus de nouo beneficio inuestitis. ꝛ in. c. j. de feudo non habente ꝓpriā naturā feudi eadē. colla. secūdo dictus testis videt deponere de consuetudine canonice siue ecclesie cathedralis saltē in causa scientie. Subdit. n. ꝛ ita praticat ꝛ obseruat cañ. siue ecclesia cathedralis ꝛ in causa sciētie dixit qꝛ ꝑdictos ꝯtractus emphyteoticos fecit vidit ꝛ cum fierent presens fuit ꝛ prius interrogatus quis fecerit huiusmodi contractus: dixit qḋ ipse in tali forma fecit pluribus personis tales reformationes: vnde cum in causa scientie se referat ad predictos contractus videt se referre ad contractus quos ipse fecit maxime cū premittat fecit ꝛc. Quod etiam satis aperte demonstrat per id qḋ subdit de tpe ꝛ loco non insisto: posset etiam dici ꝙ dictus testis ꝓbat de cōsuetudine que vigebat tpe sue depositionis: non aūt ꝙ vigeret tpe cōcessionis de qua agitur maxime cum nō deponat de tpe sue ꝓpositure: lꝫ super hoc non faciam magnū fundamentū insup dictus testis deponit ꝙ est cōsuetudo quādo maritus stipulat pro se ꝛ vxore: non aūt qñ ipsa vxor pro seipsa stipulat. Unde licet verū foret ꝙ quādo maritus stipulat pro vxore in eius vita ipsa vxor nō deberet hre emphyteosim si vitam vidualem non seruauerit: ꝛ si seruauerit solummodo haberet habitationē nihilominus non propterea idem dicendum esset qñ ipsa vxor principaliter interueniens pro se stipulat emphyteosim sibi in vita cū sit casus separatus ꝛ non sit idemptitas rationis et separatorum non est illatio. l. si. ff. de calū. ꝛ. l. naturaliter. §. nihil cōe. de acqui. pos. ꝛ. l. si maritus. C. de dona. inter virū. Cōstat em̄ ꝙ maior est affectio erga ꝓpriā psonā mariti erga vxorem iuxta. l. si preses. C. de seruituti. ꝛ aqua. vnde verisilr cēsetur sibi vxor velle plenius consulere q̄ velit maritus eidē vxori: vnde si ꝓbata fuisset dcā consuetudo de qua deponit dictꝰ testis nō esset trahēda ad casum nostrū per ꝑdicta: ꝛ maxime cū sit exorbitans: ꝛ cōsequēter restringēda. l. ius singulare. ꝛ. l. qḋ vero cōtra. ff. de. ll. ꝛ. l. cōstitutionibus ad municipales cū si. Secūdus etiā testis vcꝫ dñs Petrainerius silr non ꝓbat: nā deponit ꝙ consuetudo est ꝙ qñ includit vxor in contractu refirme in emphyteosim in vita sua tantū sub tali forma qḋ talis stipulatꝰ est ꝑ se ꝛ suis filijs i forma cōi ꝛ ꝑ vxore in eiꝰ vita tm̄ et hactenus non est cōformis: immo plurimuꝫ differens iste testis a pmo teste: nā iste deponit de vna forma stipulationis ille primꝰ videtur deponere de altera forma subdit iste secūdus testis ꝙ tūc dicta vxor hꝫ vsum ꝛ habitationem ꝛ sit ne possit expelli de domo in hoc non hꝫ cōtestem. s. ꝙ quādo simpliciter est facta stipulatio pro vxore in vita sua tantū ipsa hꝫ habitationē tantū. Item iste testis nō reddit bonā cām scientie: qꝛ in causa scientie solū dixit se fecisse hmōi reformationes pluribꝰ ꝑsonis de rebus emphyteoticis sue abbatie: sed ex hoc non resultat cōsuetudo ciuitatis vel epatus vt de se ꝯstat ꝛ si fecisset duas refirmatiōes verificarent sua verba: et sic non artaret etiā ad consuetudinē sue abbatie: ꝛ maxime qꝛ lꝫ ipse fecerit refirmationes sub illa forma non sequitur ꝙ ille refirmationes fuerint interpretare ꝙ vxor haberet vsum ꝛ habitationeꝫ tantū. ꝛ illud fieret vt non possit expelli de domo. Et circa hoc in quo consistit vis huius consultationis iste testis nullam reddit causam scientie: propterea nihil probat. ꝛ insup isti testes sunt singulares: quia quilibet deponit de diuersis factis: nam quilibet de contractibus per se factis ꝛ testibus singularibus non adhibetur fides. extra. de consuetu. ꝛ. c. tam literis. de testibus. ꝛ. l. iurisiurandi. C. eodem titu. cum si. ꝛ ꝙ consuetudo non probetur per testes singulares concludit Petrus de bellaptica. ꝛ Cy. late prosequendo in repe. l. ij. C. que sit longa consue. ꝛ Jo. an. ꝛ doct. communiter in c. fi. extra. de consue. ex quibus constat ꝙ consuetudo in qua se fundat dictus ser Mariottus nullatenus est probata ꝛ si non forēt ꝑducta instrumenta pro parte episcopi probantia concessiones tactas per vicarium epi presens consultatio minimam habuisset dubitationem: illa aūt instrumenta non tendunt ad ꝓbationem consuetudinis ex qua nititur dictus ser Mariottus: sed tendūt ad probandum quod quando similes concessiones fiunt soleāt fieri eo pacto vt de vno in alterum reuertatur seu qḋ per mortem vxoris res non reuertatur ad ecclesiam in totum vel in partem put contigit in omnibus contractibus qui continentur in decem vel vndecim instrumētis in causa productis pro parte epi ad eum finem vt ostēderet ꝙ quādo volebant partes ꝙ non reuerteret ad ecclesiā id exprimebant: nō aūt simplr stipulabat maritus pro se ꝛ vxore in vita ipsius vxoris. put factum fuit in casu nostro: ꝛ sic ostenderetur aliā de consuetudine esse formam solitam obseruari in episcopatu quā sit illa de qua deponunt testes ser Mariotti. Sed licet ad eum finē vtilis fuerit dicta productio instrumentoꝝ nihilominus ex aduerso prestat non debile argumentum dicto ser Mariotto quod si solet in similibus concessionibus epatus conueniri ꝙ emphyteosis de vno in alterū reuertatur ita in dubio censeat tacite conuentuꝫ in concessione simpliciter facta. arg. d. §. qui assidua cum similibus supra in hac parte in contrarium adductis.

12 ¶ †Sed huic. arg. qḋ apud me magis astringit q̄ aliqḋ aliud arbitror respōderi posse ꝙ dicta instrumēta vno excepto oīa loquunt qñ vnus fuit stipulator s. maritus recipiens emphyteosim ꝑ se ꝛ eius vxore in ipsius vxoris vita tantum. Non aūt loquunt quādo plures psone. s. maritus et vxor interueniunt ꝛ qlibet recipit ꝛ stipulat emphyteosim. put contigit in casu nostro nec est inter dictos casus omnino eadē rō: qꝛ in primo casu totus contractus ab initio recipit subsistentiam in persona vnius. s. mariti stipulantis per. l. quecūqꝫ gerimus. ff. de acti. ꝛ obli. vnde de facili ratio suadet ꝙ emphyteosis effectualiter in psonā vnius resideat facit qḋ. s. dixi ad intellectū. d. l. fundus ille. secūdo dicta instrā fuerūt facta in maxima distātia tpis: nā vnuꝫ in āno domini. M. cccc xiiij. aliud in. M. cccc xlix. aliō in. M. cccc l. quatuor. M. cccc lj. duo in. M. cccc lix. ꝛ duo. M. cccc lx. ꝛ intra dicta tpa potuerunt fieri multe siles concessiones in dicto episcopatu forte sub alijs pactis: quia contractus emphyteotici ꝛ alij variātur ex conuentione partiū pro libito voluntatis ipsarum partiuꝫ: quia contractus ex conuentione partiū legē accipiunt. l. j. §. si conuenerit cum concordantijs. ff. depositi. ꝛ facit fere totus titulus. ff. et. C. de pact. inter emptorem. ꝛ ven. ꝛ. C. de donatio. que sub mō. et c. j. de feudo non habēte propriam naturā feudi cum infinitis similibus: vnde non infertur necessario in dictis. x. vel xj. casibus fuit appositum illud pactum. ergo erat solitum communiter illum pactum apponi: ꝛ maxime qꝛ etiā in dictis. xj. casibus non semp fuit pactum vniforme: nam in quibusdā ex eis adijcitur pactuꝫ de vno in alterū reuertendo per quod prouidetur vxori prout marito et in quibusdā casibus adijcitur pactū ꝙ per mortem vxoris res emphyteotica non reuertatur ad ecclesiam per mortem vxoris ꝛ hoc in aliquibus instrīs adijcitur simpliciter ꝛ in aliquibꝰ subditur in totū vel in partē per qḋ pactū siue simplr conceptuꝫ siue vt supra declaratum non ꝓuidet vxori: sed dūtaxat parti mariti. vnde apparet ꝙ hmōi pacta variabant pro volūtate ꝯtrahentiū: ꝛ sic non erat aliquis firmus mos seu consuetudo dicti epatus: ꝛ propterea non videt ꝙ ex eis deprehendat aliqua certa cōsuetudo ad ꝙ etiā prestat cōiecturā: qꝛ in dictis instrīs in stipulatione facta pro marito ꝛ filijs dicitur in forma communi seu in forma consueta ꝛ dum postea adijcitur illud pactum non dicitur in forma consueta vl cōmuni ex quo innuitur ꝙ illa non videbatur forma consueta vel cōmunis: scilicet adijcere illa pacta. Et ideo ex predictis videtur qḋ stare debeamus in casu nostro iuri communi ꝛ verbis dicte cōcessionis cum de mente contraria non appareat. ar. l. non aliter. de lega. iij. ꝛ. l. j. §. si is qui nauē. ff. de exercitoria. cum concordantijs. qn immo potest argui ꝙ potius deprehendatur mens contraria: naꝫ in eodem instrumento dictus vicarius concedit aliam emphyteosim dictis ser Mariotto ꝛ domine Chedulinę pro se ꝛ eorum filijs et nepotibus prout supra deductum est circa quam emphyteosim videtur absqꝫ dubio dicendum ꝙ per mortem dicte domine Cheduline decedenti sine liberis dicta emphyteosis pro parte dcē cheduline sit reuersa ad ecclesiā: qꝛ in eo casu nulla cōsuetudo adducit in ꝯtrariū. ꝛ. s. ꝓbatū est ꝙ de iure cōi accrescit alteri ex primis stipulatoribꝰ: ꝛ sic in illa pma emphyteosi nō subintelligit aliquod ex dictis pactis: ꝛ cōsequēter illa pma emphyteosis interptanda est ꝙ non fuerit mēs ꝯtrahentium ꝙ ꝑ mortem vxoris eius portio accresceret marito ꝛ ex ꝑcedentibus dat interptatio sequētibꝰ iuxta. l. si seruꝰ pluriū. §. fi. de le. j. ꝛ. l. si legatoꝝ. de le. ij. ꝛ. l. heredes palā. §. sed si notā. de testamētis: ꝛ sic similis mēs cēseat esse in actu immediate sequēti. Cōcludo itaqꝫ ꝙ ꝑ mortē dicte dñe Chedulīne portio ipiꝰ dñe Chedulinę: ꝛ sic dimidia seu dimidie dictarum domoꝝ secūdo loco concessarum sit deuoluta ad dictā ecclesiam et non ad

non ad dictum ser Mariottum. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cclxxxvj.

1 ¶ Alimenta preteriti temporis ex hominis dispositione debita an peti possint ⁊ petita prestari debeant aliter non apparente ꝙ steterit ꝑ illum qui alimenta percipere debebat ꝙ alimenta ipsa prestita non fuerint.per totum.

2 Alimenta ꝙ sint prestanda vel soluta quis debeat probare.

Alimenta debita donec steterit cum heredibus si non stet an debeant prestari.nu.3.vsq₃ ad finē consi.

4 Testi de credulitate deponenti non datur fides.

Testes singulares an probent consuetudinem.

6 Heredes etiam extranei presumuntur scire contēta testamēti.

7 Testes singulares an probēt successiuum actum vt etiā decimam recollectam ⁊ possessionis initium.

8 Alimētādus nō d₃ commorare cum eo cū quo litē sperat mouere.

9 Victus appellatione veniunt medicine.

¶ Consilium.cclxxxvj.

In nomie domini nostri Jesu christi. ¶ †Pro presentis consultationis decisione est premittendū ꝙ alimēta ꝑterita maxime: q̄ debentur iure legati vel ex alia hoīs dispositiōe pñt peti.vt probatur in.l.cum vnus.§.verbis.⁊.l.liberisquos.§.manumissis.ff.de alimē.⁊ ciba.leg.⁊ no.Bar.in.d.§.manumissis.⁊ in tractatu de alimētis sub tertia questione ꝑncipali.§.de alimētis ex dispositione hoīs prestandis circa finē ⁊ in dictis locis tractat quid tunc sit petendū.An.s.res que erant pro alimentis prestande: an estimatio distinguēs vt ibi per eum:nec sup hoc.§.qualiter sit formāda petitio instatur nec sup petiōe ⁊ eius forma:ideo nō insisto circa hoc:cum itaq₃ dictus Antonius condiderit testamentū ⁊ reliquerit dicte domine Bartholomee victum ⁊ vestituʒ donec vitā vidualem seruauerit ⁊ castā ⁊ honestā vixerit ⁊ ꝓsupponatur dictā dñam seruasse vitā vidualem honestam ⁊ castā merito sibi debebātur victus ⁊ vestitum ⁊ si nō fuerunt prestita nec remanserit per dictam dñam Bartholomeā possunt peti per iam dicta ⁊ super his

2 nō vertitur dubitatio.†Nec etiā sit hesitatio vtrū alimēta sint prestita necne forte:q₃ ꝓbatum est ꝙ nō sunt ꝑstita illo tpe de quo in petitione:q₃ nō continentur in pūcto oīa acta:sed ea que respiciūt ea que in dubiuʒ vertūtur vel forte:q₃ pertinet ad ipsos heredes onus probandi se alimēta hmōi prestitisse:nā quādo aliq̄s est obligatus alteri ad aliquid dandū vel faciendū:⁊ dicit satisfecisse habet ꝓbare satisfactionē.arg.l.ei qui dicit.⁊.l.in exceptionib⁹.ff.de proba.Actor em̄ fundat intentionē suā in legato sibi facto ex quo ꝓbatur heredes obligatos ad ꝑstandū victū ⁊ vestitū:⁊ ꝙ ad illa petendū cōpetit actio ipsi agenti accedat theorica que tradit in.l.ij.C.de iure emphy.⁊ per Bar.⁊ doc.in.l.hoc iure.ff.de verb.ob.nec

3 etiam sup hoc aliqua vt percipio sit hesitatio nec est faciēda.†Solum aūt hesitatio stat in hoc:q₃ dicta dña Bartholomea nō stetit in domo vna cū heredib⁹.prout vna cū eis stare debebat pro suscipiendis dictis alimētis si cōmode stare poterat:q₃ testator reliq̄t dicte dñe Bartholomee sue iā nurui victum ⁊ vestitū in domo ipsius testatoris:⁊ si cōmode stare nō poterat cū suis heredibus vniuersalib⁹ reliq̄t ꝙ possit stare in vna camera in qua solita erat stare tpe vite sui mariti:⁊ ꝙ tūc habeat ⁊ hr̄e debeat victū ⁊ vestitum in dicta camera.Innuūt em̄ dicta verba testatoris,ꝙ si cōmode stare poterat dicta dña Bartholomea cū dictis heredibus ꝙ tūc debeat habere alimenta vna cū eis al's illa habeat separatim ab eis in camera sua in qua ⁊c.Ipsa aūt stetit separata a dictis heredib⁹ in dicta camera tpe illo.xx.annoꝝ quo tpe ꝑtendit se non alimentatā:ita ꝙ non stetit cū dictis heredibus ⁊ nō stando cū eis nō potuit ab eis alimentari simul cū eis.prout artabantur eā vna cū eis alimentare ꝑtextu primi capitis dicti legati.restare itaq₃ videt̃ discussio: an tenebantur ipsam alimētare in sua camera in qua separatim habitabat ⁊ ꝑfecto vt ibi hr̄e deberet alimenta voluit testator sub ea conditione si commode habitare ⁊ morari non poterat vna cū suis heredibus:ideo ad hoc vt ibi alimēta debeantur requiritur purificatio illius cōditionis.l.cedere diē.ff.de verbo.sig.l.j.§.finautē sub cōditione.de cad.tol.⁊.ff.de condi.⁊ demon.C.eo.titu.quasi per totos illos titulos:cum similibus.Est itaq₃ videndū an dicta conditio purificata appareat.Illam constat ꝙ actor qui nititur ex debito ab initio cōditionali artatur ad probandū conditionem extitisse cū sit fundamentū sue intentionis.l. qui accusare.C.de eden.l.actor quod asseuerat.C.de proba.c.cū ecclesia sutrina in fine vt lite non conte.⁊ profecto non videtur legitime probatū qꝺ non potuerit cōmode stare vel morari cū dictis heredibus:nam licet plures testes super hoc deponant nullus deponit ꝙ commode cū eis stare non potuerit:vnde primo non deponunt factum principale de cuius probatiōe agitur nisi Hieronymus qui deponit super interrogatoriis partis aduerse qꝺ credit ꝙ discordia erat tāta quod non potuisset stare ad habitandum neq₃ ad comedenduʒ cum dictis heredibus ⁊ in hoc videtur vnicus ⁊ vnico testi non creditur.l.iurisiurandi.C.de testibus.c.in omni.c.licet ex quadā.⁊.c.

4 tam literis.extra.eo.ti.†Item deponit per verbū credit ⁊ testi de credulitate deponenti regulariter non datur fides.vt per Barto.in.l.j.in princi.ff.de ventre inspici.⁊ per Spec.in titu.de teste.§.j.versi.Itē ꝙ deponit de credulitate.⁊.§.iam de interrogatoriis ad finem.⁊ notant gl.⁊ doc.in.l.ij.§.idem labeo.ff.de aqua plu.arcē.⁊ in.c.quotiens.extra.de testibus.⁊ Joan.an.in.c.inquisitionis extra.de accusa.Item dicti testes nunq̄ allegant se in contestes.vnde,videntur in his que deponunt singulares:q₃ videntur deponere de diuersis actibus ⁊ testibus singularibus non datur fides.o.c.tam literis.⁊.c.cum dilecti.de elec.⁊ in cañ.nihilominus.iij.q.viij.et in.c.licet causam.de proba.⁊ ibi per doc.⁊ per Archi.in.c.nō mirum.xxvij.q.v.⁊ per Bal.in repeti.l.de quib⁹.ff.de.ll.⁊.l.actor qꝺ asseuerat.C.de proba.⁊ in.l.j.C.de testamētis.⁊ per Inn.in.c.qualiter.⁊ quando.de accusa.⁊ per.d.Ant.⁊ Imo.in.c.cū oporteat.eo.titu.⁊ eundem Imol.in.l.inter pares.ff.de regu.iur.⁊ per Pet.et Cy.in.l.ij.C.que sit longa consuetu.vbi dicunt quod testes singulares non probant consuetudinem quod et videtur velle Joan.an.in.c.fi.de consue.in versicu.praticant hoc sic legiste ꝙ ⁊ voluit ibi do.Anto.in pe.colū.⁊ florentinus ibidē in.xlj.qōne.⁊ Petrus.de

5 ancha.ibidem.†Item dicti testes nō videntur deponere ꝙ discordia que erat inter dictos Antonium dñam Bartholomeā ⁊ dñam Ninā processisse ex culpa dictoꝛuʒ heredum nec ꝙ dicta dña Bartholomea fuerit imunis a culpa dicte discordie ⁊ si ipsa fuisset causa ꝙ cōmode stare non potuisset cū dictis heredibus non deberet heredibus nocere:sed sibi.arg.l.hominē.ff.mandati.⁊.l.quod test.ff.si cer.pet.⁊.l.non debet alteri per alterū.ff.de reg.iur.⁊ debet cēseri perinde ac si cōmode stare potuisset cū dictis heredibus.ar.l.iure ciuili.ff.de condi.⁊ demon.⁊.l.iure ciuili.ff.de reg.iur.Preterea dicti testes non videntur deponere de tpe dicte discordie ⁊ consequēter non videnť releuare dictā dñam Jacobā heredē dicte domine Bartholomee pro tpe.xx.annoꝝ deducto in petitiōe ex quibus oībus videtur cōcludendū ꝙ partes iudicis sint in absoluen-

6 do dictos reos conuentos a petitiōe dicte dñe Jacobe. ¶ †His tamē nō obstā.cōtrariam sententiā arbitror de iure veriorem.naʒ premittendū est qꝺ dictus testator reliquit dicte dñe Bartholomee victū ⁊ vestitū ⁊ habitationem in domo ipsi⁹ testatoris.⁊ istud relictū fuit factum absolute ⁊ simpl'r sine aliqua cōditione non magis vna cū suis heredib⁹ q̄ separatim ab eis subiūgitur postea in dicto testamēto ꝙ si dicta dña Bartholomea non posset cōmode habitare ⁊ morari cum dictis suis heredib⁹ vniuersalibus ipsa possit, stare morari ⁊ habitare in dicta domo in camera sua in qua stabat ⁊ habitabat tpe vite sui mariti:⁊ hoc in fauorē ipsius domine Bartholomee ⁊ subiungit̃ ꝙ ibi habeat ⁊ habere debeat victum ⁊ vestitū ꝺm possibilitatē sue hereditatis.itaq₃ fatēdum est qꝺ si heres dicte dñe Bartholomee vult niti ex secūdo capite dicti relicti eidē incūbit onus ꝓbandi qꝺ cōmode simul cū heredibus habitare nō potuit:s₃ si vult niti ex ꝑmo capite ꝙ alimēta habere debuit in domo ipsius testatoris in dicta camera vel alibi simul cū heredibus vel separatim non incūbit eidem onus ꝓbandi:q₃ ipsa probat intētionē suā per testm̄ ⁊ cū ipsa deberet habere habitationem in dicta domo licite potuit stare in.d.camera que erat pars domus:⁊ sic stando ⁊ habitādo in dicta camera habitabat in dicta domo testatoris:adeo qꝺ si pro parte dicte dñe Jacobe heredis dicte dñe Bartholomee nihil fuisset deductū aut ꝓbatū quod non poterat cōmode stare ⁊ habitare cū dictis heredibus nihilominus dcā alimenta petere potuisset.Ex quo sine aliqua cōditione dicta alimēta relicta fuerunt prefate dñe Bartholomee in domo testatoris.Presupposito ꝙ illa prestita non fuissent ꝑ dictum tp̄s.xx.annorū ꝓut ꝓsupponitur ⁊ dicitur cōstare ⁊ ex quo dicti heredes habebāt notitiā dicti relicti.ꝓut apparet ipsos notitiam habuisse:tuʒ ꝑsumptione iuris si erāt heredes extranei per.l.cū heres.ff.de libe.lega.⁊.l.cum quidam.§.si quis filium.⁊ quod ibi not.per glos.magnā.ff.ad treb.⁊ per Bar.in.l.qui rome.§.duo fratres in.iij.q.ꝑncipali.de verbo.oblig.⁊ per eundē.⁊ doct.in.l.eius qui in prouinciam.ff.si cer.peta.tum quia apparet ex assertione vtriusq₃ partis ꝙ dictus Antonius heres per plures annos:prestitit dicta alimēta vc₃ vsq₃.M.cccclvj.⁊ sic satisfecit legato facto in testō ⁊ si notitiam habuit de dicto relicto ⁊ illud non prestitit cū cōtinuo de mēse in mensem vel de anno in annum ꝑstanda erant alimēta.iuxta not.per Bar.in suo tractatu de alimentis.⁊ in.l.si libertis quos.§.manumissis.ff.de alimen.⁊ ciba.lega.⁊ habetur in.l.j.C.de fideicommissis videtur fuisse in mala fide non prestando illa alimēta.vnde mala fides:⁊ sic dolus suus sibi imputari debet ⁊ non dcē domine Bartholomee vel eius heredi.arg.d.l.hominez.⁊.l.ne ex dolo.ff.de dolo.Et non videtur ꝙ dicti heredes habeant retrahere illud quod minus expendidissent si cum eis moram traxisset ⁊ alimenta suscepisset morando cū eis.attento quod dictum relictum alimentorum non fuit relictum vt cum eis moraret̃ sed simpl'r.et licet heredes dicti testatoris potuissent dicta alimēta prestare dicte domine alimentādo ipsam vna cū ipsis heredibus:tū etiā pariter poterant illā separatam alimētare ab eis.nec artabant̃ vno modo magis q̄ altero eo casu quo cōmode cum eis habitare po-

tuiſſet ⁊ cū eis alimenta ſuſcipere: nec ſpectabat ad dictā dominaꝫ Bartholomeā eligere vnū vel alterum ex predictis: ſed ad dictos heredes debitores qui qualitercūqꝫ in domo alimenta p̄ſtitiſſent ſatiſfaciebat relicto: ita ꝙ ſi non elegerūt p̄ſtare alimenta vno mō vel altero: qꝛ illa non p̄ſtiterūt nec p̄ſtare obtulerūt: nō eſt qd ipu⸗tetur dicte dn̄e Bartholomee. Sed videt̄ poti⁹ iputandū heredi⸗bus qui alimenta non p̄ſtiterūt nec p̄ſtare obtulerūt: ꝓut ad p̄ſtandū artabāt: ⁊ ideo dato etiā ſine p̄iudicio veritatis ꝙ ꝑ teſtes nihil ꝓbetur ꝙ dicta. d. Bartholomea ſtare cōmode nō potuiſſet cum dictis heredib⁹ nihilomin⁹ nō cōſtito ꝙ dicti heredes fuerint pa⸗rati dicta alimenta p̄ſtare ſimiliter cū eis heredib⁹ videt̄ ꝙ iuſtitia ſit pro parte dicte dn̄e qđ. ſ. alimenta cōgrue eidē aſſignent̄ cuꝫ vt dixi alimenta ſint abſolute ⁊ ſimpliciter relicta ⁊ non ſteterit ꝑ eaꝫ quominus alimenta relicta perciperet. Non tamen eſt expeditum ꝙ dicti teſtes non probēt. Nam primi duo teſtes. vcꝫ Antoni⁹ al's tontus matthioli. ⁊ Petrus Bartholomei deponunt ꝙ fuit clauſum hoſtiū per qđ de dcā camera aſcendebat̄ in domū: vnde ꝙ di⸗ctū hoſtium fuerit clauſum videntur conteſtes: ⁊ licet vnus tantū ex eis deponat ꝙ dictus Antonius claudi fecit dictum hoſtiū vcꝫ dictus tontus. Nihilominus non refert: quia ſatis eſt ꝙ per clau⸗ſurā dicti hoſtij non potuerit aſcēdere in dictam domū ad ſuſcipiē⸗dum alimenta vna cum heredibus ꝓut ſolita erat facere: nā in di⸗cto teſtamento non dicit̄ ſi cōmode morari nō poterat cū heredib⁹ culpa vel facto heredum: ita ꝙ dicta cōditio purificatur qualiter⸗cūqꝫ cōmode ſtare nō potuerit cū eis ſiue eoꝝ culpa ſiue aliter ⁊ di⸗ctus tontus deponit ꝙ ante clauſuram dicti hoſtij dicta dn̄a Bartholomea accedebat deſuper in dictam domum ⁊ comedebat vna cū dictis heredibus ⁊ poſt clauſuram hoſtij nō potuit deſuper aſcē⸗dere: ⁊ ſic clauſura hoſtij fuit anteaq̄ fuerit ceſſatuꝫ in preſtatione alimentoꝝ: ⁊ ſic ante. xx. annos de quib⁹ agitur ⁊ deponit etiam di⸗ctus teſtis ꝙ poſt dictam clauſuraꝫ hoſtij nō potuit dicta dn̄a aſcē⸗dere. ſ. in domum. Item dictus teſtis deponit ꝙ etiā ante clauſu⸗ram hoſtij ſemper erant in diſcordia dicti dn̄a Bartholomea Antonius ⁊ dn̄a Nina. ſimiliter Petrus Bartholomei deponit ꝙ tē⸗pore quo dicta domina Bartholomea habitabat in. d. domo ſepe ſepius habebāt verba adinuicem altercatoria ⁊ contumelioſa īter ipſos Antoniū. ⁊ dn̄am Ninam ⁊ dominam Bartholomeā: ⁊ licet camera ſit in dicta domo: nihilominus dictus teſtis videt̄ ponere vt diuerſa habitationem in dicta domo ⁊ habitationē in dicta ca⸗mera. Nam primo deponit ꝙ vidit dictā dn̄am Bartholomeā ſta⸗re ⁊ habitare ī domo dicte hereditatis cū dictis heredib⁹. ⁊ poſtea diſcedere a dicta habitatione ⁊ habitare in camera deſcripta ⁊c. et ſubiungit dictus teſtis ꝙ ipē portauit dicte dn̄e Bartholomee bolonenos. xx. aliquib⁹ vicibus: ⁊ ꝙ bernabeus dicebat ipſi teſti ꝙ ipſe mittebat ex parte dicti Antonij: quia dictus Antonius nō amicabatur dicte domine Bartholomee: ⁊ ſic oīa verba iſtius teſtis tē⸗dunt in tp̄s quo dicuntur alimēta preſtita: ⁊ ſic ante dictos. xx. annos de quibus agitur. Item dn̄a Elizabetta deponit ꝙ dict⁹ Antonius vnus ex heredibus predictis cōtinuo erat in lite diſcordia et diſſenſione cū. d. dn̄a Bartholomea ⁊ vtplurimū ei nō loquebat̄ niſi vociferando ⁊ prohibebat ei vt nō intraret in domum eorū. et reddit ſufficientē cauſam ſcientie ⁊ interrogata de tp̄e dixit continue donec dicta bartholomea iuxta ⁊ donec iuxta dict⁹ Antoni⁹ iſta teſtis videret̄ optime ꝓbare ipſaꝫ diſcordiā: niſi qꝛ reſpectu tē⸗poris forte eius dictū eſt referendum ad tp̄s quo ipſa teſtis nupſit pero in domū vicinā habitationi dictoꝝ heredū. ⁊ dicte dn̄e Bartholomee de quo tp̄e ipſa premittit nec apparet quo tēpore acceſ⸗ſit in dictum vicinatum.

7 † Guido mengarij alius teſtis deponit de diſcordia inter dictā Bartholomeā Antoniū ⁊ dn̄am Ninam tp̄e quo ſtabant ſimul ⁊ anteq̄ acceſſerit ad habitandum ſeparatim in dicta camera ⁊ ſubdit ꝙ dicta de cauſa dicta domina Bartholomea receſſit a dicta cōmunione. Profecto iſti teſtes omnes concordant in hoc ꝙ erat diſcordia inter dictam dn̄am Bartholomeam ex vna parte ⁊ Antonium ⁊ dn̄aꝫ Ninam ex altera ⁊ in tp̄e nō ſunt concordes neqꝫ diſcordes ⁊ arbitrandū eſt ꝙ nō cōmode ſimul habitant illi qui inuicē ſunt diſcordes vt docet ipſa experientia rerū magiſtra. c. q̄ ſit. in prin. de elec. ⁊ c. ſtatutum. in princ. eo. tit. lib. ⁊ et tres ex dictis teſtibus deponere videntur de diſcordia tp̄e quo ſimul habitabant vcꝫ Antonius qui deponit ꝙ ſemp erāt in lite ⁊ diſcordia: ⁊ Guido qui deponit ꝙ tp̄e quo ſimul ſtabant vidit plures ⁊c. ⁊ ꝙ ad euitandū dictos errores ⁊ ſcādala receſſit a dicta cō⸗munione: ⁊ Petrus qui deponit ꝙ dūꝫ habitabat in dicta domo vna cū heredibus predictis ſepe ſepius predicti Antonius Bartholomea ⁊ Nina: ⁊ ſic vidētur ſe conformare de diſcordia tp̄e quo ſimul habitabant: ⁊ ſic ante diſceſſum dicte dn̄e bartholomee a dicta cōmunione: ita ꝙ q̄tum ad dictā diſcordiam videtur poſſe dici ꝙ non ſint ſingulares quantum pertinet ad preſentem cauſaꝫ: qꝛ ſufficit ꝓbare ꝙ cōmode ſtare nō potuerit cū dictis heredibus anteq̄ ſeparatim habitauerit. Unde quilibet ex dictis teſtibus videtur probare per ſuam depoſitionē iſtud medium ꝙ cōmode ſimul ſtare non poterant: ⁊ ſic probare illud mediū qđ erat ꝓbandum: et ideo quantū ad hoc cenſeant̄ conteſtes non ſingulares: dato ꝙ per

diuerſa media. arg. l. qui ſententiam. C. de penis. ⁊ quod per bar. in l. ij. §. ſi. quemadmodum teſtamenta aperian. ⁊ prout habitatio eſt quid ſucceſſiuum: ita etiam nō poſſe commode habitare ſimil'r eſt quid ſucceſſiuum. Et ad ꝓbandū aliquem actū ſucceſſiuū ſufficiūt teſtes in medijs concludendi ſingulares vt voluit glo. circa ꝓbationem poſſeſſionis in. l. ob carmen. §. fin. ff. de teſtibus. ⁊ idem voluit Jaco. but. ibi ſeu in fi. tituli. ⁊ ibi etiam tangit Bar. ⁊ doc. communiter ſequuntur. illam glo. prout dicit ibi Rapha. ful. idem tenēs. et idem tenet Cy. poſt Pet. ⁊ Jac. de are. in. l. ij. C. que ſit longa cōſuetu. ꝙ ⁊ voluit Panor. in. c. cū dilecti. de elec. ſequens illam glo. quam ⁊ ſequitur Angel. in ſua diſputa. que incipi. haſtenſis miles vbi tractat an teſtes ſingulares probent quem vſurarium manifeſtum ⁊ tradit regulam ꝙ ad probandum aliquod vniuerſale plura indiuidua comprehendens non requiritur quod teſtes ſint conteſtes niſi in illo vniuerſali: licet ſint ſingulares in actibus immediatis ſuper quibus deponunt ⁊ exemplificat in poſſeſſione iuriſditionis ſi vnus deponit ꝙ vidit decapitare talē ⁊ addit etiam alia exēpla que cauſa breuitatis omitto ⁊ nititur ex. d. gloſſ. d. l. ob carmē. et idem voluit Pau. de leaꝫ. in quadam ſua. q. que incipit cōtra inſtrumentum. ⁊ idem voluit bal. in rep. l. de quibus in pe. charta. ff. de. ll. ⁊ in. l. actor quod aſſeuerat. C. de proba. referens Jaco. but. ⁊ in. d. l. ob carmē. §. ſi. ⁊ in. l. j. C. de teſtamentis. ⁊ Specul. in titul. de inquiſitione. §. nunc tractemus. verſicu. item ſufficit. ⁊ in tit. de teſte. §. nunc vero. de interrogatorijs. verſi. item quod de tēpore vbi dicit ſufficere ſi vn⁹ deponit quod vidit tali die puta die martis titium recolligere granum ⁊ alium vidit eum die mercurij recolligere oleum vel fabas: nam probatur per eos poſſeſſio. Satis eniꝫ eſt quod in principali de quo agitur ſcilicet in poſſeſſione concordēt. et idem voluit. d. Anto. in. c. cum oporteat. de accuſa. ⁊ Hoſtien. et Joan. and. in. c. qualiter ⁊ quando. el. ij. de accuſa. et etiam Innoc. ibi prout communiter allegatur. Et licet quidam dicant ibi Inn. contrarium velle: quia pro vltima opinione recitat eos qui tenent huiuſmodi teſtes ſingulares nō probare ⁊ vltima opinio cenſetur approbata per auctorem per. l. qui filium. §. ſabinus. ff. ad treb. Nihilominus non recederem a communi allegatione que fit. de Inn. quia illa vltima opinio recitatur ſub verbo alij ⁊ precedentem opinionem ponit ipſe Innocen. ſimpliciter. Unde illa prima opinio videtur ab eo approbari quaſi verbum alij diuerſificet alios ab eo prout in opinionibus glo. probatur in multis locis inter cetera in l. iij. §. hec pena. ff. quod quiſqꝫ iur. in glo. j. iuncta glo. in verbo aduerſario poſita in. l. j. ij. reſponſo. eo. tit. ⁊ etiam probatur. in dicto ij. reſponſo in gloſſ. in verbo poteſtatem iunctis dictis Bartol. ibi idem probatur in gloſſis. l. ij. in princi. ff. de dona. iunctis dictis docto. ibi ⁊ probatur coniungendo glo. l. certi condictio. in princi. ff. ſi cer. pe. cum glo. rubrice. eo. titu. prout ⁊ ponderat ibi clariſſimus doctor dominus Joannes de monte ſperello mihi pater ⁊ dominus obſeruandus: quod ⁊ ſumitur. ex glo. ſi. l. ſi idem cum codeꝫ. §. ſi vna. ff. de iuriſdi. om. iu. iunctis ibi nota. per barto. ⁊ docto. Iteꝫ idem voluit Specu. in titu. de teſte. §. antepenul. poſt principium dicens quod ſi vnus teſtis ad probandum decimam recollectā dicit. x. corbibus. ⁊ alter de. v. recollectis pro decima probant decimā recollectam: quia non eſt vis in numero ⁊ vtrūqꝫ dictuꝫ probat decimam recollectam ſecundum eum: ⁊ idem voluit Joan. and. in. c. j. de arbi. dicens quod quando agitur de probando actum habentē cauſam ſucceſſiuam que non diuerſificatur ex diuerſitate actuum diuerſitas in atteſtationibus circa diuerſitatem actuum puta in quātitate vel in re vel in alijs circūſtantijs actuum nō reddit teſtes nō probantes ex quo omnes concordant in illo iure vniuerſali quod in ſe comprehendit plura indiuidua. vt eſt ius decimarum ⁊ iuriſditio: adeo quod ſi vnus ſuper articulo iuriſditiōis quod talis cōdemnauit. v. homines ⁊ alter de. x. bene probant ⁊ eadem ratione agitur de probanda poſſeſſione iuris decimandi ⁊ vnus deponat quod vidit percipi decimam fabarum et alius decimam grani qđ teſtes huiuſmodi ſingulares illam probent. voluit etiam Bald. in l. imperium. ff. de iuriſdi. om. iudi. in. xix. columna. ⁊ idem in probatione fame voluit ipſe Bald. in. d. l. j. C. de teſtamentis. ⁊ Imol. in l. inter pares. de re iudi. licet in tertia colum. ⁊ ſequentibus videat̄ de rigore iuris velle contrarium: tamen videtur velle quod hec pars ſit ſeruanda in pratica propter auctoritatem Accurſij Innocen. Joan. andr. ⁊ Specu. ⁊ ipſe idem Imol. ibi in vltima colūna. verſic. forte poſſet tolerari: videtur etiam in hoc cōcordare dū dicit poſſe tolerari ꝙ ſi vnus teſtis dicit ꝙ vidit titium tenere ⁊ poſſidere: qa vidit recolligere ordeum: ⁊ alius quia vidit recolligere granum: qꝛ ſunt conteſtes in ꝓrima cauſa ſecundum eum. Idem Jaco. but. in l. ariani. C. de hereticis. dicit quod ad probandum quem hereticū in genere ſufficit quod vnus teſtis deponat quod vidit eum negare chriſtum crucifixum ⁊ alius quod vidit negare alium articuluꝫ: de quo etiam tangit Baldus in. l. j. C. qui numero tutelarum. licet iſtud vltimum dictum habeat plus dubitationis. accedat etiā glo. in canoni. nihilominus. iij. q. ix. Nec obſtant iura que dicunt teſtes ſingulares nō ꝓbare qꝛ iſti teſtes in dictis caſibus dici debent non ſingulares ex quo cōcordāt in probādo id de quo agit̄: nec obſtant ꝙ dicūt

tans nimium instat pro celeri expeditione: quia dicit causam fore in breui necessario terminandam: ideo rem breuiori ordine ꝑstringam. Et profecto insistendum videtur ante omnia circa petitionẽ secũdũ quam regulari debet sententia ferenda. c. qualiter ⁊ quando de accusa. ⁊. c. licet ely. de symo. ⁊. l. vt fundus cõmuni diuidun. etiã in causis summarijs cle. sepe post ṗnc. de ver. sig. Adeo quod si ipsa petitio ruit totum iudicium vitiatur: nec potest super ea ferri sententia valida. vt no. glos. que dicitur singularis insti. de ob. ⁊ habeť in. c. cum dilecti. de emp. ⁊ ven. Deficiente. n. hoc fundamento omnia ruunt. j. q. j. cum paulus. Sed dicta petitio videtur inepta tanꝙ continens in se repugnantiam iuxta. l. vbi repugnantia. de reg. iuris. Nam primo in dicta petione narratur quod symõ ⁊ baptista conuenti mutuauerunt dictas libras. dcccccl. ꝓ quibus subpignorauerunt bona de quibus in petitione: licet ficte ⁊ simulate apparẽter venderent dicta bona pro dictis. dcccccl. libris nomine precij: et sic hactenus narrant quod fuit mutuum ⁊ pignus non vera interuenit vẽditio neqꝫ precium iuxta titulum plus valere quod agitur in rubro ⁊ nigro ⁊ iuxta. l. imaginaria. de reg. iur. ⁊. l. nuda. de cõtrahen. emp. † Postea autem narrant quod fuerũt ⁊ sunt enormiter lesi satis vltra dimidiam iusti precij. Sed certe si fuerat pign⁹ ⁊ mutuum non interuenit ꝑcium ⁊ subsequenter nec lesio vltra dimidiã precij. Non enim cadit lesio in ꝑcio vbi precium non subsistit. arg. l. ij. ff. de vsufructu. ⁊. l. eius qui in prouinciam. ff. si cer. pe. ⁊. l. adeo. §. quod si toto. de acqui. rerum dominio. Et insuꝑ si res extimationis mille dantur in pignus pro ducentis quinquaginta non cadit lesio saltem vltra dimidiam iusti precij. Maxime cõsiderato quod dominium remanet apud debitorem ignorantem ⁊ fructus veniũt conuertendi in ipsius pignorantis vtilitatem. l. ij. ⁊. fi. C. de pigno. acti. ⁊. l. ex predio. C. de vsuris. Et propterea cõclusio petitionis videtur non accommodata: naz petijt ipe philippus libellans quod cum fuerit ⁊ sit enormiter ⁊ enormissime lesus vltra dimidiam iusti precij per sententiam declarari ꝑdicta omnia ⁊ singula fuisse vera: ⁊ tamen illa omnia ⁊ singula non poterant simul esse vera attentis predictis: merito etiam conclusio continere videtur in se repugnãtiam. Et ꝑ consequens non valeat iuxta. d. l. vbi repugnãtia. Preterea illud quod postea specifice petitus videtur respicere remediũ l. ij. C. de rescin. ven. Sed ex narratis non elicitur illud remedium cum narretur non interuenisse contractum venditionis: sed cõtractum pignoris: ⁊ ipse contractus qui in vero interuenit sit attendẽdus iuxta. d. l. imaginaria. ⁊. l. nuda. ⁊. l. ab emptione. ⁊ ꝑ totum. C. plus valere quod agitur: ideo videtur dicendum non posse censeri intentatum illud remedium. † Et si dicatur libellus sustẽtatur per illam clausulam petens ius ⁊ iustitiam administrari iuxta ea q̃ habentur in. c. cum dilectus. de ordi. cogni. per Inno. ⁊ doc. ⁊ per bal. in. l. nec quicꝙ. §. vbi decretum. ff. de officio ꝓconsul. ⁊ per eundem in repeti. l. edita. C. de eden. ⁊ per dominum Anto. de but. in. c. j. de iud. responderi posse videtur quod dicta clausula subleuat ineptitudines libellorum quando cõclusio non commode adaptatur ad narrata: ⁊ hoc ex vi verborum: q₂ non habemus tex. qui dicte clausule eam virtutem attribuat. Sed quia super narratis petitur iustitia administrari si ex narratis deprehẽditur aliquod remedium cõpetere libellanti per quod debeat sibi aliquid concedi iustitia est ꝙ illud sibi concedatur: ideo illud censetur intentatum vigore dicte clausule: prout habetur in iurib⁹ preallegatis. Sed ex narratis nõ competit remedium. l. ij. de rescind. vendi. nec illi simile: sed sola pignoratitia: ideo illa sola censeatur intentata vigore dicte clausule. Sed super ea actione pignoratitia non videtur aliquid fuisse sufficienter probatum merito ipse agens videť ꝙ debeat succumbere. Dato etiam ꝙ fuerit ꝓbatum aliud remedium. Nam quãdo est in iudicio deducta vna actio seu vna causa ⁊ postea alia ꝓbatur debet reus absolui. c. examinata extra. de iud. ⁊. l. habebat. ff. de institoria ⁊. l. j. ff. si mensor falsum mo. dixerit. ⁊. l. titianus. ff. ꝙ cum eo. et per Inno. in. c. ex parte. de priuile. ⁊ in. c. dilecti. de iudi. ⁊ Spec. in titu. de teste. §. j. versi. sed pone egy. ⁊ Bart. in. l. j. in prin. ff. de eden. ⁊ in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. peta. ⁊ in. l. ita stipulatus. §. grisogonus. de verbor oblig. Cum itaqꝫ nullus testis deponat qđ fuerint dicta bona pignorata non videtur quod super pignoratitia possit fundari condemnatio: nec super pacto de reuendendo: quia illud non videtur plene probatum: cum solus vnus testis de eo deponat. Et nõ deponit specifice de pacto sed de quadam oblatione ementiuz: ideo non videtur condemnatio potuisse nec posse fundari super illo pacto de reuendendo: nec etiã videtur posse fundari super remedio. d. l. ij. quia illud non videtur intẽtatum: ⁊ etiã si foret intentatum videtur quod tollatur vigore iuramenti: prout videtur cõmunis conclusio glos. ⁊ doc. in. c. cum causam de emptio. ⁊ vendi. ⁊ in. d. l. ij. de rescindẽ. venditio. † Et etiam q₂ illud qđ plus valebat fuit donatum ꝭm verba dicti cõtractus nec donatio rescinditur vigore dicti remedij. l. si quis donationis. de cõtrahen. emp. habetur in. d. l. ij. ⁊ in. d. c. cum causam. ⁊ in. c. cum dilecti eodem tit. Merito videtur concludendum quod partes iudicis sint in pronunciando bene appellatum ⁊ male iudicatum ⁊ in absoluendo conuẽtos a petitione agentis ipsumqꝫ agentem condemnando in expensis ratione victorie ⁊ temeritatis iuxta. l. eum quẽ temere. ff. de iud. ⁊. c. finem litibus. de dolo ⁊ contu. ⁊. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iu. ¶ † His tamẽ non obstantibus contrarium arbitror de iure decidendum. Nam primo vr̃ concludendum dictam petitionem: lꝫ aliquam repugnantiam ⁊ ineptitudinem videatur cõtinere: nihilominus posse sustentari: ex eo maxime quia in fine libelli adiecit eam clausulam petens sibi ius ⁊ iustitiam administrari ⁊c. Non simpliciter sed adijciendo non solum vt predicta narrata ⁊ conclusa sunt: sed vt facti veritas postulat exigit ⁊ requirit. Unñ libellans ꝭm verba dicte clausule petit sibi iustitiam administrari. Non solum circa factum: prout est narratum. Sed etiam prout est rei veritas. Unde si veritas est quod non fuerit pignus: sed venditio libellans petijt super venditione sibi iustitiam administrari ratione enormis ⁊ enormissime lesionis. Et si fuit pignus tãꝙ super pignore petit sibi iustitiam administrari. Et ad hoc etiam vidẽtur adaptari narrata in dicta petitione. Cum prius narrauerit contractum fuisse mutuum pignoratitium: ex quo contractu nulla resultabat lesio mutuatarij. Cum contractus mutui regulariter celebretur gratia mutuantis ⁊ sit mutuanti fauorabilis vt de se constat et probatur in. l. si quis nec causaz. ff. si cer. pe. subiungitur in dicta petitione ꝙ ipse fuit enormiter lesus vltra dimidiam iusti precij. Que particula non potest intelligi ꝭm precedentia: vnde presupponũt dicta verba fuisse venditionem per ea que supra in contrarium dicta sunt ⁊ facit. l. fi. C. de predijs curialium. lib. x. Et propterea videtur mens libellantis narrare quod fuit contractus pignoratitius. Et si fuit contractus emptionis ⁊ venditionis quod fuit enormiter lesus: ⁊ sic videtur deducere vtrumqꝫ factum subiunctiue tamẽ ⁊ ad scđm membrũ magisꝙ ad primum videť adaptari conclusio dicti libelli specifice facta ⁊ videns fortasse libellans quod nõ multuz apte forte deduxerat narrationem suam: ideo adiecit clausulam supra ponderatam vt demõstraret ꝙ nolebat precise stare in assertione illa contractus pignoratitij si forte per aduersarium negabatur ita quod libellans videť generaliter deduxisse omne ius qualitercũqꝫ sibi competens siue cõpetat quia contractus fuerit pignoratiti⁹ siue quia fuerit venditio: ita vidẽtur se habere verba dicte petitionis omnibus consideratis. † Et libellus generalis ⁊ subiunctiuus non est omnino nullus: lꝫ possit per reũ impugnari iuxta ea que habenť in. l. fi. C. de annali excep. ⁊ in. l. edita. C. de eden. ⁊ in. c. j. ⁊. ij. de libelli oblat. Et propterea cum non fuerit impugnatus: q₂ lꝫ forte fuerit opposita exceptio: aliqua tamẽ fuit per iudicem repulsa saltem per processum ad vlteriora iuxta ea que habentur in. c. ex parte. ṁ. de appel. ⁊ in cle. si quis a repulsione eo. tit. ⁊ per glos. ⁊ docto. in. l. ij. §. si dubitetur. ff. de iudi. Aduersus quam repulsionem debebat pars appellare si id displicebat vt in dictis iuribus. Facit enim ius inter partes sentẽtia interlocutoria que trãsit in rem iudicatã. c. cum dilecti. de elect. ⁊ quod habetur in. l. quod iussit. de re iudi. ⁊ in. c. cum cessante extra eo. tit. Facit ad predicta: quia verba debẽt interpretari ⁊ intelligi: ita ⁊ taliter ꝙ libellus valeat ⁊ non pereat etiam si qualitercumqꝫ oporteat verba impropriare secũdũ Bald. in. l. polla. in fi. C. de his quibus vt indig. ⁊ Inno. in. d. c. examinata in fi. ⁊ in. c. conquerente. de officio ordina. ⁊ Cy. in. l. j. C. de iure emphy. ⁊ Bart. in. l. scire debemus. in prin. de verbor obligatio. ⁊ in. l. sed ⁊ si possessori. §. item si iurauero. de iureiuran. ⁊ in. l. j. C. de vsuf. ⁊ in. l. si olei. C. locati ⁊ Bald. in. l. ij. C. de formulis. semper enim debemus fauere actori quantum ad substentationem libelli. Presumendum est enim quod voluerit in iudicium deducere ius sibi competens: prout dicit Pau. de cast. in. l. ij. §. verbis. ff. si cert. peta. Ad hoc. l. si quis intentione ambigua. ff. de iu. ⁊. l. inter stipulantem. §. si stichum. de verb. obli. ⁊ que habentur in dictis iuribus. Et si hec viderentur habere aliquid dubitationis tollit predictam dubitationem statutum quod presupponitur esse in territorio iudicantis in curia pupillorum dictãs procedit summarie simpliciter sine strepitu ⁊ figura iudicij de facto sola veritate facti inspecta ita quod aliqua ineptitudo allegari nõ possit ⁊c. Que verba statuti sunt clara maxime vltima ideo super eius ⁊ eorum interpretatione non est insistendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de legati. iij. Licet etiam prima verba dicti statuti sufficere viderentur in proposito per tex. ⁊ que ibi habentur in clemen. sepe. de verborum significa. Subduntur tamen alia verba in statuto magis efficacia: scilicet de facto ⁊ sola veritate inspecta super quorum virtute ad presens non insisto: quia non expedit. Si itaqꝫ dictum statutum militat in casu nostro prout mihi presupponitur militare tollit circa libellum omnez dubitationem: quia super casu. l. nulla est hesitatio facienda. l. ancille. C. de furtis. ⁊. l. illam. versic. de modo. C. de col. Dicitur enim quod vnus ex agentibus seu eorum nomine agitur est pupillus ⁊ quod viget aliud statutum disponens quod dictum statutum supra ponderatum locum habeat etiam quo ad maiores habentes causam communem cuz pupillo prout accidit in hoc casu: ita ꝙ ex his patet ꝙ rõne ineptitudinis libelli non est sententia vitianda nec sunt repellẽdi actores non obstantibus his que circa hoc sunt adducta in cõtrarium quibus satis apparet responsio ex supra proxime adductis pro hac parte. Idcirco deueniendo ad merita ⁊ iustitiam cau-

se super qua tria fundamenta ponderari videntur pro parte agen
tium. Primo pactum de reuendendo. Secundo ꝙ ꝯtus censeat̃
simulatus ꝛ pignoratitiꝰ. Tertio ꝙ saltē ratiōe enormis siue enor-
missime lesionis dictus contractus venditionis veniat rescindēdꝰ.
Et circa predicta omne ius suum censentur deduxisse dicti agētes
per supra deducta. ꝛ. l. solemus. de in. ꝛ. c. cū ecclesia sutrina circa fi.
de causa possess. ꝛ proprie. ꝛ quocūq; igitur capite foueant iustitiam
satis eis sufficit. Et circa quodlibet potest instari pro iustitia dicto
rum agentium. Nam circa pactū de reuendēdo si est probatum res
transit sine scrupulo. Quod autem sit probatum deducit̃ q: vnꝰ te-
stis: vcz Joannes marci deponit ꝙ Baptista emptor dixit andree
venditori omne volta cerenderete inostri denari noi ve renderemo
le vostre terre. Et sic celebrato contractu discesserunt: que verba vi-
dentur denotare promissionem de reuēdendo: lʒ non appareat de
acceptiōe andree: q: ex quo dictum pactum erat fauorabile ipsi an
dree tacens videtur consentire. l. qui patitur. ff. mādati cum ibi no.
per glo. ꝛ doc. ꝛ in regula qui tacet in. vj. ꝛ etiam q: verba sequentia
dicti testis id designant dum subdit ꝛ sic celebrato contractu disces-
serunt q: sonant ꝙ contractus vēditionis fuerit sic celebratus hoc
est cum hoc ꝙ quandocūq; venditores redderent denarios ab em-
ptoribus solutos ipsi emptores redderent bona vendita. Et ita ve
rificentur illa verba ꝛ sic ꝛ declarentur per proxima verba precedē
tia prout decet iuxta. l. si seruus plurium. §. si. de lega. j. ꝛ. l. qui filia-
bus. eo. ti. ꝛ. l. heredes palam. §. sed si notam. de testa. ꝛ. l. si legator.
de leg. ij. hoc idem videtur deponere baldasar martini alius testis.
Nam deponit ꝙ dictus baptista dixit coram ipso teste ꝛ pluribus
aliis quod ipse facto contractu dicte venditionis dixit ad postula-
tionem dicti Jacobi: venditoris io son contento de renderuele lo-
quendo de dictis bonis venditis omne volta che merenderete ino-
7 stri denari. †Et licet depositio huiꝰ testis videatur aliqualiter va-
ria a depositione Joānis nihilominus videtur posse pro cōcordia
dici ꝙ licet Joannes deponat ꝙ dictus Baptista loqueretur An
dree vni ex venditoribus ꝛ Baldasar deponat ꝙ dictus Baptista
respondidit Jacobo alteri venditori: que videntur inter se varia ꝛ
denotare diuersitatē factorum: nihilominus potuerunt oīa eodeʒ
contextu interuenire ꝛ verificari in eodem actu promissionis. Nam
potuit esse questio ꝛ cōtrouersia inter vēditores ꝛ emptores: prout
deponit dictus Joannes ꝛ dictus Andreas qui non erat cōpater:
prout Jacobus poterat magis querelare: ideo iacobus compater
dicti Baptiste magis in eo confidens ꝓpter compaternitatem po
tuit eum rogare: prout deponit dictus Baldasar. Et dictꝰ Bapti
sta rogatꝰ a dicto Jacobo: ꝛ indignatus forte verbis dicti andree
cōdecenter potuit proferre verba de quibus deponit dictus Joan
nes: respondendo Jacobo ꝛ dirigendo verba erga dictū Andreaʒ
videlicet auisandote Andrea ꝛc. Et hoc modo patet ꝙ in hoc pñt
concordari. ꝛ licet dictus Baldasar deponat ꝙ dicta ꝓmissio ema
nauit post factum contractū ꝛ aliud videantur innuere verba Joā
nis: nihilominus de facili in hoc possunt concordari: tum q: Joan
nes non clare circa hoc loquitur: tuʒ q: probabiliter ꝛ verisimiliter
potuit contingere ꝙ facto ꝯtu venditionis incontinenti anteꝙ̃
diuerterint ad alios actus super ꝯtu ipo interuenerint aliqua ver
ba altercatoria inter partes: ꝛ deprecatoria prout asserunt dicti te-
stes: ꝛ ex eis verbis causata fuerit dicta ꝓmissio incōtinenti illa aūt
que incontinenti fiunt etiam post ꝯtum censentur inesse in ipso
ꝯtu. l. lecta. versi. dicebam. ff. si cer. pe. ꝛ. l. iurisgentium. §. quinimo
ff. de pac. ꝛ. l. in bone fidei. ꝛ. l. petens. C. eo. ti. incontinenti autem dr
esse actum si fiant antequā diuerterint ad extraneos actus. Prout
no. Bar. ꝛ doc. in dictis iuribus. ꝛ in dubio si in eodē loco ꝛ eadem
die fiunt censentur facta incontinenti alio non docto vt ꝓbat tex.
in. l. continuus. in prin. de verb. obli. Et ideo dicebat bal. in altera
repetitione. d. l. petens quod si reperiuntur inter easdē partes duo
instrumēta facta eodem die loco ꝛ testibus cēsentur correspectiua
incontinenti facta vnum post aliud. ꝛ idem voluit in. l. fi. §. mulier.
ff. so. ma. ꝛ tangit etiam Bart. in suo consilio quod incipit ꝓponit̃
quod sindicus in ordine. lxxix. ꝯm ordinem qui habetur perusie. et
ꝓpterea licet vnus dixisset expresse quod fuerit post contractum ꝛ
alius in ipso contractu nihilominus possent concordari modo pre
dicto quia verum est id quod incontinenti fit factum est post cōtra
ctum tamen q: contractus non censetur omnino perfectus anteꝙ̃
sit habitus pro absoluto: vt in. l. ꝯtus. C. de fide instr. ꝛ licet fuerit
factus potuit non adhuc haberi pro absoluto prout contingit in
terminis. d. l. contractus. ideo potest dici fuisse factum in ipso con-
tractu vere aliquando ꝛ aliquando ficte prout als dicebam legēdo
d. l. in bone fidei pon derando tex. d. l. lecta. ver. dicebam qui loqui-
tur per verba denotantia fictionem. d. l. §. quinimmo qui loquitur
8 per verba denotantia veritatem. †Et concordando opiniones cir
ca articulum quando dicatur factum pactum incontinenti: q: qui
dam dicunt quod dicitur esse factum incontinenti quando fit ante
ꝙ̃ contractus sit habitus pro absoluto. Et quidam quod quando
fit anteꝙ̃ partes diuerterint ad extraneos actus. Quod quādo pa
ctum sit antequam contractus sit habitus pro absoluto tunc vere
pactum dicatur inesse in ipso contractu quia contractus censetur
absolutus ꝛ factus cum qualitate ꝛ in essentia ipsius pacti. Et ita
procedat tex. d. §. quinimmo. si vero contractus videbatur habitꝰ
pro absoluto: tamen anteꝙ̃ partes diuerterent ad extraneos actꝰ
parum post contractum ꝛ sic incontinenti deuenerunt ad pactum
tunc pactum non dicatur inesse in ipso ꝯtractu. Sed videat̃ inesse
ꝛ procedat. d. l. lecta. Et per hec potest respōderi ad id qd dr depo-
suisse dictum ser baptistam examinatū ꝑ aduersa parte qui ꝑut dr
deposuit quod tempore contractus non interuenit promissio de
reuendendo ꝛ qd non potuit interuenire quin ipse adiuisset. nam
stante veritate huius attestationis dicti ser baptiste potuit esse qd
ipse ser baptista interfuit vsq; ad perfectionem contractus nec tūc
interuenit dicta promissio: sed parum post anteq̃ diuerterint ad
extraneos actus emanauerit dicta promissio: nec in hoc cōtradicit
dicta attestatio ser Baptiste. Accedant ad hec tex. ꝛ que ibi haben
tur circa concordiam testium in. c. cum tu. extra. de testi. cum mul-
tis similibus. Verūtamen est ꝙ dictus Baldasar non deponit de
actu promissionis: sed de quadam confessione dicti Baptiste facta
diuersis loco ꝛ tempore absente pte que saltem de iure ciuili non fa
cit plenam ꝓbationem. l. certum. §. si quis absente. ff. de cōfess. ꝛ. l. si.
ff. de interroga. act. cum ibi no. ꝛ in. l. j. eo. tit. Facit tñ semiplenam
probationem. vt habetur in dictis iuribus. ꝛ in. l. admonendi. ff. de
iureiu. ꝛ in. l. in bone fidei. C. eo. tit. ꝛ in. c. si cautio. de fide instru. vbi
multi tenent quod de equitate cañ. faciat plenam probationē. Un
de videtur semiplena ꝓbatio semiplene ꝓbata. Que videtur cōiun
genda cum semiplena ꝓbatione resultante ex dicto Joannis: nam
probationes non plene diuersarum specierum coniunguntur: pro
ut dicit Bart. quem doc. sequuntur in. l. admonendi. de iureiuran.
Et propterea Joan. de imo. in quodam suo consilio incipiente in
questione que vertitur ꝛ versa est inter filios quondam dñi Mat
thei concludit quod si vnus testis probat factum de quo agitur et
aliud probat confessionem factam presente parte isti testes coniū
guntur ad plenā probationem: ꝛ idem si bene memini tenuit Pa-
normi. in. c. fi. de success. ab intestato. Et si hoc dictum est verum qd
tamen aliter non firmo: sed magna est eoruʒ auctoritatis. Et ratio
videtur suadere: tunc idem dicendum esset in casu nostro scilicet ꝙ
coniungantur non dico ad plenam probationem. Sed ad semiple-
nam semiplene adiiciendam alteri semiplene probationi: nam si se-
miplena adiicitur alter semiplene: ꝛ sic dimidia vt ita dixerim ꝓba-
tionis adiungitur ita debet adiungi dimidia dimidie cum idem iu
ris sit de toto quo ad totuʒ quod de parte quo ad partem. l. que de
toto de rei ven. ꝛ. l. qui scit. de euic. ꝛ. c. pastoralis. versi. si quis cū to-
9 tum. de officio delegati. †Cōcurrit etiam adminiculum fame que
coadiuuat alias probationes. l. iij. §. eiusdem. ff. de testibus. adeo
quod iuncta cum vno teste in causa ciuili regulariter bene probat.
vt no. ibi. ꝛ in. c. j. extra de appella. per glos. ꝛ in. c. veniens. de testi-
bus ꝛ per docto. in dictis iuribus ita quod facit semiplenam ꝓba-
tionem: prout etiam habetur per gl. ꝛ doct. in. l. admonendi ꝛ in di
cto. c. fi. de iureiuran. ꝛ in. d. l. in bone fidei. C. eodem tit. Ad ꝓbatio
nem antem fame deducitur quod testes super generali articulo fa-
me deponunt qd de testificatis per eos fuit ꝛ est plublica vox ꝛ fa-
ma. Et licet super illo articulo vt arbitror nō reddunt causam sciē
tie tamen ex alias attestatis per eos potest sumi causa sciētie: quia
pleriq; deponunt qd audiuerant publice dici: prout est Petrꝰ Ja
cobi ꝛ nerius Martini ꝛ Michael antonelli ꝛ Mattheus Marci
ꝛ Dauid magistri Joannis. Unde ex his videtur quod deponēdo
super vltimo articulo deponant de fama ꝛ in precedentibus depo
nant qualiter sciunt: quia per sensum auditus proprii. Et lʒ Bart.
in. l. de minore. §. tormēta. de questionibus. velit quod testis depo-
nens super fama allegans causam scientie: quia audiuit publice di
ci non probet: quia non reddit causam scientie sufficientem quia
potuit audiuisse publice dici ab vno. Tamen multi alii tenent cō-
trarium: nam Ponta. in. l. de pupillo. §. si quis riuos. de noui ope-
ris nun. tenet cōtrarium allegans Bald. illud tenere in conclusio-
nibus iuris: ꝛ dominum Cardinalem zab. in. c. cum oporteat. de ac
cusa. in. xxv. q. Quod ꝛ tenuit Salyce. in. l. ea quidem. C. de accusat.
Facit etiam que no. Bald. in addit. Specu. in titulo. de sententia. ꝛ
quod no. idem Bald. in. l. testium. in vltima questione. C. de testi-
bus. vbi tenens cōtra Bart. dicit qd ad probandam publicam opi-
nionem sufficit si testis dicat vera eē ꝛ interrogatus quomodo scit
dicit quia publice dicitur. Et similiter contra Barto. videtur sen
tire Bald. in. l. heredes palam. in princip. de testamē. vbi videtur
adducere glos. ꝛ Dyn. ad hoc propositum licet non clare decidat.
Et si fama est probata illa sufficeret cum solo vno teste vt dictum
est fortius probat iuuata cum dicto alterius testis deponentis de
confessione partis de qua supra deductum est. Et videntur inui-
cem se coadiuuare etiam si aliqua de per se ex aliqua causa debili-
tarentur prout alias dicimus in testibus quod si duo deponunt
et sunt concordes super facto de quo agitur illud probant: licet
vnus nō sit oī exceptione maior adeo qd solus nō ꝓbaret semiple-
ne. Tñ ambo plene pbāt si alter est multū fidedignus: q: defectus
vnius supplet̃ ꝑ sufficientiā alterius. Et sic id qd deficit vni semiple
ne probatiōi suppletur ꝑ id quod adiūgitur alteri semiplene ꝓba-
tioni

tioni vt hec no. Bal. Ang. ⁊ legentes in. l. si quis ex argentarijs. in pnc. ff. de eden. ita ergo hic si quid deficeret alteri ex dictis semiplene probatiōibus scz fame ⁊ dicto Joannis suppleatur per id quod deponit dictus Baldasar: accedat illud vulgatum que non ꝓsunt singula multa iuuant. l. excusantur. in princ. ff. de excusa. tu. cum cōcordantijs ibi in glo. adductis.

10 † Potest etiam adduci confessio filij dicti baptiste: qui etiam asseruit emanasse dictam ꝓmissionem. ⁊ licet res inter alios acta alijs non preiudicet: tamen prestat aliqd coniecture vt no. in. l. res hereditarie. C. de crimine expil. hereditatis. ⁊ quod habetur in. l. a sentētia. in princ. ff. de appel. ⁊ non debet parum mouere mentem iudicis ad credendum ⁊ extimanduz vere interuenisse dictam ꝓmissionem ⁊ probationes ad nil aliud tendūt nisi ad inducendum mentem iudicis ad extimandum illud etiā verum de quo probando agitur vt est tex. in. d. §. eiusdem ibi non ad vnam speciem probatiōis cognitionem abdicari debere: sed ex sententia animi tui extimas quid aut credas aut parum probatū tibi opinaris. Quod ergo ex deductis coram eo credit esse verū id debet sequi cū iudicantis sit semper inuestigare veritatem ⁊ illi inherere. xxx. q. v. iudicantē. l. ij. C. de eden. ⁊ l. si eum in fine prin. cum cōcord. ibi in gl. adductis. ff. si quis cau. ⁊ facit. l. j. C. de edili. lib. tol. veritas n. est mater iustitie. dicit Bal. in. l. libertinis. ff. de statu. ho. hinc vera ꝓ iusta vt gl. ibi. ⁊ insti. de libertinis. in pnci.

11 † Coadiuuatur etiam hoc medium ⁊ fundamentū istud agentiū ex alio secundo medio et eorūdem fundamento scz qd deponūt plurimi testes sup cōditiōe dictorū simonis ⁊ baptiste reorū cōuentorū qui inierūt dictum cōtractum emptionis qd scz soliti sunt facere malos ⁊ feneraticios ꝯtractus ⁊ vsurarios ⁊ ita reputantur super quo articulo deponūt plures testes qui debent mouere mentem iudicis ad opinanduz illos simonē ⁊ baptistam fuisse solitos facere similes contractus prauos ⁊ feneraticios. Et concurrit etiam magna inequalitas precij q̄ prestant coniecturas ⁊ presumptiones qd cōtractus fuerit pignoraticius per ea que habentur in. c. ad nostram. de emptio. ⁊ vendi. ⁊ in c. illo vos. de pigno. iura. n. in materia vsurarū ad cōuincendos vsurarios de eorū vsuraria prauitate etiam ad interesse pecuniarū partis concedunt procedi per adminicula ⁊ argumenta que al's in alia materia non sufficerent: prout voluit Host. ⁊ post eum. d. Anto. in d. c. ad nostram. dicendo ꝙ ex quo vsurarij sunt persone caute in eorum cōtractibus: ideo multas adinuenerunt figuras ⁊ simulatiōes ad hoc vt cōuinci nequeant de prauitate vsuraria: ideo ꝓpter probationis difficultatem iura admittunt probationes per ꝯiecturas que al's plene non probarent nec admitterentur: ⁊ ideo specialiter inducitur ꝙ vsurarij teneātur edere eorū libros ⁊ scripturas ꝓprias contra seipsos vt habetur in cle. j. de vsuris contra regulaz. l. nimis graue. C. de testi. ⁊ l. fi. C. de edendo. ꝙ nō est ob aliud nisi propter difficultatem probandi propter eorum cautelas ⁊ versutias sicut al's etiam dicimus cōtra simoniacos qui consueuerūt caute ⁊ secrete agere vt cōtra eos admittantur ꝓbationes: que in alia materia non admitterentur. c. per tuas. de simonia. ⁊ c. ij. de testib. lib. vj. sic etiam dicimus in probando crimen adulterij qd q̄r solet secrete ꝑpetrari probatur per coniecturas ⁊ presumptiones hominum quā alias maxime in criminibus non ꝓbarent vt habetur in. c. heres. et in. c. tertio loco. de presump. ⁊ in. c. preterea. de testa. ⁊ per Bart. in l. iij. ff. de fur. ⁊ in. l. capite. v. de adul. Unde nō immerito in cōtractu pignoraticio ⁊ vsurario admittitur debilis probatio per coniecturas ⁊ argumenta prout dicitur in. c. in dioce. de vsur. ⁊ in. d. c. illo vos. ⁊ in. d. c. ad nostram. nec requiritur ꝙ probationes sint precise ⁊ nec congruentes: prout in alia materia exigitur vt habetur in. c. in presentia. de probatio. ⁊ in. l. non hoc. C. vnde cognati. ⁊ in. l. neq; natales. ⁊ in. l. ad probatio. C. de probatio. cum similib⁹. Cū itaq; in casu nostro fuerit facta apparenter vēditio de dictis rebus lōge vltra dimidiam iusti precij in maxima quātitate vt īferius deducetur stante etiam hoc ꝙ persone sint suspecte: quia solite facere similes cōtractus ⁊ stantibus probationibus supra pōderatis circa pactū de reuendendo vidētur cōcurrere satis vrgentes ⁊ probabiles coniecture qd cōtractus non fuerit licitus: sed potius pignoraticius ⁊ illicitus. Prestat etiam aliqualem cōiecturam contra dictos simonem ⁊ Bartholomeum responsio quam ipsi fecerunt ad articulum continētem qd quilibet vir bonus iudicaret ⁊ iudicasset qd si quis faceret contractum de vna possessione que valeret mille flore. pro ducētis trigintaq̄nq; talis cōtractus dicitur ⁊ vocatur mal⁹ cōtractus ⁊c. Et q̄libet eorū respōdit per verba nō credit cum videam⁹ quatuor testes deponentes qd qui diceret qd talis cōtract⁹ nō esset mal⁹ contract⁹ iudicarent ⁊ arbitrarētur eum solitum facere malos contractus. ⁊ sic videntur deducere aliqualem presumptionem contra ipsos que licet fatendū sit quod ex se nō sufficeret nihilominus videtur aliquantulum coadiuuare alias coniecturas ⁊ presumptiones cum vt dixi in hac materia procedatur per indicia cōiecturas ⁊ argumenta. Concurrit etiam quod dicti Jaco. et fratres retinuerunt dicta bona in eorum extimo tanq̄ cetera eorum bona: ꝑut deponunt plures testes ⁊ etiam deponunt aliqui qd soluebant datas ⁊ collectas pro dictis bonis post dictam assertam venditionem per plures annos: prout vnus testis deponit de visu de directo ⁊ alius quod vidit solutiones scriptas pro eis in libris dicti cōmunis vocatis datieri que non solent de facili fieri nec est verisimile quod fiant quando res sunt penitus aliene ⁊ in dubijs attenditur illud quod est verisimile ⁊ frequentius fieri consueuit. l. in obscuris inspici. ff. de re. iu. ⁊ l. semper in stipulati. eo. titu. ⁊ c. in obscuris inspici. eodem tit. libro. vj.

12 † Est itaq; videndum pro principali fundamento premissorum ⁊ dicendorum infra quanta fuerit lesio seu disproportio precij seu inequalitas precij asserti ad valorem dictorum bonorum tempore dicti celebrati contractus. Circa quod est premittendum quod dicta bona fuerunt vēdita pro libris. dccccl. que sunt valoris. ccxxxvij. floreñ. ⁊ probatur quod dicta bona tunc temporis valebant floreñ. mille: quia testes deponunt verba esse et reddunt sufficientem causam scientie s̄m theoricam que traditur in. l. precia rerum. maxime per Jmo. s̄m quam considerationem dictum precium non ascendit ad quartam partem extimationis tūc temporis dictorum bonorum: ita ꝙ euidenter apparet ꝙ non solum fuit lesio vltra dimidiam iusti precij: sed vltra triplum ⁊ sic fuit nedum enormis ⁊ enormissima ⁊ vt ita dixerim plusquam enormissima lesio que lesio potest etiā deduci ex alijs attestatiōibus vtriusq; partis: nam plures testes: prout presupponitur deponūt quod dicta bona tempore dicte venditionis fructabant intantū ꝙ fuissent locata annuatim pro decem modijs frumenti positi senis ad expensas conducentis quod ⁊ deponit Antonius Jo. testis aduerse partis: item duo testes dicte partis conuente: vz Jaco. nanis et Joannes Petri: ⁊ quamplures testes partis agentis deponunt quod possessiones que fructabant tantum quod fuissent locate ꝑ decem modijs frumenti positis senis vt supra dictum est erāt dicto tempore valoris ⁊ extimationis. M. floreñ. qui talis modus probādi valorem est alius modus probandi valorem ⁊ extimationem rerum iuxta doctrinam Bart. ⁊ doc. in. d. l. precia rerum. ⁊ per glos. et doc. in. c. cum cām. ij. de testib⁹. posset etiam per aliam viam deduci maxima lesio: licet non tanta: vz per assertionem partis conuente que fatetur dicta bona hodie valere sexcentos ducatos qui valent dcccxl. floreñ. ⁊ testes eiusdem partis super interrogatorio partis agentis deponunt quod dicta bona hodie omnib⁹ consideratis nō sunt meliorata nisi. xx. ꝑ cētenario. i. ꝓpter tpale pp pacē propter foueas ⁊c. super quo non insisto cōsideratis alijs attestationib⁹ supra deductis ⁊ q̄r prout mihi d̄r parua aut nulla sit dubitatio: ꝑut nec mihi videtur hesitatio aliqua facienda.

13 ¶ † Hoc igitur p̄supposito est videndum vtrum presupposito etiam vero contractu vēditionis ratione lesionis vltra dimidiam iusti precij: possit dict⁹ cōtractus rescindi concurrente virtute iuramenti: circa ꝙ videtur dicendum ꝙ non q̄r glo. Bar. Bald. ⁊ doc. communiter quasi omnes in. d. l. ij. C. de rescin. ven. ⁊ glos. ⁊ doc. in. c. pe. de empt. ⁊ ven. volunt quod vbi apponitur iuramentū sup cōtractu empt. ⁊ ven. tollatur remediū. d. l. ij. ⁊ sic iuramentū operetur virtutem suam etiam vbi militat enormis lesio pro quo facit q̄r iurans non venire cōtra censetur iurare super omnib⁹ concernentib⁹ illud factuz super quo iurat. l. si duo. §. si iulian⁹. ⁊ §. si iurauerit cum ibi no. de iureiuran. Preterea sine iuramento non posset venire contra nisi ratione enormis lesionis: ergo si iuramentum illud remedium non tolleret nil operaretur: ideo vt aliquid operetur vt decet. argumen. l. si quando. de lega. j. ⁊ c. si papa. de priuileg. lib. sexto. dicendum videtur quod tollat remedium resultās ex enormi lesione: ꝑut hec ponderat Jmol. in. c. cum contingat in. xxviij. char. facit etiam optime. c. quamuis. de pact. in sexto. qui loquitur eo casu quo mulieres cōmuniter multum leduntur. ⁊ tamen iuramentū firmat contractum qui a iure vitiatur ratione frequentis magne lesionis. ⁊ est ponderandū quod in illis terminis nō pōt peti absolutio a iuramento prout vult ibi Archi. ponderando verbū omnino in litera positum quem sequūtur Jmol. ⁊ Panor. in. d. c. cū contingat. volentes qd in casibus in quib⁹ iuramentum firmat ꝯctū nō potest peti absolutio a iuramēto qd ⁊ videtur ibidem velle. d. Anto. qd ⁊ voluit Ang. in. l. si quis pro eo. ff. de fideius. simpliciter dicens quod in terminis aut. sacramenta pube. C. si aduersus ven. ⁊ dicti. c. cū contingat non possit peti absolutio a iuramento qd ⁊ tenendum videtur per generalitatē text. dicte aut. sacramenta. ⁊ d. c. cū contingat. ⁊ d. c. q̄uis. ⁊ c. licet mulieres. de iureiuran. lib. vj. ⁊ ne dicta iura sint quodāmodo ludibrio posita verbis potiusquam rebus contra. c. commissa. de oblig. in sexto. ⁊ l. si pretor. in princip. de iudi. ⁊ l. secūda. in fi. C. cōmunia de lega. Et insuper vult Ange. in quodam suo cōsilio quod incipit domina Catherina tenens quod vbi contract⁹ firmatur iuramento non potest venire contra cōtractum: licet per superiorē absoluatur a iuramento quia actus est de se validus propter impositionem iuramēti ⁊ absolutio hoc casu solū operatur ꝙ nō obseruans ꝯctū nō incidat in periuriū ⁊ hoc casu nō vitiat ꝯctum iuramento roboratum ꝙ Jmo. ⁊ Panor. in. xij. col. in. d. c. cū cōtingat. dicunt esse perpetuo menti tenendū: s̄m quē Panor. Joan. cal. ⁊ Pau. de leaz. in quibusdam eorū consilijs videntur sentire contrarium inquantum dicūt ꝙ petens absolutionē a iuramēto confirmāte ꝯctum dz facere citari partē q̄r tractatur de eius p̄iudicio ꝙ sublato iuramento sequatur rescisio ꝯctus vt ibi refert ipse Panor. qui formaliter subdit

mihi hoc dictū non placet: qꝛ vt supra dixi ꝑ interpositionem iura
menti lex tollit ꝓhibitionē ꝛ sic ꝯctus remansit validus sine illa ꝓ
hibitione nō dꝫ rescindi per absolutionē a iuramēto qꝛ ꝯctꝰ assum
psit vires ex ꝯsensu partium vallato iuramento. Vn̄ tunc nō cessat
ex toto cā confirmans. argu. nihil tam naturale. de reg. iur. ꝛ. c. j. ex
tra. eodē ti. ꝛ. C. quādo liceat ab emp. discedere per totum scōm eū.
Ex quibus videtur ꝯcludendū ꝙ nō potuerit peti absolutio a iura
mento ꝛ petita ꝛ ꝯcessa non releuet. Dato autem ꝙ absolutio a iu
ramento releuaret absolutū vt venire possit cōtra ꝯctum iuramēto
roboratum: prout pleriqꝫ tenent de quibus. j. subijciam. nihilomi
nus vr̄ ꝙ in casu nostro non releuet: nam cā ex qua competit ius ve
niendi contra ꝯctam: prout est absolutio a iuramento supuenit de
nouo post iudiciū inchoatum: qꝛ post litis cōtestationem si litis cō
testatio emanauit in hoc iudicio vel si non interuenit litis cōtesta
tio ꝑpter naturam iudicij post actum qui solet seq post litis con
testationē qui actus in summarijs causis in quibus litis cōtestatio
non requirit̄ hꝫ vim litis ꝯtestō. l. nihil arbi. ꝛ. l. nulla. C. de ꝓcu. qn
immo supuenit etiaꝫ post sn̄iam: qꝛ pendente cā appellationis, vel
forte post litē ꝯtestatā vel habita ꝓ contestata in cā appellationis:
sed ius supueniēs actori post litē ꝯtestatā non cōsideratur ad sn̄iaꝫ
reportandā si ex cā de nouo orta supuenit vt est expressum in. l. non
potest videri. ff. de iudi. ꝛ ibi gl. ꝛ doc. maxime in iure ꝑsonali: vt hr̄
ibi ꝛ in. c. abbate sane. de re iud. lib. vj. ꝛ ꝑ Bar. in. l. eadem. §. actio.
ff. de excep. rei iudi. ius. n. futurum ꝛ tractus futuri tp̄is nō spectat
ad iudicem nec pōt in iudicio regulariter deduci. l. nō quēadmodū
ff. de iud. ꝛ. l. j. in fi. ff. de vsu. ¶ His tn̄ non obstantibus in ꝯtrium ar
bitror esse iustitiam. Nam Vin. vt refert ꝛ tradit Jo. and. in. d. c. cū
contingat. vult ꝙ in terminis illius. c. cū cōtingat. iuramentum sit
ibi seruandum ꝛ iuuet ꝯctū donec petat̄ ꝛ cōcedat̄ absolutio. ꝛ ideꝫ
voluit Pet. de anch. in quodā suo consilio qd̄ ipse refert in repe. c.
canonū. de ꝯsti. in. xj. q. ꝛ tenendo hanc opi. pōt rn̄deri ad rationes
in ꝯtrium adductas. Nam nō est verꝫ ꝙ tūc dictum. c. non erat ꝛ simi
lia iura. s̄. adducta essent ludibrio: nam satis operantur ꝙ vbi al's
cōtractus erant ipso iure nulli nec ex eis competebat actio vel exce
ptio virtute iuramenti cōtractus validatur ita quod ꝓducit actio
nem ꝛ exceptionem: ꝓut materia suadet ecce effectꝰ magnus resul
tans ex illis iuribus. ꝛ licet iste effectus possit tolli mediante abso
lutione a iuramento non erit persona ludibrio: qꝛ absolutio a iura
mento non cōcedit̄ sine cā: si em̄ iurans non ledit̄ iuramento seu cō
tractu iurato non obtinebit absolutionē ꝛ remanebit effectus p̄di
ctus resultans ex illis iuribus in quibus cessante virtute iuramēti
ꝯctus essent nulli etiam circūscripta omni lesione. ꝛ ꝑpterea dicta
iura non sunt ludibrio nec imposita verbis ꝛ ad verbū omnino po
situm in. d. c. q̄uis. potest responderi ꝙ oīno est seruandum rebꝰ sic
se hn̄tibus: prout hec ꝯditio subintelligitur in iuramento ꝛ cōtra
ctibus vt hr̄ in. l. non quēadmodū. de iureiur. ꝛ in. c. peruenient. eo.
tit. ꝛ in. l. ꝙ seruius. ff. de condi. ob cām. ꝛ in. l. ꝯtinuus. §. cum quis.
ff. de verb. ob. ꝛ in. l. si. ff. qui satis. cog. Sed secuta absolutiōe a iura
mento res sic se non habent merito ꝛc. Dato aūt ꝙ hec opi. nō ꝓce
deret ita absolute sed p̄ualeret opi. contraria regulariter, ꝛ cōsequē
ter in illis terminis dictoꝝ iuriū non possit peti absolutio: tn̄ fallit
qn̄ interuenisset dolus aduersarij ex ꝓposito: nam iuramentū non
firmat contractum vt ꝓbatur in. d. c. cum contingat. in fin. ꝛ in. d. c.
q̄uis a contrario sensu ꝛ hr̄ in. c. verū. ꝛ in. c. si vero. de iureiur. quin
immo in dictis iuribus dubitat̄ an requirat̄ absolutio a iuramento
an vero iuramentū sit ipso iure nullū: ita ꝙ non liget de quo etiam
per Joan. an. in. c. j. de cōmodato. sed non est p̄n̄tis inuestigatiōis.
Itē fallit qn̄ interuenisset dolus reipsa qui resultat ex enormi lesio
ne: nam ꝓut dicit. d. Ant. in. d. c. cum contingat in quarto suo casu
p̄ncipali qn̄ deceptio est enormis iurans hꝫ remedia veniendi con
tra iuramētū iuxta no. per gl. in. c. veni. ꝛ in iuribus ibi allegatis. de
iureiurando. Et hoc qꝛ in enormi lesione presumitur dolus ꝛ subest
cā sic presumēdi. ar. l. oīs. §. lucius. ff. que in fraudē creditoꝝ s̄m eū.
Et idem qn̄ interuenit enormis lesio voluit Pe. de an. in. d. c. can̄.
in. xj. q. col. lxxvij. dicens se ita consuluisse senis vbi viget statutum
ꝙ nullus ꝯctus vel quietatio facta per minorem. xxv. annis valeat
nec de eo reddatur ius nisi intercedat certa solēnitas: occurrit. n. ꝙ
patruus dotauerat neptē in qngētis ꝛ neptis cū iuramento renun
ciauerat sibi omne ius sibi competens in hereditate paterna q̄ vale
bat in quadruplo super quo casu conclusit quod possit peti absolu
tio seu relaxatio a iuramento his rōnibus. Primo per regulam qꝛ
iuramentum non debet esse iniquitatis vinculū. c. quantū de iure
iuran. ꝛ canone intercedere. xxij. q. quarta. Item debet habere tres
comites. c. ꝛ si christus. de iureiuran. ꝛ in canone aduertendum. xxij
qōne. iiij. ꝛ ꝑ gl. in aut. ꝙ eis. de nup. quorum vnus est iustitia. Sed
dicto casu non est iustitia: sed euidens iniquitas ergo ꝛc. Item pa
ria sunt inesse dolum ex proposito vel re ipsa. l. si quis cum aliter. de
verb. obli. ꝛ. l. ij. §. circa. de exce. doli. Isto autem casu inest dolus re
ipsa saltem propter graue damnum: nedum enim vsqꝫ ad quadru
plum: sed etiam vsqꝫ a dimidia iura subuentum decep. l. ij. de re. vē.
s̄m eum ꝙ concurrit illo casu etiam etas ꝛ sexus muliebris: ꝛ cōclu
dit ꝛ concludendo subdit ratione ergo euidentis iniquitatis ꝛ do

14 li saltem re ipa videtur relaxandum iuramentum. † Sicut quando
per metum. dolus enim ꝛ metus equiparantur quo ad rescisionem
actus. c. pe. ꝛ. c. abbas ꝙ metus cā s̄m eū: qui adducit etiam dictum
Vincentij de quo supra que verba Petri de anch. placent Panor.
in. d. c. cum contingat. colū. xxvj. ꝛ respondit Pet. de ancha. ad no.
per Joan. an. post Jaco. de beluiso in addi. Spec. in tit. de senten.
prola. §. vt autem. ꝛ in titulo de res. in integruꝫ. §. j. ad finem. prime
colum. Nam licet Jo. an. in simili qōne dicat ꝙ iurans obligatur iu
ramento: qꝛ non dicit ꝙ non possit peti relaxatio nec ipse Petrus
de ancha. negat ꝙ iuramentū obliget secūdū eum. d. aūt An. in di
cto quarto suo principali vult ꝙ non requirat̄ absolutio: nam iura
mentū de seruando contractum vel de non veniendo cōtra nō tra
hitur ad enormē lesionem: quia enormis lesio ꝛ remedia exinde cō
petentia videntur excepta ab huiusmodi iuramentis per ea q̄ ha
bentur in. c. quintauallis. de iureiurando vbi cōiter dicitur quod si
quis iurat non venire cōtra laudum iuramentum non trahitur ad
enormen lesionem. Preterea dictū. c. cum contingat. ꝛ dictū. c. quā
uis exceptuat iuramentū dolo extortum videt̄ ergo exceptio pro
cedere siue dolus ex proposito sit siue re ipsa rōne enormis lesionis
s̄m eū qui dicit hoc procedere nō solū in minore sed etiā in maiore
dūmodo maior nō iuret nō venire cōtra etiam ratione enormis le
sionis: nam tunc maior non audiretur s̄m eū: que quidem clausula
15 non interuenit iuramento de quo agitur. † Et subdit prefatus. d.
Ant. predicta procedere scilicet qd̄ iuramentum non liget etiam si
adijciat quod omne id ꝛ totum quod plus valet donat ꝛ donare in
tendit: licet in hac parte videatur loqui de minore leso ꝙ non curā
dum: quia dicta clausula non interuenit in casu nostro. Sed inter
uenit clausula quod plus valet donat etiam si excederet dimidiam
iusti precij. Nam intelligitur si paruꝫ excedit dimidiam iusti precij:
non enim trahuntur dicta verba ad magnum excessum. argu. l. hec
adiectio. de verb. signifi. ꝛ tex. cū glos. prima. l. ꝛ si post tres. ff. si quis
cautio. prout ꝛ in proposito no. Bart. in. d. l. ij. de re. vendi. cū quo
doc. communiter transeūt. Vnde cū in casu nostro vltra dimidiam
iusti precij sit magna ꝛ maxima lesio dicta clausula non releuat ꝛ di
cta. s̄. per. d. Anto. in effectu sequit̄ Panor. in. d. c. cū contingat in
xxxj. ꝛ. xxxij. col. qꝛ presumitur dolꝰ ꝛ qꝛ iurans non presumit̄ talem
casum cogitare: ꝛ qꝛ iura cōiter excipiunt dolum ꝛ paria sunt adesse
se dolum ex proposito ꝛ re ipsa per iura ꝛ doct. supra s̄m eū: secūdū
quem predicta procedūt non solum si verba sunt indefinita sed etiā
si verba sunt generalia vt quia iurauit nulla ratione vel causa veni
re cōtra qꝛ p̄n̄t intelligi ciuiliter ꝛ debent ab eis excipi graues lesio
nes. arg. optimū in. l. si creditor. §. luciꝰ. ff. mandati. ꝛ. l. aureliꝰ. §. j.
de lib. lega. s̄m eū. Quinimmo etiam si minor iurasset non venire ꝯ
ratiōe enormis lesionis quicquid simpliciter dicat. d. Ant. vt supra
possit tamen ratione enormissime lesionis venire contra saltem pe
tendo absolutionem a iuramento: prout. n. posset quando inter
uenit dolus ex proposito. d. §. luciꝰ. Ita ꝛ quando re ipsa. d. l. si qs
cū aliter. ꝛ hoc nisi appareat ex aliquibus circunstantijs quod vere
donare voluerit ibi in quo fuit lesus: ꝛ sic potest intelligi. l. si qs do
nationis. C. de contrahen. emp. in dubio aūt q̄ntūcūqꝫ verba sint la
te concepta nō presumit̄ animus donandi: sed potius verba fuisse
apposita ex consuetudine nota. ꝓut hoc dicit Panor. vbi supra ad
ducens pro hoc notabile domini Spe. in ti. de emp. ꝛ vendi. §. nūc
16 videndū. † Facit etiam ad predicta qd̄ no. dicit Ange. in sua dispu.
que incip. duo adinuicem litigantes dicēs ꝙ est cōsiderare enormē
enormiorem ꝛ enormissimam lesionē nec ꝓmissio de nō veniēdo cō
tra ratiōe vnius lesionis trahitur ad aliam: ꝛ ideo Imo. in. d. c. cum
cōtingat. in. xxxiij. seu. xxxij. charta dum loquit̄ de minore dicit qd̄
si iurat non venire cōtra ratiōe etatis vel enormis lesionis sibi nō
preiudicat si lesio fuit multū excessiua etiam si adiecerit vel alia de
causa: qꝛ talis clausula vel alia de causa videtur trahenda ad simi
lia vel non multum dissimilia per id quod habetur in cap̄. sedes. de
rescript. ꝛ in cle. non potest. de procurat. ꝛ in. l. fina. §. cui dulcia. ff.
de vino tritico ꝛ oleo legato secūdū eundem Imo. qui se exempli
ficat dicendo quod si iurauit non venire contra ratione modice et
enormis lesionis poterit venire contra ratione valde enormis vt si
rem valentem ducenta vendidi pro quinquaginta adducens etiaꝫ
no. per Bar. in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. ꝛ sic imo.
ꝛ vult quod censeatur valde enormis lesio quando res cum valet in
quadruplum plusquam vendatur prout contingit in casu nostro:
vult quod iurans non venire contra ratione enormis lesionis pos
sit venire contra ratiōe enormissime lesionis. Et sic ex predictis vi
detur concludendum quod licet iuramentum tollat remedium
dicta. l. secunda. de rescind. vendi. quando. n. lesio non multum ex
cessiua vltra dimidiam iusti precij ꝛ ita procedit opinio. glos. ꝛ doc.
in contrarium adducta nec peti tunc possit absolutio a iuramen
to et ita procedat opini. Archi. ꝛ sequa. de qua supra tamen quan
do est lesio multum excessiua vltra dimidiam precij: prout est in ca
su nostro iuramentum non impediat remedium dicta. l. saltem pe
tita absolutione a iuramento que hoc casu peti potest et quidam
volunt quod petitio non requiratur et ita procedat opi. cum quo
transit. Joan. and. vt supra retuli ꝛ opi. Pe. de an. ꝛ domini Ant. ꝛ
Panor.

13 dotatis ab extraneo.† Cum itaqȝ quãtitas habita a mõte Florentino.s̃.quãtitatẽ capituli positã in mõte per ipsum patrẽ de propria pecunia patris fuerit habita bonis cõmunis Florentie:⁊ hoc est clarissimũ dicendũ est in cõsequentiã ꝙ non de bonis ipsius patris de cuius successione agitur ut de se cõstat:et ꝓbatur ex natura dictionis de qua denotat substãtiã eius cui adiũgitur: ut no.Bal. in.c.penul.de offi.leg.allegãs.l.j.§.nũc videamus.ff.de cõiun.cum emã.lib.unde si dico hec res est de bonis meis: idem est ac si dicerẽ hec res est substantia bonorũ meorũ ꝫm eum ibi qui in.c.cum in veteri.de elec. similiter dicit ꝙ dictio de denotat eandẽ substantiã dictio ex denotat processum et allegat magistrũ sentẽtiarũ lib.j.dist. xxvj.in fi.⁊ subdit ꝙ si cõmittitur aliquid faciendũ cum cõsilio alterius nõ tenetur quis sequi consiliũ secus si dicit de cõsilio.Nam dictio de dat illi potestatẽ.arg.d.§. nũc videamus. ꝫm eum qui dicit antiquos ita velle.Ad predicta etiã ꝙ no.Bal.in.l.qm̃ novella circa fi.C.de inoffi.testa.⁊ in.l.liberti liberteqȝ.C.de bo.libe. et saltem probatur per.d.§. nũc videamus qd dictio de denotat cãm ꝓximã non remotã.Nam aliud est dicere de bonis talis:aliud ꝓpter bona talis ut est ibi expressum. dictio em̃ propter denotat causam remotam.l.sociũ qui in eo.in fi ff.pro socio sed dicta quantitas data per dictũ cõmune Florentinũ fuit data ꝓpter illud capitale et nõdum ipso capitali dato per patrẽ:ergo cõstat ꝙ nõ de bonis patris:sed propter bona patris illud residuũ datũ fuit in dotẽ dicte filie.⁊ per cõsequens nõ verificãtur illa verba dicti statuti de bonis patris ⁊c. quinimmo põt attẽtari qd nec dicantur simpliciter data propter bona paterna.Nam dictus mons Florentinus nõ videtur tam factus pro habẽda pecunia in cõmuni quã factus favore dotium ut puelle facilius dotentur ꝙ demonstratur ex eo quia statutũ est qd nullus nisi Florentinus aut de districtu Florentie possit in dicto mõte puellarũ pecuniã ponere. Si em̃ fuisset cõstitutus cõtemplatione cõmunis pro habẽda pecunia in cõmuni nõ fuisset illud sancitum attẽto ꝙ nõ minus esset cõmuni ꝓficua pecunia forensis qd pecunia civis hoc etiã persuadetur ex nomine ipsius mõtis : quia vocatur mons puellarũ quasi factus puellarum contẽplatione seu favore:licitũ est em̃ argumentũ a vi nominis.insti.de dona.§.est et aliud.l.ij.§.appellata.ff.si cer.peta.⁊.l.a nullo.C.de fe.cum si.unde ꝑsuadetur ꝙ illa pecunia erogetur a cõmuni cõtemplatione puellarum potiusqȝ cõtẽplatione patris pecuniã erogãtis vel cõtẽplatione ipsius pecunie:⁊ maxime quia si cõtemplatione ipsius pecunie erogaretur pecunia cõmunis resultaret aperta usura maxime si censeretur data patri ⁊ per patrẽ filie: nam tunc ꝓprie accederet sorti:⁊ sic aperte esset illicita iuxta cañ. pleriqȝ.xiiij.q.iij. cum multis simi.ꝙ est evitandũ:ut.s.cẽseatur usura saltẽ notoria et evidẽs. arg.l.merito.ff.pro socio.cum cõcor.Si autẽ teneamus prout ⁊.s̃. retentũ fuit circa primũ arti.ꝙ.s. debeatur supplementũ legitime videtur posse dici ꝙ tota dicta dos cõputetur in legitimã per.d.l. qm̃ novella ubi donatio ꝓpter nuptias et dos filie cõputat̃ in legitimã:nec requiritur ꝙ fuerit de bonis patris sed sufficit ꝙ sit ꝓfecta ex eius substãtia ut dicit ibi tex.in fi.⁊ inter dictionem de et dictionem ex:facit differentiã Bal.post magistrũ sententiarũ in.d.c. cum in veteri:ut.s̃.patet:ideo videt̃ sufficere qd substãtia paterna fuerit causa ꝙ filia dotẽ habuerit prout ⁊ videtur ꝓbare tex.in.d.l. omnimodo.§. imputari ibi que occasione militie ex pecunijs mortui ⁊c. nam dictio occasione solet denotare causam remotã prout habetur in.c.solite.de maio.⁊ obe.⁊ facit etiã ꝙ ibi no.Pet.⁊ Cyer doct. post eos dicẽtes ꝙ si militia est quesit.. filio gratis ad p̃ces patris ꝙ illa militia seu quesitũ in ea imputatur in legitimã.arg.l. sed ⁊ si plures.§.in arrogato.de vulg.⁊ pup.ex quo patet ꝙ ad hoc ut fiat imputatio in legitimã nõ requiritur qd collatũ filio vel filie processerit de bonis patris:sed videtur sufficere qd ꝓcesserit causa patris ⁊ sic pater p̃stiterit causam ꝙ satis videtur cõcurrere in casu nostro. Nam pater ponendo suã pecuniã in mõte dedit causam ꝙ filia illa integrã dotem haberet : ideo videtur dos illa in legitimã

14 imputanda. ¶ † His tamẽ non ob.contrariã arbitror sententiam veriorẽ:nam ea sola in legitimã imputentur de quibus specialiter

est expressum aliqua lege ꝙ imputẽtur prout formaliter dicit tex. in.l.illud.§.hec aũt regula.in fi.C.de col. prout ⁊ ibi doct. notant: sed ꝙ hec dos quatenus est erogata de pecunia cõmunis cõputetur in legitimã non est aliqua lege exp̃ssum merito ⁊c. Nec obstat dicta.l.q̃m nouella. quia loquitur de dote ex substãtia patris p̃fecta:sed dos ista nõ est p̃fecta ex substãtia patris nisi respectu illius tantũmodo capitalis ꝙ ex substãtia paterna fuerat positũ in monte:nam residuũ processit ex substãtia cõmunis Florentini: ideo in dicto residuo non verificatur tex.d.l.q̃m nouella:ideo facit pro potiusꝙ cõtra ⁊ maxime q̄ dictio ex licet qñqꝫ denotet causam remotam.l.j.§.ex incẽdio.ff.de incẽdio rui.⁊ naufra.⁊.l.si ex falsis.C. de trãsac.⁊.l.apud trebatiũ.in prin.de aqua plu.ar.tamẽ p̄prie sumendo denotat causam p̄ximã.l.j.C. si seruus extero.⁊.l. qui liberis.§. hec verba.de vulg.⁊ pupil.⁊ notat Bar.in.d.§.ex incẽdio. nec obstat.d.§.imputari q̄ ibi loquitur de militia quesita ex pecunia patris:vnde ipsa militia dicitur p̄fectitia ⁊ subseqũter illud qđ ex ea prouenit:sed ista dos nõ est quesita ex pecunia patris merito non dicitur tota profectitia: sed solũ ea pars que processit ex substãtia paterna:ideo etiã.d.§.imputari põt a cõtrario induci pro hac parte. Nec obstat illud qđ dicũt Pe.⁊ doc.in.d.§.imputari nam respõdetur ꝙ illud qđ est datũ filio gratis cõtemplatione patris cẽsetur a patre profectũ ac si datũ esset patri.⁊ per patrẽ filio p̄ut in simili dicitur in.l.iij.§.⁊ si debitorẽ.de dona.inter virũ.⁊ in.l. singularia. in fi.ff.si cer.pe.cum si. Et sic mediãte quadã potest dici profectũ ex substantia patris qñ ab alio ex cõtemplatione patris proficiscitur. Et ideo dicitur p̄fectitiũ prout et p̄bat tex.in.l.p̄fectitia. in prin. ff.de iure dot. Sed in casu nostro nõ datur filie dos cõtemplatione patris. Sed cõtemplatione puelle vt maritetur merito non debet censeri dos profectitia nec a patre profecta. Et maxime attẽta ratione predicta quia tũc resultaret euidẽs vsura prout.s. declaratũ est merito nõ debet in legitimã imputari. Et si dicatur in omnem euentũ qualitercũqꝫ sumatur est vsura cum satis accedat sorti attẽto ꝙ pater subleuatur ab onere dandi dotẽ quam al's dedisset. Et solũ ob illam causam pater ponit illã pecuniã in mõte respõdetur ꝙ non est p̄sentis speculationis vtrũ etiã eo casu resultet vsura nec illud nego: sed dico ꝙ si cẽseretur datũ patri esset manifesta vsura que nõ posset illa tergiuersatione negari: sed si nõ censetur datum patri saltẽ põt in dubiũ reflicari an sit vsura necne. et si cõcludatur qđ in omnẽ euentũ sit vsura tunc magis aperte videtur dicendũ ꝙ nõ sit in legitimã imputandũ ex eo quia vsura põt repeti per cõditionem indebiti ⁊ sine causa.l.si nõ sortẽ.in prin.ff.de condi.inde.⁊ notant glo.⁊ doc.in.c.michael.extra de vsuris. ⁊ cum teneretur ad restitutionẽ in foro fori ⁊ in foro poli vt ibi.et in.c.tua nos.et in.c. tuas.⁊ in.c.cum in tua.et quasi per totũ titulũ extra de vsur.nõ est rationi consonũ qđ imputetur in legitimã cum nec debeat censeri quesitũ:quia non censetur habitũ:illud qđ potest euinci:vt.l.iulianus.§.qui fundũ. de ver.obli. prout ecõtra ille qui põt rem petere dicitur rem habere.l.qui actionẽ.ff.de reg.iu.⁊.l. nemo videtur.ff. de in integ.resti.cum si.prout nec dicitur versum si nõ durat seu nõ est duraturũ.l.si pro patre.§.versum.ff.de in rem verso. cum cõcor. Et facit etiã ad predicta quia nõ ferẽda quesita ex delicto.l. ꝙ aũt ex furto.ff.pro socio. Et per cõsequens siue sit vsura siue nõ debet in legitimã imputari pro quo etiã facit quia dicta dos nõ trãsmittitur ad heredes sed queritur marito ipsa decedente in matrimonio vigore.l.municipalis ita disponẽtis:nec durante matrimonio põt vxor illã vendere cum ad eam nõ pertineat cõstante matrimonio:sed ad virũ.l.doce ancillã.C.de rei vẽdi.⁊.l.in rebus.C. de iure do.ideo videtur ꝙ nõ debeat in legitimã imputari per id qđ habetur in.d.§.imputari.vbi probatur qđ militia quesita filio ex pecunia patris nõ imputatur in legitimã filij si nõ potest vendi ⁊ nõ est trãsmissibilis ad heredẽ filij vt probat ille tex.⁊ notant doct.ibi. et Bar.in.l.j.§.nec castrẽse.ff.de col.bonorũ.⁊ Bal.in.d.l.q̃m nouella.ita ⁊ pari ratione dicendũ videtur in dote que non põt vẽdi nec est trãsmissibilis in heredẽ ꝙ nõ debeat in legitimã imputari quia nõ videtur subesse ratio differẽtie ergo idẽ ius.l. posthumi.§.j. ibi nec ratio diuersitatis reddi põt. de iniusto testa.⁊.l.illud.ff.ad leg. aquil.⁊.l.a titio.ff.de verb.obli.⁊.c.inter ceteras.de rescrip.cum si. et per istã vltimã rationẽ posset attentari qđ nec illud capitale qđ processit ex substãtia patris si in legitimã imputandũ qđ tamẽ nõ affirmo: sed concludo qđ quicquid sit de dicto capitali de quo me non intromitto tamẽ residuũ habitũ a monte puellarũ non est in legitimam imputandũ per rationes.s.adductas. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccxcj.

1 Clausula pro precio declarando per homines adiecta in contractu an faciat cõditionem vel modum.per totum.
2 Oblatio etiã facta in iudicio vel extra an sufficiat et quo tempore fieri debeat.nu.5.
3 Conditio ob causam an habeat locũ in cõtractibus innominatis.
4 Promittens dare rem pro precio declarando tenetur ad rei traditionem non expectata precij declaratione.vsqꝫ ad fi.consi.
6 Contractus correspectiui qui dicantur.
7 Instrumento nullus potest niti nisi ipse prius impleat. fallit vbi exceptio legitima militat in contrarium.nu.seq.
8 Qualitas nõ est maior in mundo ꝙ illa que interpretatur per causam finalem sine quia non erat alias cõtracturus.
9 Prodictio facit modum ⁊ non conditionem.
10 Clausula occasione dotis vel pro dotibus denotat cãm impulsiuã.
11 Doli exceptio an militet causa deficiente.

¶ Consilium.ccxcj.

In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ † [1] In p̄senti cõsultatione videtur prima facie dicendũ ꝙ dicte sententie fuerint iuste late nec veniant per iudicẽ appellationis reuocãde:sed potius cõfirmande:nam in dicto instrumẽto simpliciter pro parte dicti dñi Francisci fuerunt simpliciter promissi dicti.cl.floreni pro restitutione dicte dotis nec aliquid fuit adiectũ nisi tẽpus anni cum dimidio qui quidẽ annus cum dimidio apparet ꝙ est hodie ⁊ fuerat iam tp̄e dictarũ sententiarum elapsus:vñ videtur ꝙ fuerit ⁊ sit admodo purũ cum paria sint ab initio vel esse purificatũ.l.cum testamento.⁊ ibi no.Bal.C. de manu.testamẽto.⁊ sit liquidũ cum quãtitas ipsa p̄missa sit clara et liquida:ideo videtur ꝙ iuste fuerit pronũciatũ p̄supposito ꝙ vigeat lex municipalis ꝙ instrumẽta hm̃oi pura ⁊ liquida mãdentur executioni:licet pleriqꝫ etiã de iure cõmuni idem teneant in instrumentis guarẽtigiatis p̄ut tangit Imo.in.d.§.si iudex.⁊ Ang. ibi dicit qđ statuta disponẽtia qđ instrumẽta guarẽtigiata paratã habeant executionẽ nõ sunt exorbitãtia a iure cõi ꝙ tenet Imo.ibi.⁊ idẽ tenebat dñs meus in.l.fi.C.vbi ⁊ apud quẽ.⁊ facit ꝙ not. Bal. in.l.sicut.C.de repu.hereditate.⁊ ꝙ no.Bar.in.l.ij.ff. de iureiurã. licet hoc aliter nõ firmẽ nec expediat maxime cum instrumentũ de quo agitur nõ habeat guarẽtigiã vcꝫ illud qđ mihi est ostensum in publicã formã.s.exẽplatũ ⁊ publicatũ manu ser Joãnis ser Uenture Angelutij de camerino ex prothocollis ser Uenture Angelutij de camerino in hoc aũt nõ facio fundamentũ q̄ presuppono ꝙ iudices ⁊ patroni cause hoc viderint: tñ placuit hoc in mediũ adducere: quia cõiter statuta hm̃oi loquũtur de instrumẽtis guarẽtigiatis ⁊ plerũqꝫ cum videtur instrumentũ publicũ p̄supponitur ꝙ habeat guarẽtigiã vbi guarẽtigia causat paratã executionẽ. † [2] Presupposito itaqꝫ qđ instrumẽtũ de quo agitur mereatur executionẽ paratã videtur ꝙ sit exequendũ cum videatur purũ et liquidũ per p̄dicta nec videtur obstare id qđ in contrariũ adducitur in pũcto.s. qđ ipse Ansuinus nõ impleuit ex parte sua.ideo non videatur sibi implendũ.ar.l.iul.§.offerri.ff.de act.emp.⁊.l.q̄ro.§. interlocutorẽ. ff.loca.⁊.l.cum p̄ponas.C.de pact.cum si.nam rñdetur ꝙ solẽt per statuta tolli exceptiones ⁊ si tale statutũ viget in ciuitate camerini videtur ꝙ sit p̄clusa via ad opponẽdas hm̃oi exceptiones perẽptorias ⁊ maxime q̄ solent hm̃oi instrumẽta equiparari rei iudicate ⁊ post rem iudicatã non possunt opponi exceptiones etiã perẽptorie.l.ad perẽptorias.C.sentẽtias rescin. nõ posse longe minus dilatorie ⁊ declinatorie quibus p̄cluditur via per litis cõtest.l.fi.C. de excep.l.exceptionẽ.C.de p̄ba.l. ita demũ.C.de pcu. cum multis si. preterea dictus Ansuinus videtur impleuisse omne id qđ per eum veniebat implẽdũ:nam obtulit facere omne id ⁊ totũ ad qđ vigore dicti cõtractus ⁊ instrumẽti tenebatur sufficit autẽ oblatio saltẽ in iudicio facta.l.si rem.§.fi.ff.de pig.act.⁊.d.§.offerri.⁊.l. si maior.C. de trãsac.cum si. Et licet rea cõuenta excipiat ꝙ dictus Ansuinus nõ impleuit ex parte sua q̄ non dedit sibi cũ effectu.s. nominatas possessiones nõ videtur qđ actã exceptionẽ apposuerit q̄ satis videtur satisfecisse ex parte sua ex quo obtulit se paratũ implere oĩa ad que tenebatur ⁊ dicta dña Joãna nõ obtulit se paratã recipere prout offerre debebat ad repellẽdam oblationẽ dicti Ansuini qui nõ poterat implere nisi dicta dña Joanna reciperet implemẽtum ⁊ exceptio inepte p̄posita nõ releuat.l.j.§.labeo.ff. de fluminibus. et per Bar.in.l.j.ff.de excep. † [3] Preterea dicta promissio facta per Putiũ patrẽ dicti Ansuini de dãdo tradẽdo cedẽdo ⁊ cõcedendo dictas res in pũcto descriptas pro p̄cio declarando per dictos Jacobum boneuenture ⁊ ser Cichũ videtur fuisse cõditionalis per.l. fi.C.de cõtrahẽ.emp.⁊.l.si quis arbitratu.cũ ibi notatis.ff.de verb. obli. que cõditio non erat impleta nec impleri poterat mortuis dictis Jacobo ⁊ Cicho habẽtibus declarare ⁊ cõseqũter videtur qđ pendente seu defecta cõditione dictus Putius ⁊ subsequenter dictus Ansuinus nunꝙ̃ fuerint obligati ad obseruãtiam dicte promissionis.arg.l.sub cõditione.ff.de cõdi.inde.⁊.l.cedere diem.ff.de verb.sig.cum si. Et propterea videtur ꝙ cum nihil videatur fuisse ab eis implendũ non potuerit nec possit obijci dicto Ansuino qđ non impleuit ex parte sua. Sed bene videtur imputandũ domino Frãcisco predicto et subseqũter dicte domine Joãne eius heredi quare nõ impleuerũt ex eorũ parte purã eorũ promissionẽ eueniẽte die statuta cũ dies interpellet pro homine ⁊ constituat debitorẽ in mora.l.magnã.C.de cõtrahen.et cõmit.stip.⁊.l.traiectitie.§. de illo.ff.de act.⁊ obliga. Nec etiã videtur obstare ꝙ dicta p̄missio de cl.ducatis cẽseatur sine causa: quia causa p̄pter quã emanauit euanuerit quia dicta promissio videtur facta correspectiue ad dictam promissionẽ de dandis dictis terris pro dicto precio declarãdo. et sic ex quo

sic ex quo euanuit illa promissio facta per Putiũ de dictis terris
dãdis: vt.s̃. ꝓpter quã emanauit dicta ꝓmissio facta per dñm Frã
ciscum de dictis.cl. ducatis videtur ꝙ causa sit reducta ad nõ cau-
sam. Et propterea si solueretur cõpeteret pro repetitione cõditio
sine causa.l.si fullo.ff.de cõdi. sine causa.⁊.l.dissolute.C.eo.ti. quia
videtur ad hoc posse rñderi ꝙ immo dicta ꝓmissio de dictis.cl.du-
catis nõ emanauerit ob illam promissionẽ de dãdis dictis terris:
vt.s̃.Sed pro dotibus. ⁊ occasione dotis dñe Catherine vxoris di
cti Putij vt denotant verba instrumenti ibi pro dotibus et occa-
sione dotis dñe Catherine ⁊c. Itẽ ex causa vt recederetur a litibus
discordijs ⁊ cõtrouersijs que erant ⁊ esset poterãt ⁊ ad pacẽ ⁊ cõcor
diam deuenire vt denotãt verba posita circa principiũ instrumẽti
ibi: vnde volẽtes dicti dñs Frãciscus ⁊ Putius a dictis litibus di-
scordijs ⁊ cõtrouersijs discedere ⁊ ad pacẽ ⁊ cõcordiã deuenire vna-
nimiter ⁊ cõcorditer deuenerũt ad.j.scripta pacta ⁊ cõuentiones ⁊
transactionẽ ⁊c. Et insup plura alia fuerũt promissa ⁊ impleta pro
parte dicti Putij ad que videt̃ habuisse respectũ dictus dñs Frãci
scus dum promisit.cl. ducatos pariter prout ad dictã promissionẽ
de dãdis dictis terris: vt.s̃.quia oẽs dicte ꝓmissiones vno cõtextu
emanarunt: vnde si vna promissio correspectiua cẽseretur pariter
omnes correspectiue censerentur.et sic negari potest ꝙ causa dicte
ꝓmissionis de dictis.cl.ducatis sit omnino reducta ad nõ causam.
Preterea in cõtractibus nominatis prout est stipulatio nõ habet
locũ cõditio ob causam.l.fi.ff.de cõdi.ob cau.⁊ sic pari ratione vide
tur ꝙ nec conditio sine causa cum cõcurrat conditio sine causa nisi
cum conditione ob causam.l.j.§.sed ⁊ si ob causam.ff.de condi. sine
causa: ita ꝙ frustra denegaretur cõditio ob causam si ex eadẽ causa
cõpeteret conditio sine causa. Et ideo tolli videntur omnia que in
4 contrariũ adducũtur. ¶ †His tamẽ minime refragãtibus in con-
trarium puto esse iustitiã pro cuius rei euidẽtia aduertendũ est ad
verba ⁊ interpretationẽ dictarũ stipulationũ. Et primo capiendo
promissionẽ quã fecit dictus Putius ipse ꝓmisit dare illas terras
pro precio declarãdo que verba patiũtur hanc intelligentiã ꝙ ipse
daret pro precio post dationẽ declarãdo. et ita suadet vis verborũ
quia illa verba pro precio nulli dubiũ qꝺ determinant verbũ dare:
tum quia ꝓximũ.arg.l.si idẽ cum eodẽ.§.fi.in fi.cum ibi notatis.ff.
de iurisdi.om.iudi.⁊ ar.l.cum delanionis.§.asinã. de fundo instru.
ibi ꝓxima copulata succedãt: tum q̃ verba in fine posita ad omnia
precedẽtia referũtur si cõmode referri possunt.l.talis scriptura. de
leg.j.c.scdo requiris.⁊.c.inquisitioni.de appel.⁊.l.j.C.de lib.prete.
et.l.iij.§.si filius.ff.eo.ti. et qualitas adiecta verbo intelligitur ꝑm
tempus verbi.l.in delictis §. si extraneus.ff.de noxali.⁊.l. ꝙ ait.§.
iul.eo.titu.⁊.l.si tutoris.§.fi.ff.ꝙ iussu. tum etiã quia dictio pro de
sui natura denotat modũ non cõditionẽ.l. si quis pro redẽptione.
C.de do.prout notat Barto.in.l.quibus diebus.§.termilius.ff.de
cõdi.⁊ demon.⁊.l.lucius titius.§.a te peto.ff.de lega.ij.⁊ modus de
sui natura habet impleri post nõ ante ꝓut notatur per Bar.in.d.
§.termilius.⁊ in.d.§.a te. Ex quibus videt̃ resultare ꝙ dictus Pu
tius nõ deberet expectare declarationem precij pro implenda sua
promissione de dãdis dictis terris ⁊ domo ꝙ ⁊ ꝑsuadetur ex prece-
dentibus: nam dictus Putius.⁊ etiã dictus dñs Franciscus in di-
cta trãsactione plura cõuenerant in quibus cõuẽtionibus diceba-
tur ꝙ talis dedit cessit ⁊ cõcessit talẽ.⁊ talẽ rem pro p̃cio declarãdo
per dictos Jacobũ ⁊ ser Lichũ.⁊ sic datio fiebat de presenti ⁊ prece
debat seu p̃cedere habebat declarationẽ de p̃cio faciendã ꝓut ver-
ba aperte denotãt a quibus nõ est recedendũ.l.nõ aliter. de leg.iij.
et.l.ille aut ille.§.cum in verbis.eo.ti.⁊.l.j.§.si is qui nauẽ. de exer-
cito.⁊ ex p̃cedentibus solent sequentia interpretari ⁊ declarari.l. si
seruus pluriũ.§.fi.de leg.j.⁊.l.qui filiabus.eo.ti.⁊.l.legatorũ.§.j.de
leg.ij.⁊.l.heredes palã.§.sed si notã.ff.de testamẽtis.et ideo sequẽs
promissio supradicta interpretetur ꝙ datio precedat declarationẽ
precij seu saltem illã nõ expectet.item est aduertendũ qꝺ illa verba
hinc ad vnũ ãnũ cũ dimidio ⁊c. in dicto instrumẽto posita possunt
referri ad ꝓmissionẽ dicti Putij prout ad ꝓmissionẽ dicti dñi Frã
cisci.⁊ ꝓptcrea videtur ꝙ cum sint in fi.posita ad vtrãq; precedẽtẽ
promissionẽ referri debeãt.ar.d.l.talis scriptura.cum simi.s̃. addu
ctis ꝙ ⁊ ꝑsuadetur: quia etiã verba sequentia ad promissionẽ dicti
Putij referũtur: nam in instrumẽto predicto immediate subditur
ad habendũ tenendũ ⁊c.⁊ quicquid dño Frãcisco placuerit ꝑpetuo
faciẽdũ reseruato ipsi Putio ⁊c. que verba sequẽtia ꝓxime interli
neata sine dubio referũtur ad promissionẽ dicti Putij vt euidẽter
ostẽdunt illa verba ⁊ quicquid dicto dño Frãcisco placuerit facien
dum ⁊ illa reseruatio que fit ipsi Putio: vnde ꝓut illa verba imme
diate sequẽtia referũtur ad promissionẽ dicti Putij: licet sit inter
media promissio dicti dñi Francisci: ita etiã illa verba hinc ad vnũ
annũ cum dimidio referẽda sunt etiam ad dictã promissionẽ dicti
5 Putij.† Ex qbus resultat ꝙ dictus Putius erat obligatus dare
illas terras cum illa domo intra annũ cum dimidio nõ obstãte qꝺ
non esset facta declaratio precij. Et ꝓpterea si nõ dedit intra dictũ
tẽpus nõ impleuit suã ꝓmissionẽ. Et subsequẽter Ansuinus eius
heres tãq̃ nõ implẽs ex parte sua põt repelli.ar.d.§. offerri.⁊.d.§.
interlocatorẽ.⁊.d.l.cum ꝓponas.cum si. Item in dicto instrumẽto
post dictã promissionẽ Putij ante dictã promissionẽ dñi Frãcisci
apponitur hec clausula cum hoc ꝙ dictus Putius ꝓmittat face-
re cõsentire omnẽ personã ius pretendentẽ in dictis petijs terrarũ
que clausula tanq̃ in medio posita videtur referẽda etiã ad ꝓmis-
sionem dicti dñi Frãcisci cum clausula in medio posita ad p̃ceden-
tia ⁊ sequẽtia pariter referatur.d.§.si filius.⁊ ꝑm hoc esset sensus ꝙ
dictus dñs Frãciscus ꝓmittebat dare illos.cl.florenos cum hoc qꝺ
ille ꝓmittat ⁊c.ꝙ videtur importare vt ipse dñs Frãciscus nõ tene
retur dare illã quantitatẽ nisi dictus Putius ꝓmitteret facere cõ
sentire ⁊c. vnde cum illa ꝓmissio emanauerit nõ videtur qꝺ heres
dicti dñi Frãcisci debeat astringi ad obseruãtiam dicti cõtractus.
Et maxime cum dicta promissio de faciẽdo cõsentire haberet fieri
infra annũ cum dimidio: attẽto qꝺ illa verba hinc ad vnũ annũ ⁊c.
etiã ad promissionẽ Putij referũtur: vt.s̃.deductũ est: nec videtur
releuare dictũ Ansuinũ oblatio de ꝓximo facta q̃ oblatio debet
fieri tempore cõgruo in quo nõ sit effectũ ius aduersarij deterius ⁊
nõ intersit aduersarij implementũ fuisse factũ tempore debito ma
gis quã si fieret tpe oblationis.l.⁊ si post tres.ff.si quis cau.⁊.l.si ita
quis.§.seia.de verb.obli.ꝙ non cõtingit in casu nostro quia hodie
non põt fieri dicta declaratio precij per dictos Jacobũ ⁊ ser Lichũ
cum sint defuncti et nõ recedatur a ꝑsona.l. si quis arbitratu.ff.de
verb.obli.⁊.d.l.fi.C.de cõtrahẽ.emp.nisi forte dicatur ꝙ nõ recedi-
tur a ꝑsona pro cõtractu faciẽdo secus vbi cõtractus est al's perfe-
ctus ⁊ aliqd remittitur in arbitriũ alicuius per notata per Bar.et
Bal.Ang.⁊ Põta.in.d.l.si quis arbitratu.⁊ per Bal.in.d.l.fi. ⁊ in
casu nostro dicat̃ cõtractũ esse ꝑfectũ ex eo q̃ dictus Putius ꝓmi
sit dare dictas terras cum dicta domo ⁊ dicta stipulatio de dando
dictas res ipsum obligaret ante p̃ciũ declaratũ et haberet ꝓmissio
ipsa etiã alias causas ⁊ illa verba pro p̃cio declarãdo denotent mo
dum prout hec omnia ⁊.s̃.deductis apparent: nec defectus modi
vitiat cõtractũ vt not.in.l.cum donationis.C.de trãsactio.⁊.in.l.si
testamẽto.de cõdi.⁊ demõ.⁊ in.l.j.C.de insti.⁊ substi.sub conditio-
ne fac.⁊ probatur in.l.si fundũ per fideicõmissum.§.j.de leg.j.⁊ no.
Bar.in.d.§.termilius. in vlti.colũ. Sed si hoc esset multofortius
procederet supradicta cõclusio: quia ꝑm hoc deberet dictus Ansui
nus dare dictas terras etiã anteq̃ soluatur vel declaratur precium
cum ipse dictas terras: vt.s̃.ꝓmissas alienasset ⁊ cõsequẽter nõ ha-
beret facultatem dandi oblatio nõ releuat: quia ad hoc vt oblatio
releuet debet offerẽs habere promptã ⁊ paratã rem quã offert al's
nõ releuat oblatio.l.quidecem.§.item rñsum.ff.de solu.⁊.l. pretor
ait.§.si quis paratus.ff.de no.ope.nũcia.⁊.l. seruus si heredi. in fi.
ff.de statu libe.et glo.fi.in.l.si residuũ.C.de distra.pigno.ꝓut ⁊ no.
Bar.⁊ doc.in.d.§.si quis paratus.⁊ in.d.§.item rñsum.⁊ Bal.in.l.
acceptã.C.de vsuris. Et insup si dictus Ansuinus daret dicte dñe
Joanne dictas terras cum dicta domo dicta dña Joanna vt arbi-
tror nõ recusaret dare dictos.cl.florenos seu dicto.lxxv. de quibus
in pũcto maxime si cõditio censeretur defecta ꝓpter mortẽ dictoꝝ
Jacobi ⁊ ser Lithi quia tũc dicta dña Joanna haberet illas terras
⁊ domũ sine solutione precij ⁊ si diceretur cessat causa propter quã
promittebãtur dari dicte terre cum dicta domo adduci possent in
contrariũ ea que adducũtur.s̃.pro cõtraria parte. Et maxime qꝺ
defectus modi nõ vitiat trãsactionẽ not.glo.⁊ doct.in.d.l. cum do
6 nationis. ¶ †Ex quibus omnibus restat qꝺ dictus Ansuinus nõ
possit petere dictos.cl.ducatos seu partem ipsorũ nisi ex parte sua
impleat dictã precedentẽ promissionẽ dicti Putij attento qꝺ vna
promissio censetur correspectiua alia ex quo in eodẽ instrumento
immediate vna post alterã emanauit vt ꝓbat tex. cum glo.fi.in fi.
in.d.l.cum donationis.prout ⁊ ibi põderat Pau. de cast.et patet
ex notatis per doct.in.l.in bone fidei.⁊ in.l.petens.C.de pactis.et
in.l.ex placito.C.de rerũ ꝑmu.⁊ facit.l.fundi partẽ.ff.de cõtrahen.
emp.⁊.l.iurisgentiũ.§. quinimmo.ff.de pactis. et maxime videtur
respectiua dicta promissio de.cl. aureis ad dictam promissionẽ de
dãdis dictis terris cum dicta domo in specie magis quam ad alias
promissiones: tum q̃ est magis ꝓxima.ar.notatorũ in.l.si idẽ cum
eodẽ.de iurisdi.⁊.d.§.asinã. tum etiã quia censentur quodãmodo
facte in eadẽ oratione ex quo illa verba hinc ad vnũ annũ ⁊c.respi-
ciunt vtrãq; ꝓmissionẽ: ita ꝙ prima ꝓmissio nõ erat adhuc cõple-
ta dum fuit deuentũ ad sequentẽ: ideo dicta sequens ꝓmissio de di
ctis.cl. ducatis videtur respicere potius p̃cedentẽ ꝓximã promis-
sionem quã ceteras precedẽtes promissiones.ar.d.§.si filius.in pri
mo responso vbi ea que in medio vnius orationis vel vnius actus
fiunt respiciunt illum.⁊ nõ alios actus immediate precedentes vel
sequẽtes: licet secus si nõ in medio: sed ante vel postea poneretur
vt ꝓbatur ibi in sequẽtibus respõsis. Et ex his videtur cõcludẽdũ
qꝺ partes iudicis sint in absoluendo dictã dominã Joannã a peti
tione executionis facta per dictũ Ansuinũ seu vt actius loquar in
pronũciando male iudicatũ ⁊ bene appellatũ presertim si specifice
opponatur ꝙ dictus Ansuinus nõ impleuit ex parte sua. Et licet
obtulerit oblatio nõ releuat quia nõ habet paratã facultatẽ implẽ
di vel saltẽ se offerat ad recipiendum implementũ vt sic non possit
allegari ꝙ exceptio nõ fuit opposita in forma licet non propterea
dicam quod oppositio facta fuerit inepta cum ipsa satis videtur

demonstrasse se velle recipere a dicto Ansuino id qđ ipse habebat dare opponendo qđ ipsa nō tenebatur soluere dictā quantitatem donec ipse Ansuinus dederit eidē cum effectu dictas possessiones maxime cum verba exceptionū interpretētur ab excipiente. et ẜm eius intentionē. l. si quis intentione ambigua. ꝛ ibi per Bar. ꝛ doc. ff. de iudi.

7 † Non obstant adducta in cōtrarium. Non enim obstat qđ primo loco dicebatur ꝙ dicta promissio de dictis. cl. ducatis sit simplex ꝛ pura: nam respondetur ꝙ licet sit simpliciter cōcepta tamen habet tacitā relationem et correspōdentiam ad precedentem promissionē adeo ꝙ quodāmodo censetur modalis. ꝛ sic vna facta propter aliam per. d. l. cum donationis. cum sua glo. ꝛ ꝙ. s. paulo ante dictū fuit. Et propterea qui vult quod instrumentum pro se exequatur debet prius ipse implere per. d. §. offerri. ꝛ. d. l. si maior. et. d. §. interlocatorem. cum simi. s. adductis.

8 ¶ † Nec obstat quod scđo loco in contrariū adducebatur de statuto prohibēte opponi exceptiones cōtra executionē instrumenti: nam respōdetur qđ de dicto statuto nō fit mentio in themate: quia forte non extat. Preterea quādo illud statutū vigeret nō censeretur sublata hmōi exceptio nō facti implementi pro parte petētis prout notat Bal. post Cy. in. l. ex prediis. ff. de euic. Quādo enim ex eodē instrumento venit actio. ꝛ exceptio ita est guarētigiata actio sicut exceptio. arg. l. eum qui ita. §. qui ita. de verb. obli. ẜm eundem Bal. qui idem in effectu concludit. in auṫ. de presente. de fideius. dicens quod debet admitti ea exceptio que venit ex eadem causa nec per hmōi statutum censetur recessum a iure cōmuni quādo ex eodem facto venit defensio ꝛ petitio ꝛ subdit ꝙ dicit Bar. ꝙ quando aliquis intentat ius qualificatū semp obstat repulsio ex illa qualitate resultans quia ipsemet se expellit. ꝛ nō est maior qualitas in mundo quā illa que interpretatur per causam finalē sine qua quis nō erat alˀs contracturus vt est tex. in. l. creditor. ff. eo. ti. ẜm eum. facit etiam. d. §. interlocatorē. ꝛ ꝙ ibi habetur. ¶ Nec etiā obstat oblatio facta per dictum Ansuinū attento ꝙ ipse nō habebat facultatē implendi. ꝛ licet ipse obtulerit dña Joanna non recusauit implementū: sed est parata recipere. ꝛ demōstrabit offerendo se paratā recipere omne implementū vt hec. s. demōstrata sunt: ideo non insisto.

9 † Nec etiā obstat ꝙ dicta verba pro precio declarādo ꝛc. videntur facere cōditionem: quia respōdetur ꝙ immo illa dictio pro facit modum non conditionē per no. in. d. §. termilius. ꝛ in. d. §. a te. Et si illud verbū declarando inducit conditionē reddit modū conditionalē ex quo determinat verbū precio positū in vi modi. ꝛ sic nō reddit promissionem conditionalem attentis maxime his que circa hoc sunt. s. ponderatis ad interpretationem hmōi interpretationis que non repeto. ꝛ sic nō obstat. d. l. si. de cōtrahen. emp. ꝛ. d. l. si quis arbitratu. preterea in illis iuribus nō erant verba denotātia modū prout in terminis nostris ꝛ substātia cōtractus remittebatur ibi in arbitratu alterius in casu autem nostro promissio erat de dando illas terras cum domo ad quā promissionē substantiandā non erat necessaria cōuentio precii: ꝛ si dicatur vbi fit mētio de precio censetur resultare emptio et venditio. l. si. C. de prediis curialium lib. x. ꝛ in cōtractu emptionis ꝛ venditionis preciū est de substātia: vt. d. l. si. de cōtrahen. emp. ꝛ insti. de emp. ꝛ vendi. §. preciū. nam respōdetur ꝙ est sensus dicte ꝓmissionis ꝙ dictus Putius promittebat dare dictas terras cum dicta domo pro precio postea declarando vt sic declarato precio transiret in contractū emptionis ꝛ sic futurus cōtractus emptionis ꝛ vēditionis est cōditionalis non ipsa datio vel ipsa promissio de dādo possunt enim res dari vt eueniente postea cōditione cōtractus cedāt in illam causam. Et tamē datio est cura ꝛ immediate dominiū transfertur vt est tex. in. l. dotis fructus. §. si res. versi. quid ergo. ff. de iure dot. ꝛ si dicatur ibi cōtractu nō impleto res date repetūtur respōdetur ꝙ ibi fuerunt date solū ob illam causam vt cederent in dotem matrimonio secuto ꝛ fuit cōtractus innominatus hic autem fuit cōtractus nominatus stipulationis: item hic suberant alie cause promittēdi. s. vt recederetur a lite que causa fuit impleta ꝛ quia sibi alia promittebātur et maxime vt sibi promitterentur dicti. cl. ducati. ꝛ per cōsequens nō cessat in totum causa ob quā fuit promissio: maxime cum ipse instet ꝙ sibi dentur dicti. cl. ducati seu eorū pars ꝛ maxime quia si ipse vellet nō teneri ad dandū dictas terras cum dicta domo ex eo quia defecerit vna ex causis propter quas promisit pari ratione dicta dña Joāna potest recusare implementū propter defectū vnius cause propter quā promisit maxime cum ipsa principaliter promiserit dictos. cl. ducatos ꝓpter dictā promissionē de dandis dictis terris: vt. s. seriosius demonstratū est.

10 † Nec obstant illa verba pro dotibus ꝛ occasione dotis ꝛc. quia videtur potius denotare causam impulsiuam quā finalē iuxta notata in. l. ii. in fi. ff. de dona. ꝛ in. c. solite. de maio. et obe. vbi de virtute verbi occasione.

11 Attento ꝙ non apparet qđ ad dictū dñm Franciscū spectaret restitutio dicte dotis. † Nec etiā obstat ꝙ in cōtractibus nominatis non habet locū cōditio ob causam quia licet nō habeat locū cōditio ob causam nec forte cōditio sine causa ex defectu cause non secute ad repetendum: data tamen locum habet exceptio doli si deficit causa per. l. ii. §. circa. de excep. doli ꝛ si dicatur nō deficit omnino causa respōdetur ꝙ in hoc nō est insistendū ex quo ista eadē allegatio obstat eidē. Ansuino vt ex. s. deductis apparet ex quibus remanet firma supradicta cōcludo qđ dictū instrumentū nō est exequēdū ꝛ partes iudicis sunt in pronūciando male iudicatū ꝛ bene appellatū put. s. dictū est. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxcii.

¶ Consilium. ccxcii.

In nomine dñi nostri Jesu christi.

1 ¶ † Uisis nōnullis actis agitatis inter meuanie cōmunitatē ꝛ castrū boni in causa principali publicatis manu ser Sori publici notarii in quibus plurimū in statū fuit sup mādato cōparentis pro parte cōitate cōitatis meuanie ꝛ tandē iudex pronunciauit se cōpetentē ꝛ procedendū ad vlteriora die vltima Februarii et deinde die. vi. Martii pronunciauit legitimū esse mandatū ser Christophori interuenientis pro parte castri boni et deinde die. xv. Junii ad petitionem dicti Christophori fuit datus terminus ad ꝓbandū incūbentia in causa predicta vtriqꝫ parti in absentia alterius partis. Itē manu cuiusdā ser Benedicti quadā ꝓtestatione pro parte dicti Feliciani vt ꝓcuratoris cōmunitatis meuanie petētis ꝙ inhibeaṫ dictis hominibus castri boni ne molestarent ꝛc. Et tandē saltē ꝙ inhiberetur ne pro parte eorū aliquid noui fieret. ꝛ hoc ne deueniaṫ ad arma ꝛ ne oriatur scādalū: attēto maxime ꝙ iudex erat discessurus ꝑsente ꝓcuratore aduerse partis et negāte eius personā esse legitimā ꝛ petente copiā cum termino ad opponendū ꝛ iudex decreuit copiā cum termino ad opponendum ad primā diem ꝛ monuit ad audiendū voluntatē ad primam diē ꝛ hec scđa Julii: ꝛ iste est vltimus actus. ꝛ visa etiā appellatione aduersus nō factam inhibitionē et predictā dilatationē temporis interposita in absentia iudicis corā notario ꝛ testibus die. s. quarta mensis Junii et visis nōnullis actis factis corā iudice ad quē scꝫ delegato apostolico queritur an dicta appellatio sit valida ꝛ legitime iustificata adeo ꝙ partes iudicis ad quem sit in pronūciando pro appellante: an vero pro appellato sup ipsa. s. causa appellationis.

2 † Et primo circa ipsius appellationis nullitatē videṫ dicendū qđ appellatio ipsa non appareat legitime interposita ea ratione quia nō apparet de legitimo mādato appellātis: nam licet fuerit in principali causa productū mandatum ser Feliciani qui in prima causa cōparuit et litigauit pro parte dicte cōmunitatis: tñ non est productū mandatū eorū qui ipsum constituerunt: non eñ habuit mādatum a cōmunitate vel a cōsilio ex forma statuti representātē forte populū iuxta notata per glo. in. l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. ꝛ per Bar. in. l. oēs populi. in. i. q. principali tertio quesito. ꝛ in ii. q. principali ꝛ ibi late qualiter sit cōgregāda vniuersitas vel cōsilium vniuersitatē representans sup quo nō insisto quia nō ostenso instrumēto actus qui dicitur gestus per ipsam vniuersitatē vel per consiliū vniuersitatē representās non pōt videri an legitime fuerit gestus: nec refert qđ notarius fuit constitutus a Bartholomeo et Joāne vt syndicis dicte cōitatis qui syndici fuerūt cōstituti a quibusdam assertis cōsulibus qui pretendebāt se habere mandatū et potestatē a cōsilio dicte terre prout asserit de dicto mādato ꝛ potestate id faciēdi notarius asserit apparere manu sua: tñ non est ꝓductum instrumentū dicte potestatis dictorū constituentiū: itaqꝫ dictum instrumentū referens aliud instrumentum non probat vt est expressum in auṫ. si quis in aliquo. C. de edē. ꝛ ibi doc. oēs firmant: ita ꝙ nō cōstat de potestate cōstituentiū. et per cōsequēs nō cōstat de legitimo mādato. Ex quo ptꝫ ꝙ ruit appellatio ꝛ est nulla tāꝙ nō facta a legitima ꝑsona: qꝛ actus iudiciarii gesti per procuratorē non habentē legitimū mandatū sunt nulli per. l. licet. cum ibi notatis. C. de ꝓcu. nec posset hodie ratificari appellatio: qꝛ elapsus tempus ad appellandū. auṫ. hodie. C. de appel. ꝯ. dicta. l. bonorū. ff. rem ratā haberi: itaqꝫ elapsa dilatione data ad iustificandū ꝛ impugnādum nō pōt amplius iustificari nō data noua dilatione cum qualibet dilatio ꝓbatoria sit perēptoria. l. oratione. ꝛ. l. in pecuniariis. ff. de feriis. ꝛ. c. licet cām. extra de ꝓba.

3 † Scđo videṫ ꝙ appellatio ex alio fuerit inepte interposita: nam dꝫ interponi corā honestis ꝑsonis. c. si iustus. de appel. ꝛ debēt adhiberi testes per quos possit probari appellatio interposita corā alia ꝑsona nec debet qs fungi vice

vice iudicis et testis prout ₇ videtur velle Specu. in ti. de primo ₇ scdo decre. §. de effectu. ver. sed quas appellat. et ver. sed nunquid sufficeret. vbi vult aliam esse personā corā qua interponitur appellatio ₇ alias esse psonas testiū: cū dicat sufficere si corā vna publica psona adhibitis tñ testibus. qḋ ₇ clarius vult Lappus allegando etiam Spec. vbi. s. in allegatione. xxxix. dicēs adhibitis alijs testibus: qḋ ₇ magis clare ₇ specifice firmat Panor. in. d. c. si iustus. in notabili prout refert ₇ sequitur ibi preceptor meus dñs Benedictus capra adducētes Spec. ₇ Lappum ₇ etiam notata in. c. pastoralis. in fi. de offi. delega. nec huic fundamēto obstat ꝙ hec fuit interposita coram notario ₇ testibus ₇ sic fuit notarius ₇ alij testes: quia hoc procederet qñ testes deponerent ꝙ appellatio fuit interposita coram notario. Sed in casu nostro dicte appellationis interpositio probatur per instrumentum qḋ habet vim duorū testiū iuxta notata in. l. in exercendis. C. de fide instru. ₇ in. c. cū Joannes eremita. extra eo. ti. ₇ principaliter virtus instrumēti residet in fide notarij: ideo non hȝ vim duorū aliorū testium circūscripta fide notarij. est enim vox mortua notarij que iuris dispositione cōcurrētibus solēnitatibus requisitis propter fidem quam lex attribuit notario vendicat sibi vim probationis duorū testium in auт. de tabe. quasi per totū. et. d. l. cum precibus. C. de proba. cū si.

4 † Tertio dicta appellatio est inefficax: quia interposita ex causa minus legitima. Ad hoc em̄ vt appellatio in medio cause interposita teneat debet interponi ex causa legitima in ipsa appellatione expressa: vt in. c. vt debitus. de appel. ₇ in. c. romana. §. si vero. eo. titu. lib. vj. ₇ in cle. appellāti. eo. ti. sed causa expressa in dicta appellatione nō est legitima vt. j. patebit merito dicta appellatio est inepta ₇ nulla qḋ autē dicta appellatio non fuerit interposita ex legitima causa apparet: quia in dicta appellatione solum exprimitur qḋ fuit pro parte dicte cōmunitatis meuanie petitum inhiberi hominib⁹ castri boni ne molestaretur in sua pacifica possessione communitas terre meuanie vel saltem vt lite pendente inter dictas partes inhiberetur ne quid noui fieret donec discussum fuerit seu legitime inuestigatum super possessione dicti montis. Et iudex proxiluit ad quādam monitionem: quia admisit pro parte dicte vniuersitatis terre meuanie ₇ monuit ad primā iuris ad audiendum voluntatē super dicta inhibitione: ₇ quia dicta monitio non debuit fieri attēto maxime qḋ in causa possessionis pdicte debuit summatim pcedere inuestigare ₇ querere ₇ eum possessorem constituere qui legitime possidere probaretur ₇ interim ad euitandum scandala et ne partes venirēt hincinde ad arma ad qḋ facile deuenire potuissent propter litem debuit inhiberi prout petitū fuit. Et maxime etiā propter moram preiudicium non parum generari potuisset propter remotionem fructuū non attento ꝙ erat de proximo recessurus ₇c. Hec est causa que in dicta appellatione allegatur.

5 † Nec potest appellatio predicta ex alia causa iustificari vt est expressum in d. cle. appellanti vbi est glo. notabilis qḋ etiā causa notabilis non releuat ad iustificandam appellationem nisi fuerit in appellatione nominatim expressa. in dicta autē causa in appellatione nominata non dr̄ ꝙ fuerit iudici aliquid dictum de scandalo euenturo vel qḋ al's posset deueniri ad arma: ideo ex allegatis in appellatione non deducitur cōcludēter ꝙ iudex debuerit ad dictam inhibitionē deuenire: lȝ em̄ concederetur sine preiudicio veritatis ꝙ partes potuissent de facili deuenire ad arma ₇ scandalum exoriri: tamen nō sequitur ꝙ iudex debuerit ad dictam inhibitionē deuenire sine timore scādali ₇ armorum nihil extitit corā eo deductū nec allegatum cū ipse debeat s̄m allegata et probata pronūciare. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. presi. ₇ in. c. pastoralis. §. quia vero. de offi. cio delega. prout ₇ no. in dictis iuribus. ₇ in. l. ij. in glo. pe. ff. de ferijs. lȝ ergo in vero immineret timor armorū ₇ scandali: tñ si iudici non fuisset allegatus non debuisset iudex eo moueri quia non cogitur diuinare. c. vt nostrū vt ecclesiastica beneficia. ₇. l. si putator. ff. ad. l. aquiliā. ₇. ij. q. ij. legatus. et. l. si fideiussor. §. si debitor. ff. mādati. Et si dicatur in comparatione quam fecit coram iudice a quo allegauit dictum timorem armorū et scandali: rñdetur ꝙ hoc non releuat ex quo nō fuit dictum in appellatione ꝙ illud fuerat allegatum in petitione facta iudici a quo per tex. ₇ gl. d. cle. appellāti. Preterea nec est verū qḋ acte fuerit deductum de scandalo: qꝛ non fuit dictum ꝙ erat suspicio ne scandalum eueniret: sed fuit petitū inhiberi ne quid noui fiat super dicto tenimento ne partes modo aliquo veniant ad arma ₇ ne scādala oriantur. Constat em̄ ꝙ aliud est inhibere ppter timorē imminentē ne ad arma deueniat₇ aliud est inherere ad hoc vt nullo modo deueniatur ad arma ₇ ne scādala oriātur. vbi enim nulla esset suspitio si inheretur ex eo qꝛ posset contingere ꝙ ad arma deueniretur: ₇ sic ex abūdāti propter casus qui possunt contingere verum est inhibitionē factam vt nullo modo deueniatur ad arma vel scandalum oriatur. Et tamen non est verum inhibitionem factam propter timorem ne scādala orirētur et ne ad arma deuenirēt: qꝛ vt dixi potuit id fieri ex abūdāti caute la cessante oī timore vt ptȝ ad sensum: ₇ ideo petitio quā fecit. d. ser Felicianus nō ꝯcludebat iudici ꝙ deberet inhibitionem facere ex quo nō cōcludebat ꝙ esset timor seu suspitio scandali oriundi vel assumptionis armorum: ergo nō artabatur iudex ex predictis ad inhibendum etiam si habuisset credere in hac parte adductis per ipsum petentē cū iudex non debeat inhibere partib⁹ ne accedant ad possessionē de qua litigatur nisi qñ timetur de scādalo prout voluit Jnno. in. c. in presentia. de proba. in glo. super verbo petebant quē allegat ₇ sequitur Ang. in. l. equissimum. in prin. ff. de vsufruc. qḋ ₇ voluit ibi Bal. adduces Jnnocē. vbi. s. ₇ notata per Cy. C. vti possi. in addi. ₇ in. l. si seruus. C. de noxa.

6 † Jtem dicit ibi Bal. qḋ si probabiliter dubitat̄ ne partes veniant ad arma pōt iudex facere sequestrū p notata p Spec. in ti. de sequestra. pos. ₇ fruc. c. j. vult ergo a cōtrario ꝙ si non dubitatur pbabiliter ne deueniat̄ ad arma non potest iudex sequestrare possessionē neq₃ partes cogere ne ad possessiones accedāt ₇ Raph. ful. ibidē formaliter dicit. arg. huius tex. dicunt doc. ꝙ si sit questio possessionis inter duos ₇ dubitetur ne ad arma venient pretor poterit sequestrare ipsa₃ possessionē sic no. per doc. in. l. vnica. C. vti pos. ₇ in. c. licet causam. de pba. ₇ illud dictum Jnno. allegat ₇ sequitur idē Bal. in. l. si disceptetur. ff. vbi pupi. educ. dȝ. subdens ꝙ super hoc articulo non requirit̄ libellus: quia quātum ad hunc articulum proceditur summarie vt sciat̄ qs detineat. l. liberis. §. fi. de lib. causa. quē tex. ad hoc allegat And. de pisis s̄m eūdem Bal. qui Bal. ₇ And. ex his volunt ꝙ non debet iudex eoipso ꝙ petitur procedere ad sequestrum vel inhibitionē ne partes accedant ad possessionem: sed prius est inquirendū quis detineat vt sic inhibeatur alteri non detinenti possessionem. accedat qḋ et velle videtur Spec. in quarta parte in titu. de libelli con cep. §. nunc dicendum. ver. xxij. dicens ꝙ qñ duo cōtendūt de pos. et nullus vult libellum offerre iudex occurrere ne partes veniāt ad arma. d. l. equissimum primo rñso sine libello receptis testib⁹ adiudicabit possessionē melius probanti ₇ alteri vetabit vim fieri quominus illa re libere vtatur et allegat. d. l. liberis. §. fi. et subdit qḋ si propter dictam causam iudex mandat ne partes accedant ad possessionē ₇ vnus postea petat illud reuocari non audietur sine libello. Ergo sentit Specu. ꝙ iudex habeat duplicem viam vel audire summarie testes vel precipere partibus ne accedant ad possessionem: potius tamen inherere videtur prime vie cui etiam videtur inherere idem Spe. in ti. de possessorio et petito. §. nunc dicendū. ver. in summa. Quādo em̄ per testes non posset discerni quis clarius probaret vel ex dilatione timeretur ne serotina esset prouisio: puta quia iam forte assumpsissent arma tunc esset deueniendū ad preceptum ne ad locum accederent. Non autem antea accedat qḋ not. Nico. de nea. in. d. l. si disceptetur. vbi refert Ray. de for. ibi in addi. antiquis tenuisse qḋ nō debet sequestrari ne partes accedāt ad locum nisi quando vterq₃ probauit per eque dignos testes vt notatur in glo. sed qualiter. in. d. l. vnica. C. vti possidet. et hoc approbat ibi ipse Nico. de neapo. qḋ etiam videtur de mente Cyn. in d. l. vnica vti posside. in vltima questione.

7 † Cum itaq₃ non esset ad huc aliquid probatum de possessione nec allegaretur ꝙ esset suspitio scandali vel armorum: et dato qḋ allegatum fuisset nihil appareret deducitur euidenter qḋ si iudex noluit fulminare interlocutoriam per quam inhiberetur partibus caute fecit nec grauauit partem appellantem: quinimmo nec si denegasset inhibitionem non grauasset attentis predictis: quātomagis monendo partem ad tā breue tempus scilicet ad primam iuris vt sic interim possit cogitare et percunctare acta et studere q̄ forent sue partes: maxime cum non allegaretur per quempiam quod tam breui tempore posset oriri scandalum vel deueniri ad arma: ₇ cum monui iudex ad diem iuris ad audiendam voluntatem ₇c. pars tunc non contradixit allegando qḋ esset periculum in mora illius breuis temporis: et si dicatur prout arbitror quod pars velit dicere terminus ille ad primam diem iuris erat prolixus non breuis: quia imminebant forte ferie messium: quia forte dies sequens incidebat in ferias illas: cum huiusmodi feriorum tempora non sint in iure determinata: sed iudex moderat secundum consuetudines locorum. l. presides. ff. de ferijs. respondeo qḋ causa ista erat commissa summarie simpliciter et de plano: per que verba tolluntur iste ferie. cle. sepe. §. j. de verbo. significatio. omitto qḋ sunt alia verba efficaciora scilicet sola facti veritate inspecta extraiudicialiter ₇c. nō insisto itaq₃ illa verba ad primam iuris sunt intelligenda secundum qualitatē cause et sic secundum subiectam materiam et naturam sue commissionis. arg. l. si vno. ff. loca. l. eas causas. et. l. pater seuerinam. in princ. et. §. conditionum verba. de condi. et demonstra. maxime qꝛ nulla est impropriatio: nam ius dictat qḋ illa dies sit iuridica. s. d. cle. sepe. et facit cle. dispendiosam. de iud. Et maxime si mora erat periculum ablatura. arg. l. j. §. excipiuntur. et. l. ij. ₇. l. solet. ff. de ferijs. et si dicatur non pronunciauit prima die iuris que forte venit ante interpositionem appellationis: respondetur quod non constat: quia de hoc nihil est dictum.

8 † Et insuper debuisset appellari a nō pnūciatione in termino facta; et nō ab illa monitione ad diē iuris ad audiendam voluntatem qḋ minime fuit factum: quia non ab illa pronuncia dicta prima die iuris non data: sed ab illa nō pronunciatione tempore petitionis non facta per mille: vt ita dixerim vias deducitur inefficacia et iniustitia dicte appellationis

prout patet ex predictis. Et etiam quia pro parte cōmunis boni tēpore dicte petitionis facte per dictum ser Felicianum fuit oppositum quod ipse non habebat mandatū nec vnquam fuerat sup eius mandato pronunciatū: itaque si iudex volebat etiā ratione huius appositionis cogitare et differre pnunciari ad diem sequentem non debuit pars conqueri de iudice potius de seipsa quare non produxerat mandatum legitimum et clarum: et si legitimum est qd tū non puto verum imputent sibi quare non fecerint prounciari prout fecit pars castri boni. et si dicatur fuit tacite pronanciatū per pronūciam ad vlteriora. ar. c. ex parte. de appel. et qd no. in. l. ij. §. si dubitetur. de iudicijs. rñdetur qd hoc negat quia dato qd altera pars minus legitime cōpareat: nihilominus ad vlteriora procedit: nec per processum ad vlteriora iustificatur mandatum. d. l. licet. C. de procura. et qd habetur in. l. j. eo. ti. quinimmo ex quo instabatur super legitimatione mandatorum hincinde et iudex pronūciauit super mandato vnius illud esse et super mandato alterius tacuit potius videtur innuisse non habere illud pro legitimo. ar. l. cum pretor. de iudicijs. et c. nonne. de presump. cum simi. licet nō propterea firmem quod pronunciauerit mandatum non legitimum satis est qd pronunciauit legitimum. Et dato quod tacite censeretur pronūciasse nihilominus illa tacita pronuncia ipsum non artabat: quinimmo nec expressa artasset. l. qd iussit. de re iudi. c. cum cessante. de appel. et. c. si a iudice. eo. tit. lib. vj. ita quod multa inducebant dictum iudicē ad merito differendam illam interlocutoriam et non ad fulminandam ad meram petitionem asserti procuratoris petentis cui non

9 tenebatur credere. † Accedant etiam que habentur per Barto. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. presi. et per Cyn. et Saly. in. l. denūciamus. C. de his qui ad eccle. cōfu. accedat etiā qd erat prius inhibitum ipsi cōitati meuanie ne aliquid attentaret in dictis bonis a qua inhibitione non erat reclamatum: ita qd quo ad ipsam cōitatem transiuerat in rem iudicatam. c. cum dilecti. de elec. et habetur in. d. l. qd iussit. et in. d. c. cum cessante. ita qd propter eā inhibitionē verisimiliter cessabat suspitio scādoli, et maxime attēta qualitate et conditione ipsarum cōitatum cum prout intelligo sit lōge potentior communitas meuanie communitati castri boni: nec solet minus potēs prouocare ad rixam et arma cum longe magis potente ita quod in mora illa non imminebat verisimilis suspitio scādoli: ita quod ex his omnibus saltem in vnum conclutinatis cōcludo euidentem et clarissimam iustitiam esse pro parte cōmunis castri boni et partes iudicis esse in pronunciando male appellatum et bene iudicatum: et partem appellantem velut temere litigantem in expensis condēnare.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxciij.

☞ Laudum latum extra commissionem compromissi et eorum cōmissione lecta que in pronunciando laudum presentibus et nō cōtradicentibus partibus laudatur si fuit longissimo tempore seruatum an possit laudum impugnari ex eo qd extra compromissum se extenderit. per totum.

1 Essent vel esse possent quod tempus respiciat.
Emologatio quid sit circa si. et an inducatur taciturnitate longissimi tēporis. nu. seq. et. 3. et trahatur vltra mandata. nu. 12.
2 Voluntas datur facto intelligi.
3 Possessio longissima an presumat omnia retrofuisse longissime acta. nu. 14.
Possessio vel prescriptio an cadat in seruitute discontinua.
10 Confusio actionis an habeatur loco solutionis.

Consilium.ccxciiij.

In nomine dñi nostri iesu christi. ¶ †Uidetur prima facie dicendũ ꝙ dicta domina Alexãdra non possit vendicare seu recuperare bona alienata ꝑ dictũ cõpagnũ: sed solum possit agere ad preciũ quo fuerunt dicta bona vendita ꝛ hoc aduersus heredes dicti cõpagni qui dicta bona vẽdidit: qꝛ mihi presupponit ꝙ dict⁹ cõpagnus alienãs ꝛ emptores i quos facta fuit alienatio pretendebãt iustã cãm ignorãtie: vñ predicta cõclusio vr̃ probari ꝑ casum in terminis in.l.fi.§.fi.de lega.ij.quẽ casum non esse alibi dicit Dy.in.l.marcellus.§.res que ad trebel. Est em̃ ibi casus ꝙ qñ alienãs rogatus de restituendo hereditatẽ ignorauit onus predictũ: ꝛ etiã emptor ignorauit tũc ꝑpter iustã ignorantiã vtriusqꝫ heres alienãtis dꝫ fideicõmissario dare preciũ ꝛ res q̃ erat subiecta restitutioni remanet apud emptorẽ: ꝛ ꝑ hoc limitatur.l.fi.§.sed qꝛ nostra maiestas.ꝛ.§§.sequẽtes.C.cõia de lega.prout volũt doc.cõiter oẽs in dictis iurib⁹.ꝛ Dy.in.d.§.res que.et Ray.in auc.res que.C.cõmunia de leg.ꝑpterea dicit Ang.in.d.§.sed quia nostra maiestas. et in.l.quidã ita.§.si quis filium.ff.ad treb.ꝛ Jmo.in.l.marcellus. §.quidã liberis.eo.ti.qd̃ dꝫ esse cautus aduocatus actoris vt semp deducat scientiam alienantis al's succũberet ꝺm eũ. ignorãtia em̃ presumitur.l.verius.ff.de probatio.ꝛ in regula presumitur ignorãtia.in.vj.ꝛ in.l.fi.ff.pro suo.cũ si.ideo presumitur in isto compagno qui non successit immediate ex testõ dñi cardinalis: sed successit in dictis bonis tãqꝫ heres sui patris qui ex testamẽto successerat dicto Cardinali: ita ꝙ dictas res inuenit in hereditate paterna: lꝫ ergo pater sciuerit testm̃ predictum ꝛ onus in eo insertũ: iuxta.l.nõ est ferendus.ff.de trãsac.ꝛ.l.cũ heres.ff.de libe.lega.ꝛ qd̃ per Bar. ibi ꝛ in.l.qui rome.§.duo fratres.de ver.obli.tñ ipse cõpagnus presumitur nõ habuisse notitiã dicti testamẽti.ar.c.cũ quis in ius.de reg.iur.in.vj.ꝛ.l.qui in alterius.ff.eo.ti.ipse em̃ ꝑ seqñedis dictis bonis non habuit necesse videre testm̃ predictũ.ideo illud scire nõ presumitur ad hoc.l.eius qui in prouinciã.ff.si cer.pe.ꝛ qd̃ no.per Bar.ibi ꝛ in.d.§.duo fratres. Et hoc clarum ꝛ in pũcto presupponitur: itaqꝫ non est instandũ: verificantur ergo verba.d.§.fi.in quibus videtur fundata illa dispositio ibi rñdi propter iustam ignorãtiam mulieris q̃ emptoris: ꝛ casus noster videtur omnino similis

2 illi casui cũ in casu nostro sit fideicõmissũ vniuersale ꝑut ibi. †Uñ cõcurrit rõ qꝛ in vl'ibus precium succedit loco rei.l.si rẽ ꝛ preciũ.ff. de pet.here.ꝛ.l.imperator.§.fi.de leg.ij.ꝛ.l.quidã ita.§.si quis filiũ. ff.ad treb.item hic fideicõmissum erat conditionale: qꝛ hereditas erat restituẽda post mortẽ heredis sui primi fideicõmissarij prout etiam in.d.§.fi.qui.§.procedit in relicto conditionali: secus in puro vel sub die certa relicto ꝺm Bal.in.d.§.sed quia: qd̃ ꝛ videnẽ ibi sentire glo.ꝛ Bar.qui de dicto.§.fi.opponũt ad.§.finautẽ sub conditione.et non ad.§.sed quia.licet Saly.contrariũ videatur velle: sed non est presentis speculationis cũ simus in relicto conditionali: nec vr̃ obstare rñsio quã sentit Bal.in.d.§.fi.ꝛ in.d.l.fi.§.finautẽ sub cõditione.C.cõia de lega.in lec.noua ponderãs qd̃ in.d.§.fina. ignorantia causabatur ex facto testatoris q iussit codicillos in quibus onus fideicõmissi erat iniunctum aperiri demũ post mortẽ heredis: qꝛ ad hoc rñdetur ꝙ licet illud premittatur in themate: tamen non ponderatur in decisione volens ꝙ al's nõ ꝑcederet dispositio.d.§.fi.qd̃ ꝛ voluit ibi Raph.cu.que decisio solũ fit ꝑpter iustã ignorãtiã heredis alienãtis ꝛ emptoris vbicũqꝫ.itaqꝫ militat iusta ignorãtia militare dꝫ illa dispõ arg.l.illud.ad.l.aquiliã.ꝛ.l.a.titio. de verb.obli.ꝛ.l.cũ mulier.so.ma.cũ si'l. Jussus autẽ testatoris non immerito ibi potest ponderari: qꝛ ex eo causatur iusta ignorantia al's forte cessasset ignorantia vel non fuisset iusta ꝺm ea que habentur in.l.non est ferendus.ff.de trãsac.ꝛ alij doc.in.d.§.fi.ꝛ in.d.§.sꝫ quia.et.d.§.finautẽ sub conditione.ꝛ in auc.res que.eo.ti.ꝛ vbiqꝫ videntur generaliter intelligere dictũ.§.fi.itaqꝫ limitatio ꝛ restrictio quã sentit Bal.non videtur de mẽte litere nec de mẽte aliorũ

3 doc.ideo nõ tuta. †Nec etiã vr̃ obstare rñsio que videtur innui ex puncto in primo quesito vꝫ qd̃ hereditas dicti cõpagni alienantis non est soluendo nec eius heres: ꝛ per ɋ̃s dicta dña Alexãdra fideicommissaria non potest effectualiter consequi precium redactum ex venditione dictarũ rerũ: quia inanis est actio.l.nam is.ff. de dolo.nam hec responsio videtur posse confutari: quia lꝫ habeatur regressus ob similem causam aduersus eum in quem res peruenit ex causa lucratiua: iuxta.l.fi.ff.de eo per quẽ factum erit: et qd̃ per glo.ꝛ Bar.in.l.his solis.ff.de condi.inde. Tamen secus videẽ qñ in alium peruenit ex causa onerosa per ea que habentur in.d.l. his solis.ꝛ in.l.fina.ff.qd̃ cũ eo.ꝛ.l.j.si ven.pig.aga.ꝛ notant Bal. et Jmo.in.l.plane.ij.§.qui rogatus.de lega.j.ꝛ licet tex.in.d.l.plane.el.ij.§.qui rogatus.de lega.j.videaẽ obstare dicte distinctioni: tamen ibi dantur plures respõsiones vt patet ex dictis ibi ꝑ Bal. qui tandem concludit qd̃ ibi sit specïale fauore vltime volũtatis: et ita etiam concludit ibi Jmo.ꝛ transeunt legentes que rñsio videtur multum conferre ad propositum nostrum pro dicta domina Alexandra: nihilominus est aduertendum ꝙ ibi venditor non ignorabat onus sibi iniunctum.qd̃ patet: quia vendendo seruum cõsecutus fuit etiam precium hereditatis in qua eius seruus erat institutus ꝛ quam ipse erat rogatus restituere vt est expressum ibi in ver.cum precium: ideo ipse venditor necessario sciebat institutionem: et sic ipsum testamentum et consequenter censebatur etiã scire onus ibi in eodem testamento sibi iniunctum.d.l.non est ferendus.ff.de transactio.et.d.l.cum heres.et que per Bart.ibi ꝛ in d.§.duo fratres. Quinimmo videtur etiam qd̃ emptor sciuerit ex quo ipse dedit maius precium occasione dicte hereditatis quam sperabat cõsequi ex institutione serui: et sic etiam ipse videtur habuisse notitiam de institutione in testamento contenta et cõseqũter etiam de alijs in testamento contentis.argu.eorũdem iurium. Et qd̃ saltem venditor habuerit notitiam demonstratur qꝛ si pretendisset iustam ignorantiam non teneretur ad restitutionẽ hereditatis prout ibi disponitur qd̃ teneatur. Sed dũtaxat ad restitutionem precij ita suscepti.argu.d.l.fina.§.fina.de lega.ij.et.l.si et rem et precium.et.l.sed ꝛ si lege.§.consuluit.ff.de peti.hereditatis. cum similibus.itaqꝫ ille.§.non videtur trahendus ad limitationẽ d.§.fina.qui loquitur quando subest iusta ignorantia ex parte rogati ꝛ ex parte emptoris vt est ibi expressum: ꝛ sic loquuntur dicta iura in terminis penitus separatis per predicta: ꝛ etiã quia in terminis.d.§.qui rogatus fideicõmissum reddebatur omnino inutile ex quo mediante alienatione ipsa hereditas transiuerat in alium qd̃ non contingit in terminis.d.§.nec in terminis nostris in quibus non fuit alienata hereditas nec ad alium deuoluta. Sed solũ particulares res hereditarie: ita ꝙ remanet fideicommissum non omnino inutile. Dato ꝙ effectualiter dicte res hereditarie nequeant alienari neqꝫ earum precium peti.facit.l.hereditas.ff.de

4 petitio.heredi. †Nec etiam videtur obstare alia ratio que in pũcto deducitur.s.expressa prohibitio testatoris: quia.d.§.fina.videtur limitare generalem prohibitionem testatoris: prout generalem prohibitionem legis: cum dispositio testatoris soleat comparari dispositioni legis.argumento autẽti.de nuptijs.§.disponat.et.l. fina.C.de rebus alienis non alienãdis.cum similibus. Et ꝑpterea dicit Bart.in.l.filiusfami.§.diui.de lega.j.qd̃ si testator prohibuit aliquam rem alienari: tamen non obstante prohibitione testatoris poterit dari in dotem per filiam testatoris per.d.auc.res que. C.communia de leg.et.l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad trebel. que iura loquuntur solũ in prohibitione legali.ꝛ generalis prohibitio legis limitatur per dicta iura qd̃ non trahatur ad dotem in illis terminis.et Barto.illa iura inducit etiam ad prohibitionem testatoris.et idem sentit Bal.in.l.nulla.C.de iure dotium.vbi singulariter ponderat glo.ibi qd̃ dispositio.d.auc.res que.nõ habeat locum vbi alienatio est prohibita ex actu inter viuos quasi sentiat secus esse vbi esset prohibita ex vltima voluntate.ideo videtur dicendum qd̃ prout.d.§.fina.limitet dispositionem legis prohibentis alienationem: ita etiam limitet dispositionem testatoris simpliciter prohibentis alienationem: qd̃ maxime videtur dicendum quia ex quo erat a lege prohibita alienatio in istis terminis ꝑ.d.§. sed quia nostra maiestas.cum sequenti prohibitio testatoris videtur nihil operari: quia facta videtur super eo qd̃ tacite inerat.arg. l.iij.§.j.de lega.j.et.l.iiij.§.si quis cõdẽnatus.de re iudica.et.l.non

5 recte.de fideiussoribus. ¶ †His tamen non obstantibus in contrarium arbitror fore iustitiam. Est enim aduertendum qd̃ quando res est per testatorem prohibita alienari si non obstante prohibitione alienatur impeditur translatio dominij.l.peto.§.fratre. de legatis secundo.et.l.cum pater.§.libertis.eo.titu.et.d.§.diui. et nota.in dicta.l.fina.de rebus alienis non alienandis.et.C.de cõditio.ob causam.l.ea lege.et ibi per Baldum et docto.et per doc. in.l.si ita quis.el.ij.§.ea lege.de verbo.obligatio.et in.d.§.fratre. cum similibus supra adductis.nec solent doctores distinguere an scienter an ignoranter alienentur: ideo indistincte videtur dicendum qd̃ si alienatio est a testatore prohibita impediatur dominij translatio siue fuit facta alienatio scienter siue ignoranter.facit generalitas.l.ij.C.de vsucap.pro emptore.quia non apparet ibi qd̃ tutores habuerint notitiam voluntatis testatoris.et lex indistincte loquens est indistincte intelligenda.l.iij.de officio presidis. et.l.prima.§.quod generaliter.de lega.prestan.et in cañ.si romanorum.xix.distinctio.nec aliter videretur dicendum in prohibitione simpliciter facta a lege: nam si res dotalis fuisset ignoranter alienata non videretur propterea alienationem valere: prout contingere posset si pater pro matrimonio filij rem datam recepisset filio ignorante quam eo mortuo filius alienasset: non enim videretur tunc alienatio valida vel dominium translatum per generalitatem.l.iulie.prohibentis alienationem fundi dotalis.de qua in titulo.ff.de fundo dotali.per totum.et.l.vnice.§.et cum lex.C.de rei vxo.actio. Nec obstat dicto.§.fina.quia non reperitur quod ita generaliter fuerit facta prohibitio per legem quod res subiecte restitutioni non alienarentur: nam de iure antiquo hoc non reperitur: immo text.in dicto.§.sed quia nostra maiestas.innuit de iure antiquo non esse generaliter prohibitam dictam alienationem ibi secundum veterem dispositionem

putet esse in posterum alienāda ⁊c. ⁊ de iure nouo in relicto cōdi-
tionali nō reperitur ita generaliter facta ꝓhibitio ꝙ cōprehendat
ignorātes: qꝛ tex. in. d. §. sinautē sub cōditione. in versi. sinautē aua
ritie cupidine loqui videtur in sciēte: nā loquitur de eo qui cupidi
ne auaritie ꝓpter spem cōditionis nō implēde prosiluerit ad vēdi
tionē: nō est ergo mirum si dispō. d. §. sinautē sub cōditione. distin-
guitur per. d. l. fi. §. fi. qđ nō procedat qñ alienatio fuerit facta pro-
pter iustam ignorātiam vtriusqꝫ partis: fateor tñ ꝙ si fuisset iusta
ignorātia alterius partis tm̄ posset fideicommissarius habere re-
gressum aduersus emptorē: nō solum si ignorātia aderat ex parte
emptoris prout vr̄ expressum in. d. l. fi. §. fi. sed etiam si ex parte he-
redis alienātis vt probat tex. a cōtrario sensu. in. d. l. fi. §. fi. de leg.
ij. ⁊ etiā potest induci tex. in. d. §. sinautē sub cōditione. ⁊ probatur
in. l. seruo legato. §. j. de leg. j. ⁊. l. seruum. de manumi. ⁊. l. generali-
ter. ff. qui ⁊ a quibus in eorū generalitate. lꝫ illa iura loquantur in
re in specie legata non in legato vniuersali: nec est omnino eadem
ratio prout voluit Jmo. in. l. quidam ita. § si quis filiū. vbi Jmo.
pōderat ꝙ in. d. §. res subiacebat restitutioni vniuersali quasi sen-
tiat aliud si singulari restitutioni subiaceret qđ ⁊ clarius voluit in
d. §. fi. et probatur in. d. l. generaliter. ⁊. d. l. seruum. licet aliud velit
Bal. in. d. §. sed quia nostra maiestas. ⁊ vt arbitror nō bene per. d. l.
generaliter. et. d. l. seruum. ⁊. d. l. seruo legato. §. j. in eorū generali-
6 tate. † Ex quo patet ꝙ iusta ignorātia nō est sufficiēs cā ad validā
dum alienationē extra terminos quibꝰ loquitur ille. §. fi. prout ⁊ di
cit Jmo. ad alium tñ finem in. d. §. si quis filiū. arg. l. ius singulare.
et. l. qđ vero cōtra. ff. de. ll. qđ ⁊ dicit in eodē. §. fi. ⁊ facit qđ. s̄. est di-
ctum circa intellectū. d. §. fi. in legato pure relicto: itaqꝫ potest hoc
trahi ad substētationē lec. s̄. date per Bal. ad. §. fi. s. qđ loquatur in
casu quo ignorātia causať ex facto testatoris. itē posset ponderari
qđ ibi alienās fuit ex cā tractus ad alienādum: qꝛ fundus erat in-
fructuosus: nam lꝫ in rñsione ponderetur soluꝫ iusta ignorātia: tñ
dici pōt ꝙ iusta ignorātia sit cā inducēdi dictam specialitatem in
casu illo: non ꝓpterea sequitur ꝙ sit sufficiēs cā inducēdi speciali-
tatem in omni casu vbi illa ratio militat: prout ⁊ in siľi dicimꝰ qđ
iusta ignorātia nō inducit illum effectum in fideicōmisso pure reli
cto vel in fideicōmisso in specie relicto: ex quibus patet ꝙ non mi-
litat illa dispō vbicūqꝫ militat iusta ignorātia prout etiam proba
rur in. d. §. si quis filium. lꝫ ibi militet fauor libertatis. Satis au-
tē videť etiā ꝙ iusta ignorātia inducat specialitatē in illo casu: ꝓut
aľs fauor dotis inducit specialitates in certis casibus: nec ꝓpterea
sequitur ꝙ omni casu inducat specialitates ⁊ siľr fauor fisci fauor
militis fauor libertatis ⁊ hmōi. Licet hoc. s. ꝙ. d. §. fi. restringatur
ad dictos casus aliter nō firmē sed nō absurde teneri posset: lꝫ autē
nō pateretur dictam restrictionē: nō aūt videretur trahendus ad
prohibitionē expressam testatoris cū non sit oīno eadē ratio: attē-
to ꝙ ꝓhibitio testatoris est specifica ⁊ generalis prohibitio legis
nō apparet qualiter fuerit facta: quinimmo non videtur ꝙ possi-
mus dicere ꝙ immineat prohibitio. l. in re sub cōditione subiecta
7 restitutioni. † Nam videmus ꝙ res sub cōditione relicta si interim
alienatur tenet interim alienatio: ita ꝙ interim transit dominiuꝫ
vt probat tex. in. d. l. seruo legato. §. j. qꝛ nō esset res alienata si do-
miniū in aliū non foret trāslatum: ⁊ qđ hoc de iure antiquo proce-
dat tenēt oēs: ⁊ lꝫ glo. ibi ⁊ in pluribꝰ locis teneant ꝙ hodie aliud
sit: tñ ꝯtrariū tenet glo. in. d. l. cū pater. §. libertis. ⁊ in auť. de resti.
et ea q̄ parit. §. quāobrē. et Pet. Dy. Cy. Bar. Bal. Ang. ⁊ Jmo.
in. d. l. seruo legato. §. j. qđ ⁊ cōiter oēs tenēt: prout dicit Pau. de
ca. ibi idē tenens: qđ ⁊ volunt doc. in. d. §. sinautē sub cōditione. q
cōcludūt ꝙ interim trāsferatur dominiū ⁊ emptor querat fructus.
et Bar. ibi inducit ad statutū disponēs ꝙ de qualibet alienatione
debeat solui gabella: nā si alienatio esset nulla prout vult ibi gl. nō
deberet solui gabella: secus si interim valet: lꝫ postea rescindať ꝭm
eum qui firmat hanc secūdam partē quā etiā oēs firmāt prout ibi
dicit Pau. de ca. s. qđ interim trāsferatur dñium ⁊ sic sit vera alie-
natio. Cōstat aūt ꝙ facilius impediūtur gerenda q̄ꝫ rescindantur
iam gesta. l. patre furioso. cum concor. ff. de his qui sunt sui vel alie.
iuris. ⁊ in. c. ad apostolicā. de regularibus. ⁊. xvij. q. j. nouimus. cum
si. ita a pari magis de leui impediť rescissio alienationis iā facte in
casu quo aľs erat rescindēda q̄ꝫ firmeť alienatio vbi aľs erat inuali
da. arg. dicte regule. vñ ad propositum si iusta ignorantia impedit
rescissionē alienationis ⁊ retrāslationem dominij eo casu quo ius
erat trāslatum in emptorē: ⁊ sic translatū consolidat ⁊ firmat ipsi
emptori nō sequitur ꝙ iusta ignorantia opereť vt trāsferať ipsum
dominium vbi non erat translatum nec veniebat transferendum.
8 ¶ † Cū itaqꝫ ꝓhibitio testatoris ꝙ res nō alienetur impediat ve-
re dñij trāslationē etiā factā fauore fideicōmissi ꝯditionalis prout
loquuntur. d. §. fratre. ⁊. d. §. libertis. ⁊. d. §. diui. vbi doc. no. impe-
diri trāslationē dominij dicamus ꝙ iusta ignorātia nō sit tāte effi-
cacie ꝙ causet dominij translationē: ⁊ sic validet alienationē. facit
etiā ad predicta qꝛ rescissio dicte alienationis in istis terminis fa-
cta ꝑ. d. §. sinautē sub cōditione fit per viā fictionis: ⁊ sic quodā iure
speciali: iura autē specialia facilius tollūtur q̄ꝫ iura cōia. l. eius mi-
litis. §. militia missus. de militari testamēto. et qđ not. in. l. fi. C. de

pac. conuē. multo autē fortius dicendum est ꝙ iusta ignorātia nō
validet alienationem qñ cōcurrit simplex prohibitio testatoris: et
etiā cōcurrit quedā prohibitio. l. ꝭm terminos. d. §. sinautē sub cō-
ditione. et. d. l. seruo legato. §. j. cum si. Cum due rationes soleant
efficaciores esse q̄ꝫ vna: iuxta auť. itaqꝫ. C. cōia de succes. ⁊ instit. de
adoptio. §. sed hodie. facit. §. sanctissimas. in auť. de alie. ⁊ emphy
teo. vbi videtur probari ꝙ lꝫ res ecclesie prohibite de iure cōi alie-
nari possint de iure in certis casibus alienari prout hec habētur in
cañ. sine exceptione. xij q. ij. ⁊ in. c. j. ⁊. ij. de rebus eccle. nō alie. in. vj.
⁊ in auť. hoc ius porrectū. C. de sac. sanc. eccle. tñ secus est si cū ꝓhi-
bitione legis cōcurrit etiā expressa prohibitio hominis: vt no. gl.
in. d. auť. hoc ius porrectum. ⁊ glo. in. d. c. verum. per. d. §. sanctissi-
mas. ⁊ in. d. c. verū doc. hoc disputant. ⁊ ibi Uincentius Jo. and. d.
Anto. ⁊ Zab. ⁊ Panor. ⁊ cōiter doc. vidētur velle ꝙ ꝓhibitio ho-
minis trahatur etiā ad casum a iure ꝑmissum: dūmodo eccľia aliū
de habeat facultatē subueniēdi suis necessitatibꝰ. lꝫ Zab. ⁊ nōnul-
li latius videantur loqui qđ et tangit Jmo. in. d. §. diui. in prima
addi. ad Bar. adducēs ad hoc qđ prohibitio hominis prohibitio-
nem legis auget ⁊ fortificat. qđ not. Bar. ibi circa intellectū. l. ij. C.
de vsuca. pro emp. adducit etiā qđ no. ꝑ gl. in. d. l. fi. C. de rebꝰ alie.
nō alie. ⁊ in. l. sicut. cū ibi no. ff. quibꝰ mo. pig. vel hypo. sol. qđ etiā
diciť voluisse Saly. in. d. l. ea lege. Facit etiā qđ no. Bart. post glo.
ibi. dum allegat. d. §. sanctissimas. ⁊ Bal. in. l. j. C. de pac. in. vj. op-
positione. ⁊ in. l. quotiēs. C. de fideicōmissis. ad hoc qđ not. Bal. in
c. j. qui feudum alie. pos. dum vult ꝙ quia. d. auť. res que. exorbitat
a regulis iur. non habet locum illa auť. stante expressa prohibitio
ne testatoris vna cū legali. Facit etiā ad predicta qđ not. glo. in. d.
l. nulla. et Bal. post eam. Nec videtur ratio differentie inter ꝓhibi
tionem factam per actum inter viuos: ⁊ prohibitionem factam ex
vltima voluntate. Et hoc tenendo potest rñderi ad no. ꝑ Bart. in
d. §. diui. vbi post Jac. de are. videtur velle contrarium qđ Bar. et
Jaco. de are. sint intelligendi qñ esset sola ꝓhibitio testatoris nō
cōcurrens cum prohibitione legali. Et lꝫ adducāt in ar. iura q̄ lo-
quūtur vbi alienatio est a lege ꝓhibita: tñ potest dici ꝙ illa faciūt
in ar. assimilādo solam prohibitionē. l. soli prohibitioni testatoris
vel si volumus sequi simpľr Jac. de are. ⁊ Bar. possumus dicere qđ
in illis terminis procedat eoꝝ opinio ex eo quia dispositio. d. auť.
res que. est fundata in verisimili voto testatoris. d. l. mulier. §. cum
proponeretur. ideo non est mirum si sua prohibitio non trahitur
ad eum casum in quo eo casu verisimiliter in specie non prohibuis-
set alienationem prout deduci potest ex eius verisimili voto. arg.
regule in generali. in. vj. et. c. fi. de offi. vica. eo. lib. et. l. obligatione
generali. ff. de pigno. non ergo sit idem in casu nostro in quo repu-
gnat votum testatoris. Et ideo attendať simplex prohibitio testa
toris: nec est verum qđ prohibitio testatoris sit facta sup eo qđ ta-
cite inerat: quia immo nō inerat tacite eo modo quo est expressa:
inerat enim quodāmodo sub cōditione. s. si fideicōmissum purifica
bitur: ⁊ interim conditione pendente cessabat. l. prohibitio. Sed
prohibitio testatoris est simplex ⁊ pura: ideo aľr exprimiť q̄ꝫ insit.
Et sic non obstat. l. iij. de leg. j. cum si. quinimmo videtur ꝙ ex quo
prohibitio testatoris est simplex ⁊ pura sit equiparanda etiam si
sola foret casui in quo lex simpliciter prohibet alienationeꝫ prout
est qñ res pure subiacet restitutioni. Quo casu nō militat disposi-
tio. d. §. fi. prout superius dictum est. Et hoc. s. qđ. d. §. fi. non vēdi-
cet sibi locū qñ cōcurrit prohibitio testatoris dꝛ firmasse Pau. de
cast. in suo ꝯsilio decisiuo. x. incipiēte clarū est in iure ꝙ res subie-
cte restitutioni ⁊c. ⁊ in alio consilio. xvj. qđ incip. in causa que ver-
titur parme. qui in dicto. x. cōsi. limitat etiam. d. §. fi. non procede-
re quando alienans non esset soluendo ad restituendum precium
fideicommissario: quia tunc fideicommissarius prefertur emptori
per. d. §. qui rogatus. Qđ etiam placet quibusdam modernioribus
in. d. l. fina. §. fina. de lega. ij. et in. l. marcellus. §. res que. ad trebel.
Facit quod argu. text. dicti. §. qui rogatus. voluerunt Petrus et
Cynus et Baldus in vltimis verbis in. l. fina. C. de repugnationi-
bus que fiunt in iud. et qđ voluit Ange. in. l. his solis. ff. de condi-
tio. iudebi. Nec obstat qđ in contrarium adducebatur: scilicet qđ
dictus. §. qui rogatus. loquitur eo casu quo vterqꝫ vel saltem alter
ex contrahentibus habebant notitiam oneris iniuncti. et. d. §. fi-
na. loquitur quando vterqꝫ ignorauit tempore alienationis: nam
respondetur quod licet hoc verum sit: nihilominus in terminis di
cti. §. qui rogatus. fuit alienata res non subiecta restitutioni ab
eo qui non poterat de rigore iuris onerari a testatore: nam ipse
non acceptauit commodum et honorem a testatore collatum:
quia seruus non adiuit durante eius dominio nec poterat testa-
tor impedire alienationem serui qui nunq̄ꝫ fuerat testatoris:
ideo de rigore iuris neuter tenebatur ibi ad restitutionem here-
ditatis: tamen fauore fideicommissi disponitur ibi quod tenea-
tur ipse venditor qui fuit a testatore rogatus: et alienatio ibi te-
net et emptor efficaciter retinet hereditatem subiectam restitu-
tioni secundum dispositionem testatoris vt ibi probatur in pri-
mo exemplo tamen si rogatus de restituendo non est soluendo fi-
deicommissarius habet regressum aduersus emptorem ne fidei-
commissum

commissuz effectualiter pereat. ꝛ sic probatur ibi ꝙ fauore fideicō-missi habetur regressus aduersus emptorem ad quē peruenit res subiecta restōni in casu quo de rigore iuris ꝛ ſm iuris regulas fidei commissarius nullum alias haberet regressum aduersus ipm emptorem. Quinimmo rigor iuris suadebat ꝙ cōtra nullum haberet regressus per predicta. Multo ergo fortius debet operari fauor fideicōmissi ne pereat ꝙ in subsidium. f. rogato non existente soluendo habeatur regressus aduersus emptorez in casu. d. §. fi. in quo ponitur casus specialis fauore emptoris ꝙ aduersus eum non habeatur regressus ꝛ regula est in contrarium: ita ꝙ magis de facili videt tolli posse illa specialitas. d. §. fi. quam tollit ius commune ꝛ similis fauor emptoris in terminis. d. §. qui rogat⁹. arg. d. §. militia missus ꝛ. d. l. fi. de pac. conuen. Ex quibus oibus saltem simul iunctis concludo circa primum dubium ꝙ dicta alienatio facta per dictum cō pagnū nō tenuit in preiudicium dicte dn̄e Alexandre. ¶ †Circa 9 scdm aūt consultationis articulum: lʒ prima facie videatur posse dici ꝙ prescriptio longi tpis obstet dicte domine Alexandre: ex eo qꝛ vꝛ ꝙ sit decursa contra dictū Simonē cui successit dicta domina Alexandra: nā dict⁹ emptor ꝑsupponit ꝙ habuit bonā fidē. Itez habuit circa titulū iustū errorē ꝛ iust⁹ error habeat pro titulo quo ad vsucapionem. l. celsus. ff. de vsucap. ꝛ. l. ꝙ vulgo. ff. pro emptore. ꝛ sic habuit dictus emptor bonam fidē ꝛ quasi titulū ad cām prescriptionem longi temporis ꝛ dictus Simon habuit facultatem agendi: ideo vꝛ ꝙ curreret dicta longi tpis ꝑscriptio aduersus dictū Simonem non obstante. d. §. finaūt sub ꝯditione versi. finautē auaritie vbi denegat vsucapio ꝛ longi tpis prescriptio: qꝛ ille text. videt loq eo casu quo saltem venditor fuit in mala fide: ideo illo casu spāli mala fides venditoris nocet emptori ad impediendam vsucapionem ꝛ longi tpis prescriptionem prout dicit ibi Raph. fulg. prout hodie magis generalr̄ hoc idem disponitur in aūt. male fidei. C. de prescrip. longi tpis. idem glo. que incip. heres in fi. in. d. §. finautem videt velle ꝙ ibi denegetur prescriptio pendente conditione: ideo incipiat currere post euentum conditionis ꝙ ꝛ videt velle ibi Cy. ꝛ Bald. in lec. antiqua. ꝛ propterea ille tex. non vꝛ militare in casu nostro in quo interuenit iusta ignorantia ex parte vtriusqꝫ ꝛ euenit conditio quo ad dictum Simonē ꝛ post euentū conditionis est elapsum longum tempus presupposito ꝙ fuerint presentes iuxta. l. fi. C. de longi temporis prescrip. Nec obstare vꝛ ꝙ dicta dn̄a Alexandra videt ex persona sua venire ad dictū fideicōmissum post mortē dicti Simonis. ꝛ sic quo ad eā nō vꝛ decursa prescriptio qꝛ impedite agere non currit prescriptio. l. j. in. fi. C. de annali excep. ꝛ. l. j. in fi. C. de bo. maternis. ꝛ. l. cū notissimi. §. illud de prescri. xxx. vel. xl. an. ꝛ. l. qcunqꝫ. C. de bonisqꝫ liber. cū si. qꝛ ex quo presupponitur quod ipsa successit dicto Simoni videtur immediate fideicommissum in eius persona fuisse sublatum qꝛ creditor successit debitori. l. debitori. C. de pactis. ꝛ. l. stichum. §. aditio. de solu. cū si. Nec etiā vꝛ obstare ꝙ dicte res sunt prohibite alienari ꝛ vsucapio videatur quedam species alienationis. l. alienationis verbo. de verb. sig. ꝛ propterea res per testatorem alienari prohibita videat non posse prescribi ꝑ. l. ij. C. de vsucapio. pro emptore qꝛ dictum. arg. non videtur regulariter procedere prout no. glo. dicens ꝙ arguere prohibetur alienatio ergo vsucapio est quedam deceptio. ꝛ idem vult glo. in. l. longe. ff. de diuersis ꝛ tpa. prescrip. per. l. si fundum. ff. de fundo dotali: nec videt obstare. d. l. ij. de vsucapio. pro emptore qꝛ procedit quando ꝓhibetur alienari res eius qui nō est perfecte etatis secus videtur si prohibetur alienari res illius qui est perfecte etatis: nam tūc vsucapitur vel prescribitur. l. fi. §. fi. C. cōia. de lega. prout voluit Guil. de cu. in. d. l. ij. C. de vsucap. pro emptore prout refert Bart. cum eo transiens in. d. §. diui circa fi. ꝛ ideo cū dictus Simon nō presupponatur fuisse minor. ꝛ sic imperfecte etatis non videtur ꝙ ꝓpter dictam prohibitionem alienationis factam a lege vel a testatore impediatur longi temporis prescriptio contra dictum Simonem seu dictam dn̄am Alexandrā. ¶ Tamē his nō ob. ꝯriuʒ puto de iure respondendum ex eo maxime qꝛ res prohibita alienari nō pōt vsucapi seu longo tempore prescribi per tex. cum gl. in. d. l. alienatiōis verb. ff. de verb. sig. ꝛ in. d. l. ij. C. de vsucapio. pro emptore. ꝛ in. d. l. vbi lex. ff. de vsucapio. in quibus iuribus traditur regula ꝙ vbi est prohibita alienatio prohibetur vsucapio ꝛ longi temporis prescriptio. ꝛ hoc firmat glo. in. l. non est incognitū. C. in quibus causis nō obstat longi temporis prescript. ꝛ in. l. etiā ei. ff. de mino. ꝛ in. d. l. ij. C. de vsucapio. pro emptore ꝙ ꝛ voluit Bar. in. d. l. alienationis. et clari⁹ in. d. l. vbi lex. vbi dicit quod idē expresse tenuit Azo. in summa. C. de vsucapio. pro emptore ꝙ ꝛ firmant Angel. ꝛ Jmol. in. d. l. vbi lex: ꝛ Bald. in. d. l. ij. C. de vsucapio. pro emptore ꝛ idem tenent in effectu Bar. post Jacob. de are. ꝛ Bal. Ang. Raph. ful. ꝛ Pau. de ca. in. d. l. fi. C. in quibus causis in inte. resti. non est necessaria volentes ꝙ dictū. ar. regulariter procedat est prohibita alienatio a lege vel a testatore ergo ꝛ vsucapio ꝛ longi temporis ꝑscriptio. Et respondet Bart. ad. d. l. si fundum. ꝙ ꝓhibetur vsucapio inchoari nō aūt inchoatā ante prohibitionem post ꝓhibitionē perfici prout inter dictos duos casus facit differentiam ille tex. ꝛ tāgit etiā gl. in d. l. vbi lex nec. d. l. fi. §. fina. C. cōia. de leg. vrget in contrarium quia non dicitur quod emptor bone fidei prescribat contra legatarium: immo contrarium. ꝯ. premittitur: sed dicitur quod remanent integra iura contra venditorem. ꝛ ad. d. l. fi. in quibus causis in integrū resti. non est necessaria dantur per varios docto. varie respōsiones communis responsio videtur esse quod res minoris non est simpliciter prohibita alienari: sed est prohibita alienari sine solennitate a iure requisita quā solēnitatē non requirit alienatio descendens ex vsucapione que causatur ex legis dispositione prout voluerunt Jac. de are. Bar. Bald. ꝛ Ang. Raph. autem ꝛ Pau. de cast. ibi dicunt quod etiā ante illam. l. fi. non poterant prescribi longo tempore vel vsucapi res minorum que non poterant alienari nec ꝓpterea Justinianus est ibi superfluus propter res que possūt alienari ꝑ. l. vel testatorem ꝛ propter actiones que sui natura sunt temporales nec obstat ꝙ tradit Bar. in. d. §. diui in fi. qꝛ ibi recitat opi. Gui. de cuno. non autem aliter determinat licet non impugnando videat eum sequi nihilominus ex quo in alijs locis magis aperte firmat contrarium dicendū est ꝙ illa est eius opi. Et insup hic vna cū ꝓhibitione testatoris concurrit etiā q̄dā prohibitio legis ꝛ ꝯcurrit fauor vltie volūtatis: ita ꝙ pōt satis assimilare casui. d. l. ij. C. de vsuc. ꝓ emptore. Et breuiter ꝙ res ꝓhibita alienari nequeat ꝑscribi lōgo tempore vel vsucapi est cōmunis opi. a qua in decisiuis non est recedendum. ar. c. ne innitaris. de constit. ꝛ. c. prudentiam. de offici. deleg. ꝛ per gl. in. l. omnis diffinitio. de reg. iur. per Bar. in. l. j. C. de pena iud. qui male iud. Bal. in. l. precibus. C. de impub. doc. in. l. cū prolatis. de re iu. ꝛ. d. c. ne innitaris. Secūdo ꝙ non sit decursa prescriptio deducitur ꝙ habetur in. d. §. finautem sub conditione: nā lʒ Cy. ibi ꝛ Bal. in lec. antiqua velint ꝙ post euentum conditionis currat ꝑscriptio longi temporis. tamē tex. ibi est in contrariū in sui generalitate ꝛ quatenus loquitur in legato ꝛ fideicōmisso puro et cōtrarium tenent ibi Raph. fulgo. ꝛ Pau. de ca. ꝛ lʒ. d. versi. finaūt auaritie videatur loqui in herede sciente tamen principiū illius. §. finaūt sub cōditione. ꝛ. d. §. sed qꝛ videt posse generaliter intelligi ꝛ versiculus vt nec vsucapio nec longi temporis prescriptio videtur quod generaliter possit ad omnia precedentia referri iuncto sequēti versiculo se. §. ꝛ sic indistincte intelligi saluo eo qd̄ habetur in. d. l. fi. §. fi. de lega. ij. ꝙ ꝛ satis videtur esse de mente doc. lʒ non oporteat hoc firmare: nam precedens ratio est longe magis clara. Et insup ex alio ꝛ tertio est hoc idem concludendum scʒ qꝛ anteqꝫ dicte dn̄e Alexādre fuerit delata hereditas dicti Simonis nō cesserat dies sui fideicommissi: ideo non erat aduersus eam decursa prescriptio qꝛ interim non potuit contra eam currere prescriptio pendente cōditione. d. l. cum notissimi. §. illud. ꝛ. d. l. j. in fi. C. de annali excep. cū 10 simi. †Nec obstat ꝙ fuit confusa actio per. d. §. aditio. cum similib⁹ qꝛ respondetur ꝙ illa cōfusio habetur loco cuiusdam solutionis. l. Verannius versicu. Q̄nis ibi veluti solutionis iur sublata obligatiōe ff. de fideius. vbi est tex. ꝛ Bar. ibi tradit hoc pro regula. Fallit quando heres pateretur dānum si haberet vim solutiōis vt in eadem lege versi. sed cum duo. ꝛ. l. ei qui. ff. de enic. in casu autem nostro ageretur de commodo nō de incōmodo heredis ꝛ habeat vim solutionis vt sic censeatur habere bona ex persona sua iure fideicommissi vt prescriptio nequeat obijci merito stemus regule pro qua presumitur iuxta notata per Bart. in. l. quotiens. ff. si quis cau. ꝛ que habentur in rubrica. de reg. iur. in. vj. ꝛ facit ꝙ notatur per glos. ꝛ doc. in clemen. fi. de rescriptis.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxcv.

1 ☞ Solutione vnius debiti ꝑ debitorem diuersarum summarum facta cui debito cedat solutio. nu. seq. ꝑ totum.

2 Solutio presumitur facta in duriorem causam cuius electio est debitoris.

3 Debitor an possit capi ꝛ carceribus intrudi pro debito.

¶ Consilium. ccxcv.

In nomine domini nostri Jesu christi. ¶ †Licet prima facie videatur dicēdum 1 quod dicta solutio debeat cedere debito antiquiori ꝑ quo dictus Simon fuerat pignoratus ꝛ deinde dederat fideiussorem. Constat enim ꝙ debitum pro quo est datus fideiussor cēsetur habere duriorem causam quam illud pro quo non interuenit fideiussor. l. ꝛ magis in fi. ff. de solutio. ꝛ. l. in his in fi. ꝑncipij. eodem titu. item durior causa censetur esse debiti pro quo res pignorata est quam illius ꝑ ro quo nullum pignus interuenit: licet interueniat fideiussor. l. ob. xxx. ff. eo. titu. Est itaqꝫ aduertendum quod pro primo fuit primo concessa licentia contra dictum Simonem de ipsum capiendo ꝛ grauando. secundo fuit pro eodem debito mulus quidam pignoratus. tertio intercessit fideiussor. quarto cōtra fideiussorem fuit concessa licentia pro illo primo debito emanauit scilicet vna contra principalem ꝛ altera contra fideiussorem. pro secundo autem debito est solum vna licentia contra principalem concessa ꝛ illa eadem renouata erat tempore solutionis vtrūqꝫ itaqꝫ debitum habebat executionem paratam: licet secundum aliquātulum magis paratam: ꝛ ideo in vtroqꝫ debito potest ꝟificari:

l.si quid ex famosa ibi ꝙ ex causa iudicati debetur.ff.de solu.iō pro
primo debito quatuor videntur concurrere ad aggrauādum illud
debitum.primo licentia contra principalem.secundo subpignora
tio muli.tertio fideiussoris prestatio.quarto licentia contra fideius
sorem. Item concurrit quod illud est antiquius ⁊ in dubio cēsetur
facta in antiquiorem obligationem.l.in his.in princ.l.si ex plurib⁹
§.fi.⁊.l.vbi fideiussio.ff.de solutio.ideo tot simul conglutinata vidē
tur preualere illi vnice rationi promptioris executionis cum due
rationes nedum.v.vincant vnam.aut.itaqꝫ.C.cōmunia.de succes.
⁊ insti.de adop.§.si vero pater.nam que non prosunt singula mul
ta iuuant.l.excusantur in princip.cum concordā.ff.de excusa.tut.
His tamen minime refragantibus in cōtrarium puto esse iustitiā
scꝫ quod dicta solutio debeat cedere ⁊ ascribi in liberationem secū
di debiti.illud enim secūdū debitum erat liquidatum ⁊ grauabat
ipsum debitorem ꝙ non poterat hora aliqua diei non feriati in pu
blicum securus incedere quin possit personaliter capi ⁊ etiaꝫ bona
ipsius debitoris poterat creditor pro libera voluntate capere quia
commissa erat captura officiali cuilibet ⁊ persone ⁊ bonorum:istud
ergo debebat censeri grauius ꝙ magis aggrauabat cum grauamē
erat inesse ⁊ de presenti:quilibet autem ad ignominiam sibi repu
tat personaliter captus a familia duci.facit.l.si vero.§.qui pro rei
qualitate.ff.q satisdare cog.⁊.l.ij.ff.in ius vo.vt eāt ⁊ si fuisset capt⁹
nullus dubitaret:quin in illam causam conuertenda esset illa solu
tio similiter dicendum est si captura erat parata iuxta illud vulga
tum proximus cingi habetur pro cincto.l.pe.ff.de mili.testamēto
vbi iussus cingi habetur ꝓ cincto:ita iussus capi habetur ꝓ capto
⁊ concordantie plures sunt ibi in gl.⁊ lꝫ dicatur ꝙ ⁊ aliud debitum
haberet paratā executionem nihilominus adhuc nō venerat dies
quo posset actualis executio fieri oportebat enim qḋ renouaretur
licentia alias nequit mandari executioni ꝑm censuram iuris muni
cipalis.⁊ nulli dubium quod magis aggrauat id quod instat de ꝑ
senti ꝙ̄ id quod habet dilationem temporis facit.l.ceterum in fi.de
2 solutionibus.⁊.d.l.si ex pluribus eo.ti.†Licet vt.ī.dicam nō est ve
rum quod esset parata executio pretextu dictarum licentiarum ad
dictum primum debitum ⁊ est aduertendum ꝙ in his terminis cō
sideratur multum id quod est verisimile:nam verisimile est ꝙ quis
velit soluere in duriorem causam.d.l.ceterum.⁊ notat glos.in.l.j.C.
de solutio.pro certo quilibet iudicaret magis verisimile ꝙ̄ quis sol
ueret id debitum ꝓ quo potest capi qꝛ est renouata licentia ꝙ illud
pro quo dedit fideiussorem merito cū istud sit magis verisimile de
beat in hanc causam censeri solutum ꝙ ⁊ persuadetur qꝛ parū post
dictam licentiam renouatam soluit illam ꝙ̄titatem qꝛ eodem men
se augusti per interuallum temporis.xvj.forte dierum ⁊ prius forte
steterat per annos ita ꝙ ex vicinitate actuum cōiecturatur anim⁹
soluentis in quam causam volebat soluere.arg.l.si ventri.§.fi.ff.de
priuileg.cre.⁊.l.post contractum.ff.de dona.⁊.l.si quis post hac.C.
de bo.prescri.voluntas autem creditoris apparet qꝛ illi cause ascri
psit illam solutionem. Et profecto si in continenti sciente debitore
in illam causam ascripsit in re hac dubia standum est relationi cre
ditoris.l.j.⁊.ij.ff.de solutio.⁊ in.l.j.C.eodem titulo. Nec curatur in
hac materia debiti qualitas ꝙ sit antiquior vel recētior nisi cū cau
se alio respectu sunt equales.prius enim attenditur causa grauior
secundo loco causa antiquior prout est tex.apertus in.d.l.in his in
prin.ibi si autem nulla pregrauet idest si omnia nomina similia fue
rint in antiquiorē:si itaqꝫ magis aggrauat prompta executio ma
xime capiēdi personam iuxta.l.in seruor.de penis ꝙ̄ satisdatio ma
xime fideiussoria prout.s.deductū est ⁊ prout in terminis decidit
Imol.in.d.l.j.ff.de solutio.col.x.ver.sꝫ hic posset esse dubiū vbi vi
detur decidere hanc consultationem in casu fortiori:nam loquitur
solum in debito habente paratam executionem prout res deducta
⁊ non loquitur in hoc casu in quo habet paratissimam qꝛ non est ve
niendum nisi ad executionem facti ⁊ potest capi persona cū regula
riter ꝓ debito non potest persona capi vt no.per glos.⁊ Bart.in.l.
tertia.§.tutores.ff.de suspec.tut. Non valet vnum obolū illa ratio
quod concurrit antiqtas debiti cū satisdatione ex quo vt dixi an
tiquitas non est in cōsideratione nisi qū cetera sunt paria: cū itaqꝫ
hmōi paratissima executio etiā in personaꝫ sit grauior ꝙ̄ qualitas
satisdationis:satis est etiam si parum grauior esset nec militaret il
la allegatio due rationes vincunt vnam per predicta multo forti⁹
3 si longe est grauior prout arbitror.†Nec est verū ꝙ hic concurrant
quatuor qualitates aggrauantes:nā licentia illa de suspecto ⁊ fugi
tiuo non est licentia de debito soluendo ⁊ ab illa videtur fuisse re
cessum cum iam sit cautus ipse creditor ita quod non habet suspi
tionem perdēdi debitum. Item ⁊ a pignore est recessum per datio
nem fideiussoris ⁊ sic ille prime cause adducte in contrarium sunt
abolite.fideiussor autem non promisit absolute super soluendo de
bito sed alternatiue se obligauit aut soluere aut reponere mulum
subpignoratum put prius erat.ipse etiam debitor habebat facul
tatem liberare pignus illud prestando satisdationem de iudicio si
sti ⁊ iudicatum soluendo ex quo illud pignus non erat captum ni
si ratione licentie de suspecto.⁊ fugitiuo concesse. Licētia ergo pri
ma pignoratio fideiussio ⁊ licentia contra fideiussorē concessa om
nibus simul iunctis non tantum aggrauabant quin possent leui
ter infringi scilicet per solam remotionē suspitionis cantando de
iudicio sisti ⁊ iudicatum soluendo iuxta ea que habentur per mo
dernos in.l.sciendum.ff.qui satisdare cogan.ita qḋ grauior altera
obligatio que habebat licentiam renouatam ꝯtra soluentem cui⁹
pretextu poterat tunc ꝯtinuo capi.⁊ sic molestari in ꝑsona ⁊ in ere
non itaqꝫ obstāt adducta in ꝯtrium qꝛ patent sublata per predicta.

Laus deo.

¶Summarium super consilio.ccxcvj.

1 ¶Statutum quod contra scripturam priuatam nō possit oppo
ni aliqua exceptio nisi seruata aliqua solennitate an si sit opposita
longissime prescriptionis exceptio non seruata dicta solennitate ꝙ̄
fuit per iudicem admissa habeat illa opitulari.nu.seq.⁊ ꝑ totum.
2 Tunc dictio denotat temporis extremitatem.
3 Statuta noua an ⁊ quando possint ad casus preteritos futuros ⁊
presentes trahi.
4 Dies menses ⁊ anni data in principio instrumēti apposita referūt
ad omnia sequētia.
Testiū subscriptiones in fine posite referuntur ad oīa precedentia.
5 Male fidei possessor nullo tpe prescribit ⁊ mala fides emptoris trā
sit in heredem.
6 Prescribi qū possit aduersus minores.nu.seq.vsqꝫ ad fi.ꝯsil.
7 Probatio debet de necessario concludere vt releuet ⁊ dubia inter
pretare probantem.
8 Prescriptio an currat contra legitime impeditū vel durante tpe
pestis aut guerre.
9 Prescriptiōis exceptio an impediat executionem priuate scriptu
re.nume.seq.
10 Iudicio introducendo requiritur ꝙ ante oīa de personis constet.
11 Exceptio debet per partem coram iudice opponi quam nō potest
ipse iudex supplere.
12 Prescriptio etiam cū mala fide cepta an noceat successori.nu.5.
13 Comparatio lrārum non plene probat.
14 Uerbum haberet vti equiuocum potest ad tempus presens vel fu
turum adaptari.
15 Scriptura priuata vt probetur testibus requiritur quod testes di
cunt se vidisse dictam scripturam manu debitoris scribere licet se
non subscripserint.

¶Consilium.ccxcvj.

In nomine domini nostri
1 Iesu christi.¶†In presenti consultatione videt̄ pri
ma facie dicēdum dictā sñiam de qua in themate fuis
se bñ ⁊ iuste latam ⁊ per consequens partes iudicis ad
quem debere esse in pronunciando male appellatum ⁊ bene iudica
tum:nam dicta priuata scriptura habet in initio diem mēsem ⁊ an
num specifice declaratos ⁊ in fine habet subscriptiones duorum te
stium:ita ꝙ in ea verificantur omnia que requirit statutum sub ru
brica quod quando petitur aliqua scriptura ⁊c. disponens qḋ vbi
priuata scriptura continet obligationem alicuius a centum libris
s.si habet annum mensem ⁊ diem subscriptionem duorum testium
ad minus procedatur via executiua ad ipsius scripte executionem
secūdum formam in ipso statuto descriptam. Que quidam forma
videtur in presenti causa fuisse obseruata:nam fuerunt citati venā
tius ⁊ Joannes tanꝙ̄ heredes ab intestato dicti venātij perrozzij.
qui venantius fuit auctor dicte scripte quod comparerent ad reco
gnoscendum dictam scriptam:an fuerit scripta manu dicti venātij
⁊ licet dicti venantius ⁊ Joannes rei cōuenti comparuerint in ter
mino cuiuslibet citationis tamen recusauerunt respondere an di
cta scriptura fuerit scripta manu dicti Uenantij perrozzij ⁊ statu
tum.s.deductum expresse disponit quod si debitor vel ei⁹ successor
recusauerit respondere dicta priuata scriptura habeatur pro reco
gnita ⁊ mandet̄ executioni ac si recognita fuisset nec videntur pos
se iuuari dicti rei conuenti eo pretextu quia ipsi opposuerint excep
ptionem prescriptionis:nam exceptio prescriptionis non excusa
bat eos ab onere respondendi scriptam fuisse manu dicti Uenantij
nec si respondebant ⁊ illam recognoscebant repellebātur propter
ipsam recognitionem a facultate proponendi dictam exceptioneꝫ
cum dicta scripta ⁊ eius recognitio tenderet ad probationem debi
ti:iam contracti quod non repugnat prescriptiōi: immo exceptio
huiusmodi longissime prescriptionis debitum iam contractum ꝑ
supponit.l.sicut.⁊.l.omnes ⁊ quasi per totum.C.de prescript.xxx.
vel.xl.an.⁊ facit.l.j.ff.de excep.vbi exceptio presupponit actionem
2 competere.†Et insuper additio facta ad dictum statutum expsse
disponit quod conuentus super recognitione scripte debet prius
respondere anteꝙ̄ ad oppositionem exceptionum admittatur ⁊ si
negauerit esse scriptam manu sua vel sui auctoris.⁊ postea per com
parationē literarum factam iuxta formam dicti statuti appareat
esse scriptam manu debitoris non admittitur ipse reus ad aliquaꝫ
exceptionem opponēdam:sed scripta ipsa mandatur executioni.
⁊ nihilominus ipse negans incurrit penam.xxv.librarum denario
rū:si vero ꝯuentus recognouerit scriptā manu sua vel sui auctoris
statutum

statutum artat volentem opponere aliquam exceptionē ad facien
dum depositum de integra summa contenta in dicta scriptura sup
qua executio petitur al's non facto deposito statutum vult q̄ non
audiatur nisi steterit detentus in palatio: ita q̄ statutū clare vult
q̄ q̄tūcūq̄ debitor sit tutus aliqua exceptiōe nihilominus debeat
respondere super recognitione scripte ex quo euidēter apparet q̄d
dicti conuenti non poterant recusare respondere an dicta scriptu
ra fuerit scripta manu dicti Uenātij perrozzij eorum auctoris. Et
ꝓpterea cum recusauerint respondere videtur quod iudex iuste fe
cerit pronunciando super executione dicte scripte ſm formam di
cti statuti: ꝛ maxime quia statutum vt. s. additū disponit q̄ iudex
statim facta recognitione debet mandare dicto recognoscēti quod
debeat incontinenti dare ꝛ soluere vel satisfacere: ita quod coniun
gēdo dictam particulam statuti cum alia particula statuti in. §. itē
quod recognoscens dictam scriptam videtur mens statuentium q̄
statim facta recognitione iudex debeat deuenire ad illud preceptū
non obstante q̄ ipse reus pretendat aliquā exceptionē. Facto aūt
precepto reus pretendens exceptionem censeatur satisfacere si de
positum faciat vel sit paratus stare in palatio donec discutiatur de
viribus sue exceptionis secundū formam dicti. §. item q̄ recogno
scens: ita q̄ tunc verificetur secūda pars alternatiue vel satisfaciat
ꝛc. ꝛ ita verificatur illa dictio tunc que sui natura denotat extremi
tatem temporis. l. iiij. ff. de condi. ꝛ demon. ꝛ. ff. de libe. lega. l. fi. §. fi.
ꝛ no. in. l. in substitutione. ff. de vulg. ꝛ pu. pro quibus facit q: si al'r
diceremus esset parata via eludendi prouisionem dicti statuti: nā
semper reus cautus diceret se non teneri respondere ea ratione q̄
esset tutus exceptione. ꝛ nollet scriptam negare ne incideret in pe
nam ꝛ repelleretur a facultate opponendi exceptionem ꝛ ex aduer
so nollet eam fateri ne sibi fieret dictum preceptum ꝛ subsequenter
cogeretur vel deponere vel causam detentus in palatio agitare.
3 †Cum itaq̄ dicta scripta sit in se pura ꝛ liquida ꝛ ſm predicta ha
beatur pro recognita videtur quod iudex iuste fecerit ꝓnunciādo
dictam scriptam esse puram ꝛ liquidam ꝛ executionem mereri nec
predictis videtur refragari quod dictū statutū ꝛ eius additio fue
runt cōdita post diem dicte scripture ꝛ ꝓpterea dicta scriptura pri
uata dicatur non subiacere dispositioni dicti statuti cum regula sit
quod noua statuta determinant casus futuros non preteritos. c. fi.
extra de consti. ꝛ. l. leges ꝛ constitutiones. C. de. ll. put ꝛ dicit Jaco.
de beluiso in sua dispositione quam ponit in aut. vt cum de appel
latione cog. in prin. licet fallat in certis casibus secūdum eū put re
fert ꝛ sequitur Pe. de anc. in repetitione. c. canonū. de cōsti. in. xiij.
q. principali col. cxvij. q: respondetur quod licet dicta scriptura fue
rit prius facta tamē iudicium super quo disponit dictum statutū
fuit initiatum post emanatum dictum statutum ꝛ disponit circa or
dinationem iudicij: nam hoc quod habeat reus conuentus respon
dere an scriptura priuata sit scripta sua manu vel nō constat quod
pertinet ad litis ordinationem ꝛ similiter videtur dicēdum quod
censeatur illud idem respicere id quod in penam subditur quod re
cusans respōdere censeatur recognouisse prout in simili dicitur in
iuramento calūnie in. l. ij. in prin. iuncto. §. quod si actor. ꝛ. §. finaūt
reus. C. de iureiur. propter calūniam dando ad quod etiam. l. com
parationes. C. de fide instrumentorum. ꝛ no. Bart. in. l. omnes po
puli in. iiij. q. principali. ff. de iusti. ꝛ iure quē refert ꝛ sequitur Pet.
de anc. in. d. c. canonū in dicta. xiij. q. col. cxij. cum sequentibus ꝛ idē
voluit Bal. in. d. l. leges ꝛ constitutiones. agitur enim de actu qui
habet geri post statutum conditum ꝛ de eius effectu. propterea vi
detur attendenda dispositio ipsius noui statuti prout alias cōclu
dit Bald. in suo consil. quod incip. viso predicto puncto ꝛ statutis
ꝛ in alio incipiente sciendum est quod interdū est ꝛ in alio incipiē
te primo statuto cauetur in quibus cōcludit quod statutum de no
uo disponens quod vir lucretur partem dotis vendicat sibi locum
etiam in dote data ante statutum conditum. item Bal. in. d. l. oēs
populi ante medium concludit quod statutum disponens q̄d mu
lier dotata non succedat extātibus masculis: trahitur etiam ad do
tatam tempore statuti conditi si hereditas postea defertur: vñ idē
videtur in casu nostro q̄d lʒ scriptura fuerit facta ante statutum cō
ditum. tñ q: recognitio petit post statutū cōditū attēdat ipsa dispo
sitio noui statuti ꝑ quo facit q: vba dicti statuti videnī respicere tē
pus pñs dum dicit si quis haberet aliquam scripturam quod ver
bum haberet: licet q̄nq̄ verificetur in tempore futuro vt in. l. si de
bitor. §. verisimile. ff. de contrahenda. empt. ꝛ in. l. cū certus. ff. de
vino triti. ꝛ oleo legat. ꝛ facit. l. qui rome. §. augerius. de verb. obli.
tamen proprie ꝛ stricte loquēdo refertur ad tempus presens. l. cū
stipulamur. de verbor obli. ꝛ. l. scribit. §. item scribit. ff. de auro ꝛ ar
gen. legato: itaq̄ illud verbum haberet positū in dicto statuto pri
mo loco edito videtur adaptari ad illum qui tunc temporis habe
4 bat scripturam priuatam manu debitoris scriptam. †Nec etiā ha
bet obstare illud quod dicitur in themate quod sunt due scripte:
nam si forent mille quelibet censetur habere sua substantialia quia
dies mensis ꝛ annus in prin. appositi ad omnia sequentia referun
tur. l. si quis ex argentarijs. §. si initium tabularum. ff. de eden. vbi
casus ꝛ similiter subscriptiones testium in fine posite ad omnia pre
cedentia referuntur. arg. l. talis scriptura. de leg. j. l. j. C. de libe. pre
te. ꝛ. l. iij. §. si filius. de li. ꝛ posth. ꝛ. c. secundo requiris. ꝛ. c. inquisitio
ne. de appel. potest insuper dici vna scripta plura debita cōtinens.
5 †Nec etiam videtur obstare id quod adducitur in themate quod
statutum loquitur de contumace. ꝛ isti non fuerunt cōtumaces ꝛc.
quia respondetur quod statutum habet duo capita vnum in cōtu
mace aliud in recusante respondere: ideo licet isti non censeantur
contumaces in comparando ex quo comparuerunt in quibus lo
quitur primum membrum statuti. Tamen q: comparētes recusa
uerunt respondere militare videtur secūdum caput ipsius statuti.
Et sic vñr ꝯfutari oīa que allegantur pro parte appellātē. Et insu
per circa exceptionem prescriptionis qua principaliter videtur ni
ti pars videtur dicendum quod non iuuetur pars appellans dupli
ci ratione. primo quia dictus Uenātius qui fecit scriptam videtur
fuisse in mala fide cum habuerit notitiam debiti: ꝛ male fidei posses
sor nunq̄ prescribit. de iure cañ. c. fi. de ꝑscri. ꝛ regula. ij. in. vj. quod
est seruandum cum concernat animam ꝛ maxime in terris ecclesie:
prout est camereñ per iura vulgaria. Et mala fides emptoris tran
sit in heredē. l. cum heres. ff. de diuer. ꝛ temp. prescrip. ꝛ no. gl. in. l.
nihil. C. pro herede. ꝛ glo. ij. q. j. in primis. ꝛ in. l. potest pluribus. de
vsuca. Et insuper videtur q̄ sint probata tempora que debēt detra
hi in tantum quod non sit elapsum longissimum tempus. xxx. an.
1 In nomine domini nostri Jesu christi. ¶ † Dominus labia mea aperiat ⁊ spũs sanctus illuminet intellectum vt veram testatricis in tentionem dignoscere valeam cuius iterum nõ redit arbitrium vt dicit imperator. l. j. C. de sa. san. eccle. maxime cum cõ- tra ser rubertum plures solẽnes doctores consuluerint quorũ consi lioꝝ copiã vidi ⁊ legi. vꝫ. d. Joãnes baptista de saxoferrato do. An- tonius nucciarellus de pẽsauro. do. Andreas ⁊. d. Uenantius ⁊ in fauorẽ ser Ruberti facte fuerint solennes allegationes per quendã ꝑstantissimũ doctorẽ. Et visis verbis testamẽti ⁊ substitutione di- ligenter considerata pmo aspectu ex plurimis videbatur dicẽdum dictum ser Robertum non posse admitti ex substitutione predicta attenta. s̃. dicta casus ꝯtingentia. Primo nam ipse alternatiue est inuitatus sub triplici conditione. Prima si Joannes non habita- uerit vel post mortem Joãnis filij ipsius nõ habitauerint vel post mortem scꝫ filiorum Frãcisca ⁊ Antonia neptes noluerint habita- re: sed regulam habemus ꝙ lꝫ ad veritatẽ alternatiue sufficiat alte ram partem esse veram. l. hec verba ille aut ille. ff. de verb. signi. ⁊ l. si heredi plures cum ibi notatis. ff. de ꝯdi. institu. cum simili. Tamen quando voluntas disponentis non potest verisil'r verificari in qua libet parte alternatiue tunc disiuncta ponit̄ pro coniuncta ad hoc tex. in. l. si is qui ducẽta. §. vtrum versi. idem si pater. ff. de rebus du- bijs. ⁊ ibi hoc tenet Bar. vbi alternatiua posita inter personas qui bus facta erat substitutio resoluit̄ in cõiunctam ex mente testãtis. ergo eadem ratione debet resolui posita inter conditioneꝫ ꝓut est in casu nostro ⁊ in specie quando est posita inter ꝯditionem est ca- sus in. l. generaliter. in principio. C. de institu. ⁊ substitu. sub condi- tione fac. ⁊ in. l. lucius lultima. ff. de heredi. institu. Sed in casu no stro voluntas defuncti non põt verisimiliter verificari in qualibet parte alternatiue. ergo resoluitur in cõiunctam. ⁊ sic requiritur cõ- cursus omnium conditionum copulatarũ: vt in. d. l. si heredi pl'es. ⁊ in. d. §. vtrum ⁊ ibi per Barto. cum similibus. Igitur cum defece- rit prima cõditio: qꝛ Joãnes habitauit licet alie essent verificate vi detur deficere substitutio ser Roberti: ꝙ autem nõ possit verisimi- liter verificari in qualibet parte alternatiue videtur ostendi: qꝛ al's intelligendo alternatiue si Joannes non habitasset ⁊ eius filij ⁊ di- cte neptes voluissent habitare ⁊ sic voluntati testatoris parere dice remus ser Robertum admitti ⁊ filios ⁊ neptes etiam excludi quod esset absurdum ⁊ inconueniens quẽ odio primi heredis contra nõ parentis excludi contra regulam non debet. de reg. iur. cum mate- ria. ⁊ in. l. si quis in suo. de inoffi. testa. ⁊. l. sancimus. C. de pe. nec est verisimile testatorem hoc voluisse: igitur non dicendum. l. tale pa- ctum in fi. ff. de pac. ergo dicamus ꝙ alternatiua resoluat̄ in cõiun- ctam ratione euitande dicte absurditatis. l. nõ absurdum. ff. de bo. lib. ⁊ sic ser Robertum excludi cum non fuerint omnes conditiões verificate. Secundo princi. hoc videtur probari. naꝫ vt dictum est ser Robertus sub triplici conditione fuit vocatꝰ. prima si Joãnes non habitauerit ⁊c. ⁊ ista euanuit. secunda si post morteꝫ Joannis filij nasciturí non habitauerint. ⁊ ista non euenit qꝛ filij nunꝙ nati fuerunt. ⁊ sic non potuerunt esse in mora non habitandi cum non fuerint in rerum natura. l. si penum. ff. quando dies leg. ce. ⁊ no. in l. quod te cum materia. ff. si cer. pe. Tertia fuit si post mortem filio- rum Francisca ⁊ Antonia non habitauerint ⁊ hic casus nunꝙ eue- nit: quia ex quo filij non fuerunt nati non potest dici aliquid post eorum mortem factum: quia priuatio ꝑsupponit habitum. l. x. cuꝫ materia. ff. de verborum oblig. c. ad dissoluendum. extra de despõ. impub. sed euenit alius casus quod filijs non natis dicte neptes vo luerint habitare qui quidem casus non fuit ꝓuisus a testatore ergo remanet in dispositione iuris communis. l. cõmodissime. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊. l. si cum dotem cum ibi. no. ff. solu. matri. c. susceptuꝫ. de rescrip. in. vj. sed de iure ꝯmuni debet venire heres scriptus a dicto Joanne igitur ⁊c. Faciunt no. per Cy. in. l. quod fauore de. ll. ⁊c. Sꝫ posito ꝙ essemus in dictis dubitationibꝰ ⁊ defecerit fideicõmissum in persona neptium adhuc dico ꝙ ser Robertus debet admitti. nã clarum est ꝙ dicte neptes fuerunt vocate per fideicommissum ⁊ sub stitute non solum filijs Joannis sed etiam Joanni non natis filijs.

2 † Unde est aduertendum quod qñ fiunt plures gradus in substitu tione an si deficiat primus gradus admittatur ille qui est in secũdo gradu quatuor casus pñt ꝯsiderari. Primus est quando ambo sim pliciter sunt substituti vulgariter. ⁊ tunc licet primus deficiat tamẽ secundus admittitur ex vulgari dummodo vulgaris non expiraue rit ⁊ possit locum habere. Et hic est proprie casus in. l. si titius. ⁊ in l. coheredes. in prin. ff. de vul. ⁊ pupil. ⁊ ibi no. doc. ⁊ in locis. j. alle- gandis in hoc non est casus noster: qꝛ sumus in fideicommissaria ⁊ non in vulgari. ¶ Secundus casus est quando ambo sunt pupil lariter substituti tam primus ꝙ secundus. Et tunc si deficiat pmꝰ gradus defecit etiã secundus: quia spes substitutionis pupillaris non transmittitur ⁊ hic est casus in. l. qui habebat. ff. de vulga. ⁊ pu- pil. ⁊ ita illum tex. intelligunt ibi glos. Bar. Bal. ⁊ Pau. de cast. et magis cõmuniter doc. ⁊ Pau. de ca. ⁊ in. l. quãdiu. ⁊ hoc non est ca- sus noster: qꝛ non sumus in pupillari. Preterea vt ibi dicunt Bar. Imo. ⁊ doc. ibi defecerat conditio secundi gradus: quia ⁊ pupilla- ris expirauerat adueniente pubertate ⁊ etiam tacita vulgaris. ⁊ iõ secũdo loco substitutus non poterat admitti nec expressa pupilla- ri nec ex tacita vulgari: ita etiam intelligit Joan. de Imo. in. d. l. ꝙ diu. ⁊ Barto. in suo consilio. incipien. quidam nomine meus facit quod ipse no. in alio consi. ꝙ incipit quidam nucarellus. sed in casu nostro conditio sub qua ser Robertus est substitutus non defecit immo verificata est: ex eo quia neptes noluerunt habitare. ⁊ sic cla- re est responsum ad. d. l. qui habebat. ¶ Tertius casus est quando primus est substitutus pupillariter ⁊ eidem alter est substitutus cõ pendiose ⁊ tunc hoc casu si defecit substitutio pupillaris ⁊ queritur an secundo loco substitutus possit admitti dꝫ distingui: ꝙ aut põt habere locũ vulgaris ꝯprehensa sub ꝯpendiosa: qꝛ non sit adita he reditas per primũ. ⁊ tunc secundus admittitur: qꝛ pmo gradu sub- stitutus perempto admittit̄ sequens vt in. l. ꝙdiu. ff. de acqui. here. la. iij. vbi ita ꝙ per illũ tex. cõcludit Bart. Bald. Ang. Imo. Pau. de cast. ⁊ omnes: aut non potest habere locum vulgaris vel quia ꝑ primum fuerit adita hereditas vel quia secundo loco substitutus fuerit tantum vocatus per fideicommissum que non comprehẽdit vulgarem vt declarat Barto. in. d. l. centurio. ⁊ doctõ. in. d. l. preci- bus. ⁊ in. c. si pater. de test. in. vj. ⁊ tunc si deficit prima substitutio di recta primi substituti deficit etiam fideicommissaria per quam secũ do loco quis est substitutus primo substituto directe: quia tunc se- cundo loco substitutus non potest venire ad hereditatem ascriptã primo substituto nisi primus substitutus fuerit heres: quia aliter non potest restituere hereditatem per fideicommissum. l. apud iu- lianum. §. idem iulianus. ⁊. l. ita tamen. §. qui suspectum. ff. ad treb. ⁊ ita determinat Barto. ⁊ sequuntur docto. in dicta. l. qui habebat ⁊ hic etiam non est casus noster: quoniam neptes substituta Joan- ni fuerunt substitute etiam per fideicommissum cuius conditio ve rificata fuit. ⁊ sic fuerunt vocate ex fideicommissaria ⁊ etiam post- ea ser Robertus fuit etiam vocatus quod fideicommissaria. Quartus et vltimus casus est quando tam primo loco substitu- tus quam secundo loco substitutus erant vocati ex fideicommis- saria et hic est casus noster: vt supra est ostensum. ⁊ tunc quam- quam deficiat primus gradus secundus admittitur loco primi: qꝛ cum fideicommissum remaneat penes primum heredem cuꝫ onere restituẽdi.

restituẽdi.ꝛ sic debet restitui secũdo loco substituto.l.vnica.§.pro secũdo.C.de cadu.tol.ꝛ ita decidit Bart.in.d.l.q̃diu.ꝛ sequit̃ Bal. decisionem Bar.ꝛ illam commendat.sequit̃ etiam Ang.dicens se ita consuluisse.idem Jo.de Jmo.ꝛ Pau.de cast.dicens ꝙ habuit questionẽ de facto.ꝛ ꝙ ita consuluit ꝛ refert ꝙ ita etiã cõsuluerũt ambo Raphaeles ꝛ tenẽt etiam doc.maxime moderni in.d.l.q ha bebat.Et ex his remanent soluta.v.ꝛ vlti.rõnes ꝛ ſm predicta in- telligi declarari ꝛ limitari debent dicta Jo.an.ꝛ Oldra.ꝛ aliorum consi.relatorum in cõsilijs redditis cõtra dictum ser Robertũ alꝰs esset cõtra cõem opi.a qua in consulendo ꝛ iudicando non est rece- dendum per ea que dicit Bal.in.l.fi.C.de pena iu.qui male iu.ego Bartholomeus suzzinus de senis.

¶ Subscriptio.

Or mundum crea in me deus ꝛ spiritum rectũ innoua invisceribus meis.vt in ter tot varias ꝛ contrarias opi.aliorum doctissimorũ virorum qui sup causa premissa responderunt vt pre fertur ac etiam ipse legi discernere valeã veriorẽ ꝛ illi adhereã.Te- stor deũ ꝙ diligẽter examinatis oĩbus que.s.narrant̃ in causa ꝛ de mum discussis intra meipsum rationibus insertis in cõsilijs reddi- tis contra ser Robertum.Contraria pars mihi tam de rigore iu- ris q̃ de equitate visa est oĩno verior ꝛ tenenda.s.pro ser Roberto quã tenuit suprascriptus excellentissimus ꝛ subtilissimꝰ doctor.d. Bartholomeꝰ suzzinus mihi frater honorãdus ꝛ abũde cõfirma- uit confutando etiam rationes in cõtrariũ adductas.Occurrebãt multa pro ser Roberto que letatus sum indẽtidem occurrisse dño Bartholomeo p̃dicto:qui singula erutinauit adeo vt mihi plene satisfecerit in consilio suo premisso:nec sit opus ꝙ denuo temptez que ab eo temptata reperi:lʒ ꝛ mihi occurrerint anteq̃ ipsius vi- derim cõsilium elegantissimum:quis enim potest aliqua ratione q̃ sit irrefragabilis excludere ser Robertum si testamẽti verba ꝛ sub- stitutionesꝛ conditiones ꝛ successiones meditetur certe nõ video.

3 †Placuit cõsideratio illorum quatuor casuum quos considerauit in fi.consi.idẽ dñs Bartholomeus ad declarationem multorũ iu rium ꝛ multarũ auctoritatum que prima facie rem cõfundere vide bantur ꝛ illa casuũ consideratione dilucidata est ponendo causam ser Roberti nostri in quarto casu ꝑut ꝛ ego ponebã anteq̃ vidis- sem cõsilium:nã quãdo tam substituti ꝑmo loco q̃ substituti secũ- do loco erãt vocati ex fideicõmissaria:lʒ deficiat ꝑmus gradus se- cundus admittit̃ loco primi ꝛ dicto substituto secũdo admisso loco primi dʒ hereditas restitui sicut priori substituto fuisset restituen- da cuius substitutio fuit caudavt est casus in.l.j.§.pro secũdo.ꝛ.§. finaũt.C.de cadu.tol.cum si.per dñm consulentẽ allegatis.ꝛ idẽ cõ suluit Bal.consi.cccix.ꝙ incip.Quis primus formaliter substitutꝰ fideicõmissaria ꝛ hoc secutꝰ fui cõsulẽdo nũc sunt anni.xiiij.apõ flo rentiam in fauorẽ cuiusdã monasterij substituti vltimo loco ꝛ tũc vltra no.per doc.in.l.q̃diu ver.is aũt.ff.de acqui.here.ꝛ in.l.q ha- bebat.ff.de vulg.ꝛ pupil.ꝛ in.d.§.pro secũdo allegabã Bal.in di- cto cõsi.ꝛ alias quasdam rationes ꝛ ita fuit iudicatum per quẽdaz eximium doc.tunc in illa causa cõmissarium nouissime ad cõfirma- tionẽ predictorum adduco notabile cõsiliũ.d.Pau.de ca.in or- dine suorum consi.cccl.ꝙ incip.in xpi noĩe amen presens dubium vbi plenissime examinat dictos quatuor casus ꝛ materiã.d.l.quã- diu cum si.ꝛ determinat in similibus terminis pro ista parte cui ꝑ fatus consultor ꝛ ego adheremus:vt in.d.l.consi.videri potest qð non curo referre cum in locis insignibus habeatur copia:idẽ etiã tenuit consulendo apud mõtem albodinum recolende memorie do ctor ꝛ dominus meus.d.Jo.petrutij de perusio per notata ꝑ Bar to.et alios in dicta.l.quãdiu.ꝛ in.d.l.qui habebat.Nec est dicẽdũ quod casus noster sit casus habendus pro omisso vt tenuerũt qui consuluerunt pro alia parte contra ser Robertum.nam immo est casus habẽdus pro prouiso a testatrice vt bellissime explicauit.d. Barthol.consulens.Uoluit enim testatrix quod si Joannes eius vir vel post mortem ipsiꝰ Joan.filij ipsiꝰ Joã.vel post mortem filio rum suorum dicte Francisca ꝛ Antonia eius neptes nollent habi tare et stare familiariter et continuo in domo ipsius testatricis qð ser Robertus esset substitutus ꝛ Pauloante volnerat quod si di- ctus Joannes eius vir vel sui filij decederent sine filijs quãdocũq; substituebat Franciscam ꝛ Antoniam cũ eodẽ onere habitãdi ꝛc. Unde colligitur ꝙ predilexit Joannem cũ iniuncto onere habitã di deinde filios Joannis cum eodem onere deinde deficiente Jo anne sine filijs vel ipsius filijs sine filijs predilexit Franciscam ꝛ An toniam neptes cum eodẽ onere quarto loco si contingeret Joan- nem nolle habitare vel post eius mortem filios dicti Joannis ad hereditatem vocatos nolle habitare.vt supra vel post mortem fi- liorum dicti Joannis dictas Franciscam ꝛ Antoniam nolle habi tare ꝛ onus iniunctum seruare:vt.s.tunc substituebat ser Rober- tum cuius substitutionis conditio ad corticem ꝛ in abstracto con- siderata non videtur purificata:sed pro certo verificata est ꝛ eue- nit casus a testatore consideratus pauloante qui voluit ser Rober tum admitti per exclusionem neptum ad hereditatem vocatarum et nolẽtium seruare onus iniunctum que neptes.s.vocabant̃ Jo- anne decedente sine filijs vel filijs eius sine filijs vt de se patet ꝛ ostẽ dit consultor in quo defecerunt consulentes pro alia parte.Et ꝑ hac consideratione nostra collecta ex precedentibus in fauorẽ ser Roberti.Optime etiam facit ꝙ dixit Joan.an.in addi.Specu.in rubrica de secũdis nup.quam decisionem secutus est Bart.in repe ti.aut̃.hoc locum.C.si secũdo nupserit mulier.ꝛ Pau.de ca.sepius legendo ꝛ consulendo vtꝑ eum in.l.si mater.C.de insti.ꝛ substit. Ad idem benefaciunt singularia verba Bal.in.l.in testã.C.de te- sta.mili.col.fi.ver.xj.dum dicit legẽ semper coadiuuare mẽtem te- statoris in substitutionibus:quoniã testator voluit prouidere fu- turis casibus quod etiam fuit de mẽte Bar.in.l.iam hoc iure.ff.de

4 vulga.ꝛ pupil.†ꝛ ad rem optime faciunt si cõsideretur per strenuũ iuriscõsultum:ad idẽ etiam benefaciunt que dixit Bal.ad legẽ cõ- modissime.ff.de libe.ꝛ posth.in cõsi.suo incip.quoad punctũ dum allegat.l.qui vẽtri de ventre inspi.ꝛ.l.coheredi.ꝛ.l.quo gradu.de vulg.ꝛ pup.ꝛ.l.qui duos.in prin.ff.de rebus dub.ꝛ.l.heredes mei. §.cum ita.ff.ad treb.in ratione litere.ꝛ in.l.fi.§.seie.de leg.ij.Ego Joannes.de Caccialupis.

¶ Subscriptio.

In nomĩe domini nostri Jesu christi.¶ Elegãter est presens cõsultatio discus sa per dños cõsulentes famosissimos vtriusq; iurꝭ do ctores mihi patres hono.Et potissime circa vltimuz medium ꝛ articulum illũ:an.s.quãdo sunt facti plures puta tres gradus substitutionũ ꝛ deficit primo secundus gradus deinde an vltimo substitutus admittat̃.Jn quo dñi consulentes distinguunt faciendo differentias inter species substitutionũ.Et circa substitu tionẽ pupillarẽ dicunt non admitti substitutũ per.l.qui habebat de vulga.ꝛ pupil.secus circa vulgarem per.l.quãdiu.de acqui.he- re.ꝛ circa fideicõmissariam distinguunt duos casus.ꝛ applicant vl- timum casum ad terminos nostros vt latius ꝑ eos profecto meo iudicio pulchre ꝛ veridice loquuntur.Et procedit vltimum eorꝫ membrum quod applicant ad terminos nostros quando secũdus gradus defecit:quia fuit factus caducus vel in causam caduci:qa tunc militat ratio Barto.scilicet quia tunc cũ suo onere redit ad eum a quo fuerit relictum secundo gradui fideicommissarie substi tutionis.l.vnica.§.pro secundo.ꝛ.§.finautem.ꝛ.§.ne aũt.C.de ca- du.tollen.Jn qua ratione se fundat theorica Barto.in.l.q̃diu.in qua theorica fundatur decisio dominorum consulentium.Sinau tem secundus gradus substitutionis deficeret tanq̃ pro non scri- ptum tunc dicta ratio ruit per.d.l.vnicam.§.in primo.ꝛ per cõse- quens non militat dicta theorica.ꝛ tũc posset procedere theorica Bal.que in contrarium allegatur per consulentem pro contraria parte qui dicebat qð in fideicõmissaria substitutione si secũdꝰ gra- dus substitutionis deficit ante primum gradũ deinde deficit ꝑmꝰ non admittitur vltimus substitutus.Tamen hoc verum arbitra- rer quando vltimus gradus substitutionis fideicommissarie sub- stitutionis fuisset concepta mere per modum oneris:quia secun- dus gradus substitutionis fuisset rogatus de restituendo tertio gradui:tunc enim si secũdus gradus est ꝓ non scriptus ruit tertiꝰ gradus per.l.ab eo.C.de fideicõmis.cum concor.iuncto.d.§.in pri mo.ꝛ.d.l.qui habebat.Secus aũt si vltimus gradus substitutiõis fideicommissarie est factus sub forma cõi substitutionis vt quia dicatur tali secũdo substituto titium substituo:tunc enim si secũ- do substitutus fuit per fideicommissum substitutus non potest cẽ seri in persona titij directa substitutio sed obliqua:ex quo est sub- rogatus in locũ fideicommissario substituto:qꝛ in fideicommisso a primo herede relicto sunt facti plures gradus substitutionum:vn de ex quo omnes facte sunt in fideicommisso non pñt esse nisi fidei cõmissarie:qꝛ substituti omnes ad fideicõmissum inuitant̃:nihilo- minus in illo fideicõmisso pñt cadere substõnes vulgares:nam et in fideicommissis ꝛ legatis dat̃ substitutio vulgaris.l.vt heredibꝰ. ff.de leg.ij.ꝛ dicto.§.primo.ꝛ fideicõmissum pro non scriptum va- dit ad huiusmodi substitutum.vt est expressum in.d.§.in ꝑmo.Et ad hoc membrum esset applicandus casus noster si nos diceremꝰ substitutionẽ factam de filijs Joannis fore ꝓ non scriptã:ex quo ipsi non fuerũt vnq̃ in rerũ natura ex quo non nati:quia tamẽ tẽ- pore testamenti poterat sperari filios nascituros:quinimmo ꝛ tẽ- pore mortis testatricis substitutio illa de filijs Joannis poterat ve tificari non videtur eam pro non scriptam:sed potius factam ca- ducam quasi caducata propter defectum conditionis sub qua cõ- cepta erat substitutio facta de dictis filijs dicta.l.vnica.§.finau- tem sub conditione iuncto.§.in nouissimo.ꝛ.§.ꝛ cum triplici.in contrarium tamen quod habeatur pro non scripta optime facit text.cum gloss.in.l.si seruo meo stichus.§.primo.ff.de legatis.j.lʒ non refert ex quo vtroq; casu vadit ad substitutum ſm considera tionem q̃ premisi.Sed licet predicta vera sint:tamẽ non videtur omnino eneruare doctorum que adducuntur per dominos cõsu- lentes pro cõtraria parte de quibus mẽtionẽ facit.d.bartholomeꝰ primus consulens:qm̃ illa dicta doctorum non fundantur ex co

qr defecerit p̄mus gradus substitutiōis post scōm gradū: lʒ quia deficit conditio sub qua vltimus substitutus est inuitatus ꝙ non occurrit in casu. d. §. pro secūdo. ⁊ d. §. finaūt sub cōditione. ⁊ d. §. ne aūt. Nam licet oneratus fuerit conditionaliter inuitato: tamē onus non fuerat conditionaliter iniunctum: alias illud onus cum sua conditione iret ad substitutum vel coniunctum vel ad primuʒ oneratum. in terminis autē Jo. an. vltimus substitutus fuit substitutus sub expressa conditione si secūdus natus decesserit: certe si non nascitur non verificatur illa conditio vltime substitutionis: ideo vult ꝙ expiret in terminis consilij Bal. in cōsi. relato incip. q̄dam vannolus filie Joānine fuerunt substitute sub conditione si Tomassa primo loco substituta decessit post mortē Andree heredis instituti decessit Tomassa inuita Andree non purificatur cōditio sub qua fuerūt substitute filie Joānine: ideo vult Bald. q̄d substitutio euanescat. ⁊ differentiā quā facit Bal. inter substitutionem directam ⁊ fideicommariam: facit eo respectu qr lʒ in directis substitutionibus velint iura ꝙ exp̄ssa in vnum casum virtualiter cōprehendatur tacita in alium casum: tamen hoc non cōtingit in fideicōmissaria f̄m eum ⁊ recte vide Bar. in. l. pater seuerinam. in prin. ff. de conditio. ⁊ demon. qui dicit ꝙ quando substitutio fit in penam facta in casum noluntatis non habet locum in casu impotentie: qr pena. l. delictum. l. aliud est fraus. de verbo. signifi. ratio predicta innuit ꝙ si non in penā aliud esset. Item in consilio Pe. de ancha. dxxvij. incip. ex serie facti similiter defecit conditio sub qua substitutio fuerat cōcepta. Et si sumus in substitutionibus directis recurrimus ad theoricam docto. in. l. gallus. §. ⁊ quid si tantum de liberis. ⁊ posth. relatum in primo cōsi. in q̄nto. arg. Et pet. de anch. intelligit ꝙ cōditio illa non censeatur necessaria. Termini autem illi doc. in. §. ⁊ si tantum non applicantur ad termios substitutionis fideicōmissarie. vt predixi. Et hoc etiā fundatur decisio. l. qui habebat prout ⁊ patet ex dictis doc. ibi maxime Bald. et Jmo. dum ponūt rationem differētie inter vulgarem ⁊ pupillarē substitutionē in tali etiam rōne fundatur id q̄d notabiliter dixit Ange. in. d. l. ꝙdiu. de acq. here. se cōsuluisse Florētie. s. ꝙ si testator instituit pupillū ⁊ eidem substituit pupillariter gaium ⁊ si gai⁹ decesserit viuo testatore substituit eidem substituto semproniū gaio decedente mortuo testatore nō admittatur sempronius ad successionem ipsius pupilli ⁊ ita dicit fuisse iudicatum. ar. d. l. cōmodissime. de libe. ⁊ posthu. ⁊ ita post eū tenet etiā ibi Jo. de Jmo. per. d. l. qui habebat ⁊ etiā Raph. cu. prout ibi refert pont. licet ponta. eos non sequatur. Ea tamen rōne qr illa conditio viuo testōre pōt referri ad ipsum pupillū hoc est viuo ipso pupillo qui testator dici potest respectu pupillaris substitutionis, arg. l. ij. in p̄n. ⁊. §. q̄sq̄s et. l. patris ⁊ filij. ff. de vulga. ⁊ pupil. cum si. Et sic etiam ipse pōta. licet dictū reprobet tamē satis videt̄ inherere eorū ratiōi. s. ꝙ si verba conditionis premisse non possent verificari non esset locus dicte substitutioni nō videntur ergo p̄dicte auctoritates fundari in ea ratione ꝙ vltima substitutio deficiat: eo qr primo defecerit precedēs substitutio. in quo articulo videt̄ militare supradicta distinctio elegāter facta per suprascriptos dños consulentes ⁊ ea q̄ post eos. s̄. addidi. ⁊ per cōsequēs videt̄ etiā aliq̄d dubietatis remanere in presenti ꝯsultatione. ¶ Sed pro r̄nsione est aduertendū q̄d in casibus in quibus loquūtur supradicte auctoritates contrarie non apparet ex precedētibus verbis testamēti de volūtate ipsius testatoris ꝙ verisi'r voluerit substituere etiā in casu in quo verba substitutiōis vidētur deficere prout videt̄ deprehendi posse in casu nostro. Nā apparet ex precedentibus verbis ipsius testamēti ꝙ testator voluit ꝙ institutus ⁊ ei⁹ filij substituti in casu quo nascerētur ⁊ superuiuerent ⁊ etiam dicte neptes secūdo loco sustitute cōtinuo habitarent in domibus ipsius testatricis siue dictus Joannes institutus decesserit sine filijs siue decesserit cum filijs ⁊ ei⁹ filij decesserint sine filijs vt euidēter apparet ex preambulis verbis testamenti: ⁊ successiue testatrix voluit p̄uidere in casib⁹ in quib⁹ predicti Joānes, vel ei⁹ filij vel dicte neptes quib⁹ cōtingeret deferri hereditatem vigore dicte institutionis seu substitutionū nollent cōtinuo habitare in dictis domib⁹: qr tunc voluit ipsos p̄uare vniuersali successione ⁊ solūmodo honorare legato. x. florenorū ⁊ hereditatem predictam deferri in dictū ser Rubertū: cum itaq; testatrix expresse voluerit ꝙ dicte neptes cōtinuo habitarent in dictis domib⁹ cum eo casu quo dictus Joānes decesserit autem sine filijs quam eo casu quo decesserit cum filijs: et filij postea sine filijs decesserint satis clare deprehēditur intentio testatricis ꝙ voluerit p̄uidere de substituto non minus isto casu quo. s. dictus Joannes decesserit sine liberis q̄ꝫ eo casu quo decessisset cū liberis: iō dʒ ea interpretatio adhiberi per quā ista volūtas testatoris locum habeat cū ex precedētibus sequētia interpretētur ⁊ declarētur. l. si seruus pluriū. §. fi. de leg. j. l. heredes palā. §. sed si notā. de test. ⁊ l. si legator. de leg. ij. cū similibus ⁊ in conditionibus ⁊ in ceteris volūtas testatoris p̄ualet v̄bis. l. in conditionib⁹ p̄mū locū. de cōdi. et demon. ⁊ l. si quis filiū. in fi. C. de liberis p̄teritis. ⁊ xxxviij. di. ca no. sedulo. ⁊ l. iij. §. conditio. ff. de adimen. lega. Et dicit Bal. in. l. cum quidā. C. de seruis necessarijs here. insti. ꝙ iudex dʒ sequi voluntatem testatoris: prout venator leporem in casibus itaq; in cōtrarium adductis non poterat deprehendi volūtas testatoris nisi ex eo qr non apparebat ratio quare magis voluerit p̄uidere vno casu q̄ꝫ altero. que cōiectura nō est ita vrgens ꝙ debeamus recedere a verbis maxime cum sufficiat pro ratione volūtas in huiusmodi actibus qui dependent a volūtate mera disponentis. l. qr poterat ad treb. ⁊ l. in re mandata. C. man. in casu autem nostro voluntas testatoris deprehenditur non solum dicta ratione: sed etiaʒ ex verbis precedentibus ⁊ ex ipsa serie testamenti: itaq; non est eadē ratio in casib⁹ q̄ adducuntur in cōtrariuʒ prout est in casu nostro.

5 ¶ †Et ideo ego intrepide concurro in s̄niam dñorum consulētiū pro parte ser Roberti: presertim cū verba possint interpretari vt non repugnent huic interpretationi: nec discrepent a prenarrata voluntate testatoris. ⁊ hoc duobus modis. vno modo ꝙ illa verba vel post mortē dicti Joannis referantur non solum ad immediata verba sequentia filij ipsius Joannis. sed etiam ad verba mediate sequentia dicta Francisca ⁊ Antonia eius neptes ⁊ sic sit pinde ac si dixisset vel post mortem dicti Joannis vel filiorū suorū dicte Francisca ⁊ Antonia nollent ⁊c. tunc enim starem⁹ claro. ⁊ ista interpretatio licet videatur p̄mo aspectu inferre aliqualem violentiam verbis: tamen tolleranda est vt adaptentur satis apparenti verisimili menti testatricis: nec est alienū ꝙ verba vltimo posita referantur ad verba mediate ⁊ immediate precedentia ⁊ ecōtra per iura vulgaria. Secūdo modo magis plano potest interpretari dictum testamentum ꝙ dicte cōditiones non referātur ad substitutionem factam de dicto ser Ruberto: sed ad proximā prouisioneʒ factam de relicto. x. flor. loco relicti vniuersalis primo facti de hereditate. ⁊ tunc erit sensus ꝙ siue predicti institut⁹ ⁊ substituti nō consequātur ea in quibus fuerunt honorati: vel qr repudiauerint vel efficiantur caduca seu in causam caduci vel pro non scripta substituit eis ser Rubertum: vel etiam si noluerint stare in domo predicta. Nam quando facto vel culpa honorati deficit mod⁹ sub quo quis est in vltima volūtate honoratus priuat̄ ipso relicto ac si fuisset sub cōditione honoratus ⁊ cōditio ipsa defecisset. l. j. ⁊ ibi doct. C. de his que sub modo ad hoc. l. quibus diebus. §. termilius. ⁊ l. titio centum. §. titio genero. ff. de conditio. ⁊ demō. ⁊ l. luci⁹. §. q̄sq̄s a contrario sensu. de leg. ij. Et per hunc modū intelligendi omnia plane procedunt. Et verba non repugnant verisimili mēti. Et nō deficit ꝯditio sub q̄ substitutio est ꝯcepta: nec iste casus est omissus et illa verba ⁊ eis substituit referuntur ad p̄xima ⁊ etiam ad alia superiora: prout decet. l. talis scriptura. de leg. j. ⁊ c. ij. requiris. ⁊ c. inquisitioni. de appel. cum si. f̄m istam interpretationem potest dici ꝙ proxime conditiones precedentes referuntur etiam ad hanc substitutionem factam de ser Ruberto: nam ser Rubertus est substitutus in euentum dictarum cōditionum. s. si illi institutus ⁊ substituti nollent continuo stare ⁊ habitare ⁊c. Tamen non est substitutus solum ⁊ dūtaxat sub euētu dictarum cōditionū: sed generaliter sub illis ⁊ sub alijs quibus institutus ⁊ substituti vel substitute non venirent ad dictā hereditatem vel remouerētur ab hereditate predicta. ⁊ sic cōditiones ille specificate nō referūtur ad dictā substitutionem vt eam limitent. ⁊ ita intelligat̄ id q̄d. s̄. dicebā scʒ ꝙ conditiones predicte referantur solum ad proxima. ⁊ faciendo punctum ante verba illa ⁊ eis substituit ⁊c. habemus hunc intellectum. ⁊ omnia de plano procedūt: accedat q̄d no. glo. circa p̄nctuʒ in. c. j. de tēpo. ordi. lib. vj. vnde iste intellectus sit amplected⁹ tāq̄ꝫ magis consonus menti ⁊ verbis precedentibus per supradicta. Et per consequens non potest dici casus omnino omissus. prout dicebat Bald. in. d. l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. ⁊ per cōsequēs dictum Bald. inductum in contrarium potest induci pro hac parte. ⁊ fere omnia in contrariuʒ adducta per hoc mediū ruunt.

6 †Nec obst. illa verba heredem vniuersalē que videntur verba directa ciuilia que verba ciuilia adaptantur ad directas substitutiones ⁊ nō obliquātur iuxta ea que habentur in. l. verbis ciuilibus. ⁊ in. l. centurio. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ in. l. p̄cibus. C. de impu. ⁊ in. c. si pater. de testa. lib. vj. ⁊ c. Ray. eo. titu. in antiquis. nam ad hoc respondetur ꝙ illa verba non sunt sola posita: sed cum verbo cōmuni substituit. Et non conuenirent menti disponētis si dicta verba solum directas substitutiones importarent negari enim nequit quin substitutio ista sit facta in casu quo ille Joannes institutus incepisset habitare ⁊ postea nollet perseuerare. ⁊ similiter si contingeret ꝙ hereditas deuolueretur ad substitutas ⁊ ille nollēt ⁊c. et sic in casu quo institutus iam fuisset heres ⁊ veniret priuādus hereditate in aliū transferenda ꝙ non potest fieri nisi per obliquum. l. ei qui soluendo. ff. de here. insti. ⁊ habetur in. d. l. precibus. ⁊ similibus. s̄. adductis. Et cum dicte neptes fuerint compendiose substitute extraneo puberi verisimiliter post aditam hereditatem principaliter videntur fuisse obliqua substitutione honorate. Et ser Rubertus fuit eis substitutus prout heredi instituto ⁊ in substitutione facta fideicommissaria substitutione honorato verba illa non possunt stare in vi verborum directorum ciuilium: ideo inuitis dentibus opʒ fateri ꝙ sunt posita vt adaptent̄ etiam oblique substitutioni f̄m naturā verbi substituit ꝙ est cōmune: put volūt cōiter doc. oēs in. d. l.

in.d.l.centurio.z similibus.s.adductis.ideo vba illa hoc casu obliquentur: prout obliquantur in.l.ex facto.in prin.z in.l.scevola.ff.ad treb.licet illi sint alij casus. Et si quis vellet proterue in hoc insistere qd illa verba non obliquentur: tunc instabitur pro ser Ruberto Constat ꝙ testatrix voluit dictum ser Rubertum inuitare in casu quo dictus Joannes non vellet habitare continuo in dicta domo et dicto casu voluit hereditatem ab eo auferre z solum legare sibi certam quantitatem z hereditatem ipsam transferre in dictuz ser Rubertum. Si hec voluit facere via directa resultabit hoc ꝙ hereditate directo voluit auferre sub ꝯditione si noluerit zc. z illam in alium sub dicta conditione transferre. Sed tunc succedit regula in vltima voluntate ꝙ ablatio vel translatio cōditionalis facit censeri conditionale id quod videbatur prius pure relictum.l.aliquando ff.de condi.z demonstra.z de adimē.leg.l.si legatum pure.z de leg.j.l.si post mortem.§.fi.z sic esset sensus ꝙ dictus Joānes censeretur institutus sub conditione si voluerit continuo habitare in dictis domibus que conditio non potuit impleri nisi vsqz ad vltimuz vite tempus: q2 tunc certum poterat esse conditionem esse omnino euenturam. Si ita est ergo ante illud tempus conditio pendebat. z ꝑ cōsequēs pendēte conditiōe nō poterat adiri hereditas.l.is q heres.de acqui.here.l.si heredi plures.z.l.fi.z quasi per totū.ff.de condi.insti.z.l.j.C.eo.titu.cum simi. Si non potuit adiri in vita ergo decedens non transmittat hereditatem: q2 extraneus hereditatem non aditam non transmittit.l.vnica.§.in nouissimo.C.de cadu.tol.z.l.quoniam sororem.C.de iure delibe.z per consequēs defecisset institutio de dicto Joanne z sic esset locus substitutioni ad hoc.l.fin.ff.de condi.insti.z tunc per hanc viam esset deuoluta hereditas ad dictum ser Rubertum ex substitutione directa vulgari.z esset magis vtile dicto ser Ruberto succedere per eam viaz ꝙ succedere ex substitutione fideicommissaria. Tamen hec via non accommodatur voluntati testatricis prout alia via.s.deducta scz ꝙ succedat ex fideicommissaria z dicta verba substituit herede vniuersalem verificentur hoc casu in substitutione fideicommissaria.z per consequens censeatur testatricem voluisse dictum Joannem interim fore heredem z in euentum conditionum hereditatem in alium transferri z cum nō possit transferri iure directo trāsferatur ꝑ fideicommissum z sic verba predicta obliquētur: fideicōmissarius eni large loquendo dr heres.l.si filius.ff.ꝙ cum eo. Ex quibus omnibus iunctis deductis per dominos consulentes concurro in eandē sententiam.s.per eos firmatam.s.ꝙ dicta hereditas sic delata z pertineat ad dictam ser Rubertum. Laus deo.

Summarium super consilio.ccxcix.

1 Adire an censeatur qui hereditariam rem vendidit.
2 Adeūdi seu immiscendi ius heredi an possit vt quia hereditas nō adita per extraneū non transmittatur.nu.6.z.9.
3 Aditio hereditatis q̄to tempore prescribatur.
4 Adire non potest qui est incertus an hereditas sit delata sibi ex testamento vel ab intestato.
5 Cessio iurium an presumat hereditatē fuisse aditam ꝑcedentem.
6 Uendens rem hereditariam sibi delatam censetur adijsse z potest cessionarius ex dicta cessione hereditatē consequi.
7 Aditio potest solo animo fieri.
8 Aditio presumitur possessione rerū hereditariarum.
9 Scire quilibet presumitur que sunt vulgaria.
10 Negatiua non coartata loco z tempore in hominis notitiam non cadit ideo probari nequit.
11 Prescribere nō potest q scit rē esse alienā vel malefidei possessor.
12 Heredi nocet mala fides auctoris.
13 Hereditatem intētandi ius in heredem transmittitur.
14 Mandatum ꝙ mandātis morte expiret.fallit vbi quis in rē suaz procuratorem constituit.
15 Actiones reales z vtiles possunt reddi.

Consilium.ccxcix.

In nomīe domini nostri Jesu christi. 1 †Uidetur prima facie dicendum qd dictus Joannesstephanus donatarius dicte domīe Paule nequeat aliquid petere aduersus dictū Franciscum nepotem ex fratre dicte dñe paule ea ratiōe q2 lz hereditas dicti busoni nouelli fuerit pro dimidia delata dicte domine Paule. Tamen presupponitur eam iam esse defunctam nec fecisse aliquem actum: ex quo resultari possit aditio nisi quādam venditionem vna cum dicto Francisco de re que remansit in hereditate dicti Busoni nouelli. Ex qua venditiōe videtur ꝙ non appareat resultasse aditionē attento quod in ipsa venditione nō fit aliqua mētio de dicto busono nouello vel eius hereditate seu qd dicta res in hereditate remanserit z sic ex verbis non apparet ꝙ dicta dña paula vendiderit tanꝙ heres dicti busoni nouelli z constat posse vēdi rem alienam.l.rem alienam.ff.de contrahend.empt. Unde dictus actus venditionis est talis qui potest fieri citra ius z nomen heredis; ideo non videtur quod ex tali actu inferatur in aditionem: q2 traditur theorica in.l.pro herede.z in.l.gerit.de acquiren.here.ꝙ per actus qui possunt fieri citra ius z nomen heredis aditio nō resultat: ꝙ z probari videtur q2 deliberans adire hereditatem distrahit quandoqz bona hereditaria.l.aristo.§.si maior.ff.de iure delibe.z tamen constat ꝙ deliberans non adit.vt per totum illum titulum.z per.l.cum antiquioribus.C.eo.ti.z propterea dicta domina Paula vendendo dictam rem hereditariam non censeatur adiuisse dictam hereditatem quod maxime dicendum videtur si dcā res alienata remansit in hereditate busoni patris dictoruz busoni nouelli z domine Paule cum hereditas dicti patris videretur quod pro tertia parte spectaret ad dictam dominam paulam cum tres ex eo remanserint in filij: vnde potuit interuenire in dicta vēditione ratione iuris competentis sibi tanꝙ filie z heredis sui patris: z licet ipsa domina Paula concesserit dicto Busono nouello om̄ia sua iura que habebat in dimidia bonorum dicti Busoni sui pr̄is remansit sibi alia dimidia suorum iurium.z sic iura sexte partis totius hereditatis.et propterea non concluditur quod dictam venditionem fecerit tanquam heres dicti Busoni nouelli cum nō declaretur pro qua parte ipsa interueniret in dicta venditione. 2 †Si autem presupponatur ipsam non adiuisse hereditatem decedens non transmisit.l.quoniam sororem.C.de iure delibe.z.l.vnica.§.in nouissimo.C.de cadu.tol.z sic portio sibi delata fuit effecta caduca.et per consequens accreuit portioni delate dicto Francisco nepoti ex fratre dicto Busoni nouelli iuxta dicta.l.vnic.§.is itaqz.et.l.j.C.quando non peten.par.cum simi. Nec potest dici quod ius adeundi venerit in dicta generali concessione quam dicta domia Paula fecit dicto Joanni Stephano.quia ius adeundi cedi non potest.l.mulier.§.ex asse.ff.de iure.do.z in.l.paulus respondit per procuratorem.ff.de acquiren.hered.z quod nota.in dictis iuribus z per gloss.in.l.at iulianus.§.vtrum.ff.ad trebel. Dato autem sine preiudicio veritatis quod dicta domina Paula ante dictam factam concessionem dicto Joanni Stephano adiuerit hereditatē dicti Busoni nouelli videtur quod ipse Joannes Stephanus habeat ius in dimidia bonorum dicti Busoni nouelli: prout dimidia dictorum bonorum spectabat ad dictam paulam que concurrebat cum filio fratris iuxta autentica cessante.C.de legi.here.nec videtur quod dicta bona que remanserunt in hereditate Busoni nouelli pro maiori parte spectarent ad dictam paulam z subsequēter ad dictum Joannem Stephanum ex eo forte quia remāserint in hereditatem dicti primi Busoni patris dicte paule et dicti Busoni nouelli: nam licet ad dictam Paulam fuerit delata hereditas dicti Busoni pro tertia portione: tamen tota hereditas seu omnia bona hereditaria fuerunt insolidum possessa per dictum Busonum nouellum pro dimidia et alium filium Busoni benedictum pro altera dimidia et dicta domina Paula concessit iusto titulo dicto Busono nouello dimidiam omnium suorum iuriū que habebat in bonis et hereditate dicti Busoni communis eorū patris. Ita quod ad dictum Busonum nouellum spectabant et pertinebant bona dicti Busoni pro dimidia videlicet pro tertia portione ex persona sua et pro dimidia tertie portionis ex persona dicte Paule: ideo cum ipse possideret solummodo dimidiam bonorum dicti Busoni z dimidia sola dictorum bonorum busoni remāserit in hereditate dicti busoni nouelli videtur qd cessionarius dicte Paule non possit ex persona dicte paule pretendere ius aliqd in dictis bonis ex eo quia fuerint bona dicti busoni. 3 †Quod z dicendum videtur ex alio scz.quia presupponitur quod dictus Busonus decessit iam sunt.lxx.anni vel circa: vnde videtur elapsum tempus datum ad adeūdum hereditatem quod est.xxx.ann.arg.l.sicut.C.de prescrip.xxx.vel.xl.ann.prout est communis sententia glo.z docto.in.l.licet.C.de iure delibe.z non solum concludunt ibi docto.communiter illud in iure seu facultate adeundi: sed etiā volunt quod etiam aduersus facultatem vel ius immiscendi prescribatur simili spacio.xxx.ann.a qua opinio.in decisiuis nequaꝙ est recedenduz.argu.l.minime.ff.de.ll.z.c.ne innitaris.de constitu.et c.prudentiam.de offic.delega.z nota.gloss.in.l.omnis diffinitio.de regu.iuris.et Barto.in.l.fin.C.de pena iu.qui male iu.et Bal.in.l.precibus.C.de impub.z docto.in.l.cum prolatis de re iudi.licet de rigore iuris fortasse teneri posset contrariuz.prout z tenuit Salyce.in dicta.l.licet.itaqz stante dicta communi opi.videtur qd dicta Paula fuerit exclusa a dicta hereditate.z consequenter bona hereditaria non venerint in dicta cōcessione per eam facta dicto Joannistephano. 4 †Nec videtur obstare si dicatur ꝙ immo ipsa se immiscuit dicte hereditati paterne quando transegit seu conuenit cum dicto busono nouello concedendo sibi omnia sua iura que habebat in dimidia dictorū bonorum dicti busoni. Nam videtur ꝙ ex illa conuētione nō resultauerit imixtio bonorū seu hereditatis predicte ex eo maxīe q2 dicitur in dicta cōcessione ꝙ dicta paula concedebat sibi oīa iura sibi cōpetentia siue ex testamēto siue ab intestato z cōsequēter videtur ꝙ appareat ꝙ ipā erat incerta an sibi cōpeterēt iura ex testamēto an ab intestato. sz ille qui est incertus: an hereditas sibi delata ex testamēto siue ab intestato nō pōt adire hereditatem vel hereditati se immiscere.l.si is ad quem.z.l.si quis mihi bona.§.aliter atqz.et.l.pater filio.in princi.ff.de acqui.

heredi. ergo videt ꝙ dicta Paula ex illo actu nō imiscuerit se di-
cte hereditati paterne. Preterea cum ipsa cesserit oīa iura que ha
bebat ⁊ ante immixtiouem nō habebat iura effectualiter nisi ī spe
erat tamen heres noīe ratione suitatis ⁊ sic habebat iura directa:
licet inania ante immixtionē iuxta ea que habētur in.l.in suis. de
libe.⁊ posth.⁊ in.l.necessarijs.de acqui.here.⁊ in.l.ij.in fi.ff.pro he-
rede.⁊ quo ad quedā dicta iura operant plures effectus vt habet
in dictis iurib⁹.⁊ in.l.si filius qui patri.de vulg.⁊ pup.⁊ in.l.si fra-
tris.C.de iure delibe.⁊ in.l.apud hostes.de lib.⁊ posth.⁊.l.nihil.C.
pro herede cū multis si. Unde dicta ꝯcessio seu cessio iuriū videtur
posse verificari in dictis iuribus cōsideratis: vt.s.dixi.⁊ consequē-
ter dicta cōcessio iuriū nō cōcludat animū immiscēdi ⁊ sic nō ꝓbet
immixtionē qꝛ ꝓbatio debet necessario concludere.c.in presentia.
de prob.⁊.l.non hoc.C.vnde cog.⁊.l.neqꝫ natales.⁊.l.ad prabatio
nem.C.de probati.cum simi. Dato autem ꝙ dicta Paula adiue-
rit hereditatē dicti dñi Busoni nihilomin⁹ videt ꝙ dictus Buso
nus nouellus ꝑscripserit dicta bona aduersus dictam dñam Pau
lam cū presupponatur dictū dñm Busonum decessisse iam sunt an
ni.lxx.⁊ continuo abinde citra bona dicti dñi Busoni fuisse pos-
sessa pro dimidia per dictū Busonū nouellū in eius vita ⁊ post ei⁹
mortem per dictum Franciscum eius heredez pro sua dimidia: vn
de videtur quod in vita dicti Busoni nouelli qui possedit vltra
xl.annos fuerit cōpleta prescriptio per.l.sicut.⁊.l.oēs.C.de prescr.
xxx.annorū.⁊.l.fi.C.vnde vi ⁊ maxime stante dicta dispositione sta
tutaria q̄ videt ꝑmittere ꝑscriptionem per lapsum tpis.xv.an.et
sic multis vijs videt ꝙ dicta Paula fuerit exclusa a bonis dicti do
6 mini Busoni. ¶ † His tamen non ob. aliter puto de iure rñdēdū
vcꝫ ꝙ ad dictam dñam Paulā spectarent bona dicti Busoni no-
uelli heredi pro dimidia portione tanꝙ heredē pro dicta dimidia
dicti Busoni nouelli.⁊ in bonis dicti Busoni cōis pr̄is que remā
serunt in bonis ⁊ hereditate busoni nouelli.vj.pars ad eam ꝑtine
ret ⁊ subsequēter pertineant ad dictū Joannēmstephanū eius ces-
sionariū vigore dicte concessionis sibi per dictam Paulam. ꝓmū
s.quoad dimidiam hereditatis busoni nouelli deducitur qꝛ cōstat
ꝙ hereditas predicta fuit delata ad eam pro dimidia per dictam
aut.cessante.⁊ cum ipsa Paula vna cū dicto Francisco vendide-
rit res hereditarias dicti olim busoni nouelli ex illo actu inducta
fuit aditio dicte hereditatis: nam vendēdo rem hereditariam nō
pariturā censet adire. vt probat tex.in.l.pro herede in.§.proinde
ibi aut res tēpore peritura distraxit a contrario sensu.de acqui.he
re.⁊ in.d.l.aristo.§.si maior de iure delibe. Nec ob. ꝙ potest vendi
res aliena: qꝛ verum est quo ad preiudicium vendētis: non tamē li
cite venditur res aliena: vt probatur.C.de rebus alie.non alie.in
rubro iuncto nigro. Et saltem non est honestum vendere rem ad
alium spectantem. Nec dicimur posse ꝙ honeste non possumus.l.
7 nepos proculo.de verb.signifi. † Preterea ille qui alteri concedit
censetur velle ꝙ ex sua concessione resultat effectus transferendi
ius qđ concedit in eum in quē transfert.⁊ si illud transferre non po
test nisi mediante sua aditiōe hereditatis censetur adire. vt ē tex.
in.l.si auia.C.de iure delibe. ideo cum dicta dña Paula vendide-
rit dictas res hereditarias tēpore nō perituras ⁊ cōcesserit iura et
actiones in dictis bonis vēditis: que cōcedere nō poterat nisi adi
ta hereditate: ideo dicamus ꝙ censeatur adiuisse: qꝛ talem animū
habuisse censeatur.⁊ maxime qꝛ non est verisile ꝙ noluerit se tene-
ri.de euic.⁊ hereditas aditur solo animo.d.l.pro herede.⁊.l.gerit.
de acquir.here.⁊.d.l.si auia.⁊.l.potuit.eo.titu.⁊ animus qui nō vi
detur probatur ex coniecturis vt habetur in dictis iuribus. et fa-
cit qđ no.in.§.alie.institu.de acti. Unde satis est ꝙ appareat ta-
lis actus qui verisilr non fuisset factus ab eo qui non voluerit esse
heres: prout in simili probatur in.l.ij.C.de iure delibe. vbi soluens
debitum hereditariū censetur adire.⁊ tamen constat ꝙ ille actus
potuit fieri citra ius ⁊ nomen heredis.l.solutionem ⁊ iudicium.de
solu.⁊.l.soluendo.de neg.gest. est ergo: ratio qꝛ non est verisimile
ꝙ illa solutio facta fuerit nisi animo volendi hereditatem ⁊ conse
8 quenter aīo se liberandi. † Et insuper nō est maior ratio presumē
di aditionem in eo qui possedit res hereditarias qui censetur adi
re vt est expressum in.d.l.gerit ꝙ in eo qui res hereditarias vendi-
dit.⁊ in cōsequētiā se obligauit ad illa tradēdū nec tradere potest
qui nō possidet.l.traditio.de acqui.re.do.⁊.l.nemo plus iuris.de
regu.iur. vnde clarissimū est in iure censetur adire is cui est delata
hereditas vendendo res hereditarias. Nec ob. ꝙ dicebatur in con
trarium ꝙ dicta domina potuit vendere ratione partis sibi cōpe-
tentis tanꝙ heredi dicti busoni: qꝛ respondetur ꝙ ipsa censet vē-
didisse pro dimidia non pro.vj.parte ex quo ipsa ⁊ dictus Franci-
scus simpliciter vendiderūt.l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duobus
reis.⁊.l.si mihi ⁊ titio.in princi.ff.de verb.obli.cum si. Et per cōse-
quens nō iustificat dictam venditionē per eā factam ius sexte par
tis.⁊ sic nō obstat.⁊ insuper cum ipa domina Paula nūꝙ possede
rit bona dicti busoni: sꝫ illa possederant dictus Buson⁹ nouellus
et Busonus benedictus non licebat sibi illa bona propria autori-
tate occupare.arg.l.non est singulis.ff.de regu.iur.⁊.l.extat.ff.ꝙ
met.cau.⁊ per consequens remanet firma conclusio ⁊ indubitata

ꝙ ad dictā dominam Paulam spectabat dimidia dicte heredita-
tis busoni nouelli.⁊ dimidia ipsorum bonorū ⁊ subsequenter post
cessionem factam spectant ad dictū Joānemstephanum cessiona-
rium. ¶ Restat ammodo deuenire ad scōm.s.ad.vj.partē quā di-
ximus pertinuisse ad dictam dominā paulam ⁊ successiue ad dictū
Joannēstephanū in bonis dicti olim busoni repertis in bonis et
hereditate busoni nouelli. ꝙ quidē probatur qꝛ ꝯstat ꝙ hereditas
dicti busoni deuoluta fuit ad tertiā partē ad dictam paulā.⁊ ipsa
paula se imiscuit tpe debito hereditati paterne vt probabo: ergo
constat ꝙ ad ipsam spectauit tertia pars in bonis dicti busoni ꝓ
indiuiso cum suis fratribus ⁊ coheredib⁹ singula itaqꝫ bona et sin
gulares hereditarie ad eā spectabat pro dicta tertia parte nō ma-
gis in vna re ꝙ in altera.⁊ per cōsequens habebat dicta paula ter-
tiam partē in bonis predictis hereditarijs possessis per busonem
nouellam pariter ⁊ tertiā partem in bonis hereditarijs possessis ꝑ
busonū benedictū: vñ dum cōcesserit postea dicto busono nouello
dimidiā oīum iuriū que habebat in bonis dicti busoni cōis eorꝫ
patris nō magis cōcessit dimidiam predictā in bonis qui tūc pro
diuisa possidebantur per dictū busonū nouellū ꝙ in bonis q̄ tunc
pro diuiso possidebantur per dictum busonum benedictum cum
generaliter se retulerint in dicta cōcessione ad bona dicti busoni.
et consequēter indefinita seu gñalis locutio refert pariter ad om-
nia bona dicti busoni.ar.l.si pluribus.de lega.ij.⁊.l.j.§.ꝙ naturalr
de lega.prestan.⁊ cañ.si romanorū.xix.di.cum si. fuit itaqꝫ effectus
dicte cōcessionis facte per dictam Paulā dicto busono nouello ꝙ
in dictū busonū nouellū fuerunt translata iura dicte paule pro di
midia in bonis que tunc possidebat ipse busonus nouellus et alia
dimidia dictorum iurium super dictis bonis remansit penes di-
ctam Paulaꝫ.⁊ similiter in bonis ab alio possessis dimidia tertie
partis spectantis ad dictam Paulam remāsit apud dictam Pau
lā ⁊ altera dimidia eiusdē tertie partis translata fuit in dictum bu
sonum nouellum. et per hanc viam resultauit translatio iurium q̄
dicta domina habebat in bonis dicti dñi Busoni pro dimidia in
dictum Busonū nouellum ⁊ altera dimidia remansit penes ipam
Paulam ⁊ istam dimidiam tertie partis que sibi remansit in bo-
nis domini busoni possessis per dictum busonum nouellum trāsla
ta fuit in dictum Joannemstephanum: et ideo ad eum pertinet.
Nec circa hoc obstant adducta in contrarium. Nam ad primū ra-
tionem in cōtrarium adductam patet responsum ex proxime di-
ctis. Nam licet dicta Paula cōcesserit dicto busono nouello dimi
diam suorū iurium in bonis dicti domini busoni: tamen non dona
uit omnia iura que habebat in bonis dicti domini Busoni q̄ pos-
sidebat dictus busonus nouellus: sed generaliter in omnibus bo-
9 nis. vt proxime dictum est. † Nec ob. scōm ar. adductum in contra
rium qꝛ licet aduersus ius immiscendi prescribat spacio. xxx.ann.
sm cōmunem sniam doc. tamen dicta dña Paula se immiscuit in
dicta hereditate ante lapsum dictorū.xxx.ann.a die mortis dicti
domini busoni prout apparet ex conuentione inita in anno. M.
ccccxxij. inter eā ⁊ dictum busonum nouellū in qua dictus buson⁹
nouellus dedit certa bona ipsi paule ⁊ ipsa Paula dedit ⁊ cōcessit
medietatem omnium iuriū ⁊ actionū sibi qūolibet pertinētiuꝫ in
bonis ⁊ hereditate dicti Busonis noīe ⁊ occasione successionis he
reditarie portionis ad eam spectantis ⁊c. In qua conuentiōe pre
supponitur quod iura ⁊ actiones sibi ꝑtinebant in dictis bonis cū
loquat per verbuꝫ de presenti spectantis ⁊ per verba de preterito
cessit dedit ⁊ cōcessit ⁊ postea posuit in locū suum in dictis bonis ⁊
iuribus pro dicta dimidia que quidem facere non poterat nisi me
diāte immixtione cum illud nudū nomen heredis ꝙ est penes ip-
sum heredē nō possit alteri dari nec cedi ius immiscēdi.ar.d.§.ex
asse.⁊.d.l.paulus rñdit ꝑ procuratorē: vnde vt dicta verba verificē
tur ⁊ aliqd operētur dꝫ dicta cōuentio interpretari vt debitū sor-
tiat effectū ꝙ ex ea resultat imixtio.ar.d.l.si auia.⁊.d.l.illud. ff.de
acqui.here. Qui em̄ vult vnū censet velle oīa q̄ requirunt vt illud
sortiat effectū.l.ij.ff.de iurisdi.om.iudi.⁊.l.ad rē mobilē.⁊.l.ad le-
gatum.ff.de procu.cū si. Et per cōsequēs dicta paula censeatur vo
luisse se imiscere dicti hereditati vt mediante dicta imixtione po-
tuisset dare iura ad eā spectātia in dcis bonis.⁊ maxie cū in dicta
cōuētione iteruenerit iuramētum q̄ hꝫ virtutē vt actus sup quo in
terponit valeat eo mō quo mod⁹ valere pōt.l.cū pater.§.filijs ma-
trē.de leg.ij.⁊ maxime qꝛ erat verisilr notum dictis ꝯtrahentibus
ꝙ si dicta paula nolebat acceptare dictā hereditatē nullū sibi ius
competebat in ea: ⁊ consequenter nullū ius effectuale poterat trās
ferre cum hec iura que sunt vulgaria presumant omnibus no.ar.
l.leges sacratissime.⁊.l.fin.C.de.ll.⁊.l.late culpe.ff.de verbo.signifi
ca.⁊ no.glo.⁊ doc.in.c.si diligenti.de prescrip. nec vllo pacto ꝑsua-
deri potest ꝙ dictus buson⁹ nouell⁹ voluerit dare bona q̄ dedit di
cte paule nisi aīo effectualiter cōsequēdi dimidiaꝫ dicte tertie par
tis delate dicte domine paule.⁊ ex parte dicte paule fuisset alienū
a bona fide si voluisset illa bona consequi non immiscendo se here
ditati paterne: quia si consecuta fuisset illa bona quodāmodo sine
causa. Et is qui sine causa vult bona ab alio consequi censetur ver
7 † Et qn̄ esset aliqđ dubiū circa virtutē dicte clausule ꝛc. apposite in instrumēto notarij esset recurrendū ad eius interpretationem per id qđ no.Bar.in.l.si librarius.ff.de reg.in.ar.l.in ambiguis.ꝛ.l.neratius.ff.eo.titu.cum cōcor. cum itaqꝫ notarius viuens declaret quid voluerit sub illa clausula ꝛc. comprehendere.s.distinctionem etatū factā in proximis precedētibus capitibus substitutionis: ita profecto est interpretāda ex quibus clare patet ex multiplici capite quod dicta substitutio debet interpretari pupillaris etiam si nō appareret aliud instrumentum nisi instrumentū solēne sub forma dicti prothocolli: ita ꝙ nō est multū insistendū circa illū articulū an attendatur forma substitutionis: attēto ꝙ quādocūqꝫ forma substitutionis capiatur resultat idem effectus: licet forma instrumenti extensi sit magis clara et propterea dicendū est quod prothocollū nō variat ab alio instrumēto: non enī dicitur variare instrumentū extractū a prothocollo si idem cōtinet in effectū: licet verba varient prout cōcludit Bal.in quodā suo cōsi.ꝙ incipit quidam notarius.ar.l.qui sententiā.C. de penis.ꝛ.c.dudum. extra de cōuersione infideliū. ꝛ est aduertendū ꝙ prothocollū non semp facit fidem: nam si nō habet subscriptionem et signū notarij ꝛ alia in instrumētis requisita nō facit fidē.arg.§.oportet.in auf.de instrumentorum cautela ꝛ fide.ꝛ.l.fideicōmisso.§.j.de lega.ij.prout not. Cy.post Nicolaū de mat. in.l.cōtractus.C. de fide instrumentorū. et tenet Specu. in ti. de instrumentorū edic.§. instrumento versi. item opponitur.ꝛ in.§.ostēso.versi. quid si in breuiatura prout refert sequitur ꝛ cōmendat Bal.in.l.lucius.ff.de mili.testa.ꝙ ꝛ cōcludit dn̄s Anto.in.d.c.cum.p tabellio.in fi. nisi fuerit exemplatum auctoritate iudicis ꝑm dn̄m Ant.ibi cum itaqꝫ aliud instrumentū extense scriptū habeat omnes solēnitates de iure ꝛ ex cōsuetudine requisitas in instrumentis publicis.et dictū prothocollū nō fuerit exemplatū auctoritate iudicis: quinimmo nec debeat exēplari per iudicē viuo notario qui breuiaturā scripsit: sed per ipsum notariū prout sentit Jo.and. post Hostiē.in.d.c.cum.p.tabellio. pertinet enī istud ad officiū ipsius notarij qui prothocollū confecit.s.instrumentum extēdere vt habetur in.d.auf.de tabel.ꝛ per Bar.in.d.l.si librarius.ꝛ Bal.in.l.impator. de statu homi.ꝛ doct. in auf. si quis in aliquo documēto.C.de edēdo.vbi maxime Bal. voluit ꝙ extractum ab eodē notario dicatur originale ꝛ ei adhibetur plena fides prout omnes ibi concludunt.ꝛ in.d.c.cum.p.tabellio.ꝛ vbiqꝫ.

8 † Et propterea cōcludendum est ꝙ dicto instrumēto extense scripto in autētico libro notarij debeat adhiberi plena fides: stilus enim est multorū tabellionū tempore quo rogātur facere aliquā mentionē vel in bastardellis vel in chartis separatis et postea domi scribere in libro quē habent pro autētico ꝛ ibi accurate scribere instrumentum ꝑm veritatē actus de quo extitit rogatus.ꝛ tūc magis accurate se habent quā qn̄ faciūt primā scripturā. et illud postea extēsum habent pro eorū autētico ꝛ vidi plerosqꝫ qui tēpore quo rogantur non scribūt nisi nomina testiū ꝛ cōtrahentiū quasi nō estiment nisi illud instrumentū ꝙ postea domi scribūt in eorū libro. nō est ergo mirū si in casu nostro tabellio in illa prima scriptura nō apposuit omnia verba que postea apposuit in instrumēto extenso: cōcludo itaqꝫ qđ illi instrumēto extenso est adhibēda plenissima fides saltē quia potest cōcordari cum illa scriptura que dicitur prothocollum vt sumi pōt ex iam dictis ꝛ cum possint cōcordari sunt cōcordāda. arg.c.cum tu.extra de testibus.cum cōcor.iuncta.l.in exercēdis.C. de fide instru.ꝛ ibi notatur per Bal.

9 ¶ † Remanet itaqꝫ firma cōclusio ex omnibus iam dictis ꝙ hereditas dictorū pupillorum qui decesserunt in pupillari etate est delata ex pupillari substitutione cōprehensa sub dicta cōpendiosa dictis substitutis ꝛ sic spectat ad dictā dominā Mariā matrē testatoris.ꝛ dictū Perangelū testatoris fratrē exclusa dicta Frācischina matre dictorū pupillorū: quia mater excluditur per substitutionē expressam pupillarē.l.papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de inoffi.testa.etiam per illā que includitur verbis generalibus sub cōpendiosa qn̄ presupponitur ꝙ cōprehendatur vt omnes cōcludūt in.d.l.precibus.ꝛ in.d.l.centurio. et in.d.c.si pater.ꝛ in.d.c.ray.prout ꝛ cōprehenditur in casu nostro per.d.s.et maxime quia satis pōt dici expressa in casu nostro forte etiā verbis specialibus ex quo est expresse facta mētio de pupillari etate: ꝛ licet hoc nō sit necessariū vt predixi nec obstant adducta in cōtrariū: quia satis apparent sublata ex deductis pro hac parte.et hec circa deducta in pūcto dicta sufficiāt.

10 ¶ † Extra punctū aūt a me queritur infra quātū tempus debeat pstari iuramentū calūnie post litis cōtestationē ꝛ post petitionē factā de illud pstando circa qđ est aduertendū ꝙ iuramentū calūnie pstari debet in exordio litis post litem cōtestatā vt est expressum in.l.ij.in prin.C.de iuramēto calūnie per quam fuit inuentū hoc generale iuramentū calūnie nec ibi declaratur infra quātū tēpus pstari debeat: sed disponitur qđ in causa non ꝓcedatur non prestito iuramēto tamē si nō prestātur ꝛ in causa proceditur valet ꝓcessus si nō petatur prestari vt est expressum in.c.ꝑpter omissum de iuramēto calū.lib.vj. si tn̄ opponatur ꝛ nō prestetur tenetur cōmuniter ꝙ iudiciū non subsistat vt habetur ibi: ꝛ no.glo.ꝛ Bar.et doct.cōmuniter in.d.l.ij.§.sed quia veremur.ꝛ no.glo.in.d.c.j.eo.titu.in.vj.non est igitur statutum in iure infra quantū tempus debeat prestari nam si nō est petitum a parte poterit prestari in quacūqꝫ parte iudicij: vt.d.c.j.ꝛ si est petitum acta nō tenent ꝑm cōmunē sententiā: vnde semper potest dici exordiū litis cum nō censeātur acta ea que sunt nulla.l.iiij.§. cōdēnatum.de re iudi.ꝛ cle.pastoralis.eo.ti. tēpus aūt ꝙ in iure nō declaratur remittitur iudicis arbitrio.l.j.ff.de iure delibe.ꝛ.c.de causis.extra de offi.delega. ita etiā videtur ꝙ hoc remittatur iudicis arbitrio infra quantū.s.tempus sit iuramentū calū.prestandū siue a parte petatur siue ipse ex officio velit ꝙ pstetur prout ꝛ hoc satis ꝓbatur in ea.l.§. hoc etiā ibi intra a iudice statuendū tempus ꝛc. licet ille tex.loquatur qn̄ quis litigat pro alio: qn̄ autē quis litigat pro se seu de suo iuramēto tractatur nō est necessariū statuere tēps a iudice: quia ipse semp est certus an calūnie causa litiget. ꝛ ꝑpterea forte nō sit aliter mētio de tempore a iudice statuēdo nec aliter declaratur infra quantū tēpus pstari debeat cum satis ꝓuideatur aduersus nō prestantē ꝙ nō debeat audiri ꝛ si audiatur pacta sint nulla vt predixi ꝛ si recusauerit pstare iuramentū ita ꝙ fuerit cōtumax in prestādo punitur pena amissionis cause vt in ea.l.ij.§. ꝙ si actor.ꝛ.§.si autē reus.ꝛ in.c.fi.§.pena. extra eo.ti. in antiquis que pene nō irrogātur ipso iure: sed per sentētiā saltē ex parte actoris: vt per glo.ꝛ Cy.in.d.§.ꝙ si actor.ad hoc autē principalis.eo.ti. ꝑm Bar.in.d.§.pro quo facit tex.ibi tristitia iudicū ꝑm Bald.ibi.ꝛ in d.c.fi.vbi etiā glo.idem tenet ꝛ hoc cōmuniter tenetur prout dicūt Jmo.ꝛ Panor.in.d.c.fi. licet multi teneant contrariū ex parte rei vt latius dixi in.d.§. ꝙ si actor. ꝛ ipsa cōtumacia pōt purgari vsqꝫ ad sententiā si ius aduersarij nō est factū deterius.ar.l.municipiorum.de optione le.ꝛ.l.electio.de noxalibus.ꝑm Jaco.de are.ꝛ Cy. in.d.§.ꝙ si actor.qđ ꝛ tenuit Jo.and. in additionibus Specu.eo.

titu. §. fi. versicu. sed nūquid. arg. l. si quis libellus. C. de appel. ꝙ et voluit do. Anto. in. d. c. fi. ꝛ Panoꝛ. ibi prout etiā latius dixi in. d. §. ꝙ si actoꝛ et quia non bene percipio ad quem finem petatur hoc declarari: ideo vlterius me non extendo. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cccxvij.

1 ☞ Progeniei appellatione an cōtineantur omnes illi qui sunt de consanguinitate adeo ꝙ relictū factū illis qui sunt de progenie alicuius agnatis factū censeatur ꝛ sic his qui sunt de consanguinitate vel antiquioꝛi tantū qui est de dicta ꝓgenie. nu. seq. per totū.

2 Ius patronatus concessum his qui sunt de progenie antiquioꝛ in dubio videtur electus ꝛ an patronis presentantibus aliquē erroꝛe eis imputetur erroꝛ. nu. 5.

3 Progenies dicitur a pango pangis et scḋm ethimologiam vocabuli denotat descendentes quasi post genitos: ꝛ filij et nepotes vel fratres non sunt progenies quia non sunt procul geniti sed pronepotes ꝛ pꝛopꝛio sumpto vocabulo dicūtur illi qui a testatoꝛe sunt geniti. nu. seq.

4 De linea testatoꝛis dicitur ille qui per directū ex ipso descendit.

¶ Consilium. cccxvij.

In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ † Videtur prima facie dicendū ꝙ dictus dñs Ant. sit preferēdus: nam videtur ꝙ ipse cōprehendatur sub dicta dispositione testatoꝛis quatenus disposuit ꝙ si reperiretur in dicta ecclesia pꝛesbyter qui sit de progenie ipsius testatoꝛis ꝙ ipse sit eligēdus: nam ex quo dictus dñs Antonius est de agnatione et cōsanguinitate ipsius testatoꝛis videtur de eius progenie per tex. in cañ. progeniem. xxx. q. iiij. ꝛ in cañ. sedē. eo. ti. vbi progenies videtur poni pro agnatis ꝛ cognatis. Quod maxime videtur dicendū quia dictus testatoꝛ nō habebat prout dicitur tres filios et illos instituit heredes eisqꝫ decedentibus sine filijs disposuit ꝙ bona sua deuenirent apud beneficiū seu altare vel stipēdium apud ecclesiā talem relictū: itaqꝫ in casu quo decesserint illi filij cum liberis peruenientibus ad etatē. xxv. annoꝛū tunc testatoꝛ nō relinquebat aliquid dicto stipendio seu beneficio vel altari: in casu aūt quo sine filijs decesserint vel filij filioꝛū ante etatem. xxv. annoꝛū decesserint ꝛ tunc nō poterat supesse progenies ex dictis filijs si nos capimus progeniem pro descēdentibus: vnde videtur euidēter cōstare de mente testatoꝛis ꝙ noluerit intelligere de suis descendentibus dum dixit ꝙ de progenie sua si sacerdos reperiatur debeat eligi facit quia nomina hmōi verbalia habent significationē actiuā ꝛ passiuam: ideo satis videtur de progenie mea ille qui descendit ex eo stipite ex quo ego genitus fui. Ex qbus videtur deduci satis aperte ꝙ tempoꝛe quo dictū beneficiū veniebat cōferendū erat in dicta ecclesia sacerdos de progenie dicti testatoꝛis: videlicet dictus dñs Anto. ꝛ successiue deducitur ꝙ ipse erat eligēdus seu presentādus cum testatoꝛ ita expresse disponit ꝛ volūtas testatoꝛis est seruanda pro lege in auṫ. de nup. §. disponat. ex quo enim relinquebat bona sua potuit in ipso relicto legem illam adijcere ꝛ onerare illos quos preficiebat in patronos dicti altaris vt talem dūmodo idoneū eligant quia honoꝛatus a testatoꝛe potest onerari. l. impatoꝛ. de leg. j. l. ab eo. C. de fideicō. C. de his que sub modo per totū. cum infinitis similibus. ¶ † Tamē his non ob. videtur de iure dicendū contrariū ex pluribus. ꝛ primo quia nō disposuit testatoꝛ ꝙ antiquioꝛ vel existens de progenie haberet ius in dicto stipēdio: sed iniunxit patronis ꝙ deberent talē eligere seu presentare ante presentationem: itaqꝫ nullū ius videtur illi antiquioꝛi vel de progenie acquisitum nisi foꝛte ius aduersus patronos vt tenerētur eum eligere nō fecerunt presentarunt aliū ꝛ ille fuit confirmatus ꝛ inuestitus non videtur ꝙ presentatio ꝛ institutio sit inefficax multa enim fieri nō debent que facta tenent cañ. j. xj. q. iij. ꝛ. c. ad apostolicā. de regula. cum si. cum itaqꝫ ille dñs Dominicus antiquioꝛ habeat presentationem ꝛ confirmationem. ꝛ sit in possessione ꝛ iste dñs Antonius nullū ius habeat in re nec ad rem hactenus ante presentationem videtur ꝙ ille electus ꝛ confirmatus et inuestitus sicqꝫ possessoꝛ sit preferendus conqueratur autē de illis quibus est iniunctū ꝙ deberent ipsum eligere si nō elegerunt: non autē petat beneficiū tanꝙ ad ipsum spectet nulla precedente presentatione electione confirmatione vel collatione. ꝛ nō precedēte dispositione testatoꝛis que deuoluat ipsum beneficiū seu stipendiū ad eum: sed iniūgat electoribus ꝙ ipsum eligant ꝙ minime factū est: nec foꝛte facere artabātur: nō enim potest testatoꝛ qui fundat vel dotat ecclesiā altare seu capellā onus hmōi illi ecclesie altari vel capelle imponere sine auctoꝛitate vel cōsensu diocesani. arg. c. cum dilectus. de cōsue. prout sibi hoc no. do. Anto. ꝛ Jmo. ꝛ Panoꝛ. trahūt enim illū tex. maxime do. Anto. ꝛ Jmo. ad fundantes capellas ꝙ non possint circa statum ipsius capelle: sed pertinet ad epm ꝭm eos. Potest etiā ad iuuandum iam dicta ponderari ꝙ ipse testatoꝛ nō exprimit in dicto testamēto ꝙ dicta bona relinquat pro dote dicto altari: sed simpliciter relinquit suo stipendio seu beneficio foꝛtasse tale est vulgare apud patriam illam ꝛ verba dicti testamenti relata in puncto non tendunt ꝙ illud beneficiū seu stipendium fiat cum bona ex euentu conditionis prenarrate deuoluātur: sed innuunt vel ꝙ illud beneficium erat iam factū vel ꝙ relinquebat ꝙ fieret etiā ante bona ista deuoluerentur vigoꝛe dicte substitutionis cum non disponant qḋ fiat: sed sub cōditione si filij instituti decesserint ꝛc. instituit. sed presupponit in esse productū cum dicat ꝙ bona beneficium seu stipendium per eum relictū ꝛc. ꝛ sic videtur presupponere beneficium seu stipendiū vel fuisse inesse productū: nam decedēs relinquit omnia et sic verificaretur verbū relictū vel in alia dispositione seu alia parte testamenti in pūcto non expressa relinquebat fieri dictū beneficium ꝛc. postꝙ autē est inesse productū non imponitur onus: ita de facili prout prius per notata per glo. notabilē que incipit: licet eps in. d. c. cum dilectus. ꝛ Inno. Joan. and. ꝛ cōmuniter doct. ibi sequentes glo. ꝛ ꝙ habetur in. c. ꝙ super his. de maio. ꝛ obe. ꝛ in. c. fi. de offi. Archi. ꝛ in. c. cōstitutus. de relig. domibus. in hoc autē an fuerit iam inesse productū dictum beneficiū non me firmo quia nō sum plene instructus in facto. † Insuper ex alio videtur esse respōdendum cōtra dictū dñm Anto. quia ipse nō videtur esse de progenie dicti testatoꝛis: nam ꝓgenies ꝭm ethymologiā vocabuli denotat descendentes quasi post genitos ꝭm Papiam in rosario hinc pronepos quasi post nepotē proauus quasi post auū respectu gradus superioꝛis: nam auus est prioꝛ respectu nepotis non dico tempoꝛe: sed gradu et propinquitate allegatur per subscribentē huic cōsilio catholicō dicere ꝙ progenies dicitur a pango gis ꝛ qḋ subdit not. ꝙ filij ꝛ nepotes nō sunt progenies quia nō sunt procul geniti: sed pronepotes ꝛ exinde descēdentes progenies quasi procul geniti allegat etiā prefatus cōsulens Pe. de ancha. in. c. vbicunqꝫ. de penis. in vj. dicentem ꝙ progenies impoꝛtet idem ꝙ liberi. allegat. l. fi. §. fi. C. de emācip. libe. item dñs Pe. de vbal. qui consuluit in contrariū allegat Petrū auum suū in consilio ꝙ incipit statuto terre treuij cauet ꝙ filia dotata a patre nō succedat dūmodo remāserit aliquis masculus de progenie dotātis tenere ꝙ frater dotantis non excludat filiam dotatā quia frater dotantis nō dicitur de progenie dotātis ꝛc. ꝛ idem in hoc cōcludit ipse. d. Pe. de propria significatione vocabuli de progenie: ergo testatoꝛis dicuntur illi qui a testatoꝛe geniti sunt: et sic quoꝛū ipse testatoꝛ est stipes sicut de genere alicuius dicitur in. l. j. ff. de iure immuni. iuncta. l. iij. eo. titu. † Et prout etiam de linea testatoꝛis dicitur ille qui per directum ex ipso descendit ꝛ sic cuius ipse est stipes ꝛ non ascēdens vel transuersalis prout cōcludit Bar. in suo cōsi. in oꝛdine. lv. incipiēte Gualterius Petri de sancto Seuerino ꝛ in cōsi. sequenti incipiēte in questione predicta licet al's cōsuluerim: cum itaqꝫ nō appareat aliter de mente testatoꝛis videtur standū propꝛie vi verboꝛū. l. nō aliter. de leg. iij. ꝛ. l. j. §. si is qui nauē. de exercito. que propria vis solet sumi ab ethymologia vocabuli. l. ij. §. appellata. ff. si cer. peta. et insti. de dona. §. est ꝛ aliud. ꝛ in. l. tygurij. de verb. signi. et per Bal. in titu. de cōtrouersia inuestiture. c. j. §. si quis. de manso. Nec ob. ꝙ circa hoc in contrariū dicebatur: nō enim ob. d. cañ. progeniē. ꝛ. d. cañ. ad sedē: quia licet in dictis iuribus impropꝛietur: quia apparet de mente loquētis ratione subiecte materie nō sequitur ꝙ vbi de mente non cōstat: ꝛ ratio subiecte materie nō suadet impropꝛietatem ꝙ debeat impropꝛiari: sepe enim videmus ꝙ verba ratione subiecte materie impropꝛiātur. l. si vno. in prin. ff. locati. l. si stipulatus. ff. de vsuris. ꝛ. l. eas causas. ꝛ. l. pater seuerinā. in prin. ꝛ. §. cōditionum verba. de cōdi. ꝛ demon. cum si. ꝛ tamē regulariter propꝛie intelligūtur. d. l. non aliter. cum si. ¶ † Nec etiā ob. ꝙ dictū beneficium seu stipendiū est institutū sub cōditione si filij instituti decesserint sine filijs ꝛc. quia respōdetur quia licet dicti filij instituti decesserint sine liberis: tamē poterat verificari dicta dispositio testatoꝛis: qꝛ poterat contingere ꝙ dictus testatoꝛ haberet alios filios genitos post testamentū si alios tunc nō haberet ꝛ in illis poterat verificari dicta dispositio seu in descendentibus ex eisdem. item ex quo prout dixi verba dicti testamenti innuunt dictū beneficiū seu stipendiū esse prius relictū potuit cogitare ꝙ in dicto beneficio seu stipendio institueretur sacerdos etiā interim pendente cōditione dicte institutionis seu substitutionis que respōsio esset clara si ita etiam in facto ꝙ fuisset deputatum ꝙ etiam interim fieret dictum beneficiū. ꝛ licet foꝛte nō appareat in dicto testamento vel alibi nō sequitur ꝙ nō reliquisset potuit relinqre vel deputare al's et ignoretur verba testamēti sonant ꝙ al's relictū foꝛet: nam in verbis in puncto relatis non relinquitur qḋ fiat dictum beneficiū seu stipendium: sed bona ipsi beneficio relicto relinquūtur: et si dicatur si nō apparet esse relictū hoc beneficiū de quo agitur. ergo bona ista nō debentur huic beneficio respōdetur ꝙ in hoc nō est vis si nō debentur: ergo iste dñs Antonius agens nullū ius habet ipsi autē cōuento sufficit possessio ad defensam quia potest niti sua possessione et ex non iure agētis. insti. de interdi. §. cōmodum. ꝛ. l. fi. C. de rei ven. et. c. cum ecclesia sutrina. de causa posses. ꝛ propꝛieta. cum si. vulgaribus. ꝛ si hoc respōsio non satisfaceret subsunt alie que depꝛehenduntur ex. s. adductis. Ex quibus apparet respōsum ad omnia in contrariū adducta: remanet ergo ꝙ cōclusio dictus dñs Dñicus veniat absoluēdus ab impetitione dicti domini Antonij: addidi postea in alio cōsi. in quo respōdidi ad motiua domini Petri que nihil

nihil erant ꝙ potest põderari ꝙ nõ dixit testator nisi esset aliquis de progenie: sed nisi reperiretur aliquis de progenie dixi nõ apparet qđ talis fuerit repertus esse de progenie quia non sequitur est: ergo reperitur ꝙ de se cõstat.ꝛ.l.si barsatorã. de fideiuss.C.ꝛ cle.j.de offi.deleg.ꝛ in cañ.si.lxxviij.dist. pondero ꝙ si esset error facti non diceretur repertus nec etiã quid imputaretur ipsis patronis presentantibus:ita ꝛ cum saltẽ sit ꝓbabilis error iuris dubij qui equiparatur errori facti per.c.vnicum. cum ibi not.per Joan.andr. de postula.prela. et per notata per domi.Anto.Jmo.ꝛ Panor.in.c. cum dilectus.de cõsue.per illum tex.dicentes.ꝙ.l.celsus.de vsuca. habet locum etiam in probabili errore iuris vario modo intelligibilis ꝙ ꝛ voluit do.Anto.in.c.de quarta.de prescrip.et Jmo.in.c. si diligenti.eo.titu. Laus deo.

¶Summarium super consilio.cccxviij.

☞ Dotem promissam marito presenti vel futuro an possit petere vxor si non fuit secutũ matrimoniũ per mortẽ mariti vel aliter.

1 Soluti ob causam repetitio non solum competit causa non secuta sed ꝛ promissi retentio.nu.5.

2 Cõditio ob causam an habeat locũ in contractibus innominatis.

3 Dos promissa ante contractum matrimonium habet in se tacitam conditionem si nuptie sequantur etiam si de nuptijs nihil fuerit dictum.

Dotis promisse actio competit ipsi marito et non vxori nuptijs tamen interuenientibus.

4 Clausula ad tuam petitionem ꝛ terminum quid importet.

Ad prepositio quandoqꝫ facit conditionem.

6 Dos dicitur mulieris patrimonium.

¶Consilium.cccxviij.

1 In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶†Uidetur prima facie dicẽdum qđ dictus ser Joannes teneatur soluere dictã dotem pro dicta domina Apollonia sua nepte dum cõtrahet matrimonium ex quo per solẽnem stipulationẽ se obligauit ad dandũ dictã dotem: nec videtur repugnare ꝙ matrimoniũ qđ sperabatur cõtrahi inter dictam Polloniã ꝛ dictum Lucam nõ fuerit contractũ nec sit futurũ contrahi propter casum mortis dicti Luce ꝛ sic nõ fuerit secuta causa propter quã videtur ꝙ fuerit facta dicta promissio ꝛ causa nõ secuta non solũ competit promissi retentio: sed etiam soluti repetitio vt.l.si extraneus.ff.de cõdi.ob cau.et quasi per totũ illũ ti.† 2 Quia ad hoc videtur posse respõderi qđ condi.ob causam nõ habet locũ in contractibus nominatis.l.fi.ff.eo.ti. nisi in casu singulari.l. cum te fundũ.C.de pac.inter emp.ꝛ vẽdi.sed stipulatio est cõtractus nominatus merito nõ videtur rescindi mediante condi.ob causam.et maxime quia qñ dos cõstituitur mulieri videtur non solũ cõstituta respectu matrimonij de quo tũc agebatur: sed etiã respectu futuri matrimonij per auf. sed ꝗnis.C. de rei vxorie act.ꝛ.l. si socius pro filia.ff.pro socio : ex quo ergo fuit per dictum ser Mattheum dos quodãmodo constituta pro dicta sua nepte licet ageretur tunc de matrimonio cõtrahendo inter eam ꝛ Lucam ꝛ nõ secuto dicto matrimonio nõ debeat dari dicta dos: quia dos sine matrimonio esse non potest.l.fi.C.de dona.propter nuptias tamẽ secuto matrimonio videtur qđ debeat pro dicto matrimonio dari.d.dos arg.dicte auf.sed ꝗnis.ꝛ.d.l.si socius pro filia qđ maxime videtur dicendum quia dicta Pollonia nihil promisit:sed dña Angelica promisit ex vna parte se acturã et curaturã qđ dictus Lucas dum erit nubilis etatis contrahet matrimoniũ cum dicta dña Pollonia et ipse ser Mattheus ꝛ ser Joannes ex altera parte promisserunt se acturos et curaturos qđ dicta dña Pollonia matrimoniũ contrahet cum dicto Luca:si itaqꝫ nõ impletur dicta ꝓmissio cõtrahendi nuptias inter predictos casus vel aliter nõ videtur imputandum dicte dñe Apollonie pro quo etiam facit quia quando aliquid donatur sub modo impossibili ꝛ nõ videtur qđ non implementũ cause vitiet donationem per id qđ notatur per glo.notabilẽ.et doct.ibi in.l.cum donationis.C.de trãsac.ꝛ facit.l.si fundũ.§.iulianus.in fi.ff.de leg. j.ꝛ ꝙ per illã.l.no.gl.in.l.j.C.de insti.ꝛ substi. sub cõditione factis.

3 ¶†His tamẽ non ob.contrariũ est intrepide concludendũ: nam est premittendũ ꝙ quando promittitur dos ante contractũ matrimonium sponso vel al's futuro viro etiã si simpliciter promittatur habet in se tacitam conditionem ipsa stipulatio si nuptie fuerunt secute etiam si nihil de nuptijs dictum fuerit.l.stipulationem.ꝛ.l. promittẽdo.ꝛ.l.dotis promissio.ff.de iure dot. item est premittendum qđ per stipulationem dotis factam per maritũ presentem vel futurum vel eius nomine nõ queritur actio mulieri aduersus promittentem:sed ipsi marito nuptijs interuenientibus vt est expressum.in.l. si pro te.C.de dotis pro. idcirco cũ in casu nostro dictus ser Joãnes nihil promiserit dicte dñe Pollonie nec alteri pro eo recipiẽti sed dicto Luce futuri viro seu alteri pro eo recipienti etiã si matrimoniũ secutum fuisset nõ potuisset dicta Pollonia agere contra dictũ ser Joannẽ etiam matrimonio dissoluto per mortem Luce vel aliter per.d.l. si pro te. multofortius nõ possit cõtra eum agere mortuo dicto Luca ante cõtractas nuptias ꝛ si defecta cõditione stipulationis cum defectus conditionis vitiet stipulationẽ: ita qđ nulla obligatio ex ea oritur conditione.s.defecta:vt.l.cedere diem.ff.de verb.signi.ꝛ.l.sub cõditione ꝛ.l. ꝙ si ea.in fi.ff.de condi. indebi.cum simi. ideo cum dicta promissio fuerit facta dicto Luce nomine dotis dñe Pollonie pro matrimonio contrahendo inter dictos Lucã ꝛ Polloniã fuit dicta promissio facta cõtemplatione matrimonij cõtrahendi cum ipso Luca non respectu matrimonij cõtrahendi cum altero vt ostendunt dicta verba dicti cõtractus.et sic dicta promissio habet tacitã conditionẽ si dictũ matrimonium cum dicto Luca contrahendum contraheretur:ergo matrimonio postea non cõtracto cum ipso Luca cõditio deficit.ꝛ consequenter cessat omnis obligatio et actio ꝛ sine actione nemo experitur.l.si pupilli.§.videamus.de neg.gest.ꝛ.l.nam postea.in prin.de iureiu. et.l.vbi pactum. cum sua glo. notabili.C.de transac. qđ et videtur dicendũ ex alio:nam dicta promissio dicte dotis videtur concepta non solum sub dicta tacita cõditione. sed etiam sub alia cõditione expressa: quia promisit dictus ser Joannes pro dicta dote dare cxxxi.ducatos ad voluntatem ipsius ser Joannis et ad terminũ et petitionem dicti ser Joannis.† 4 Et sic videtur dicta promissio concepta in effectu sub voluntate termino ꝛ petitione dicti ser Joannis:nam prepositio ad:facit quãdoqꝫ conditionẽ.l.si vir.de cõdi.ꝛ demõstra. ꝛ quãdoqꝫ modũ.l.quibus diebus.§. termilius.eo.titu. prout not.Bar.ibi:ꝛ in.l.j.eo.titu.in casu autẽ nostro nõ denotat modum:quia esset ineptus sensus exponere ad voluntatẽ. ꝛ ad terminum ꝛ petitionẽ vt vellet vel vt petat dictus ser Joãnes. ꝛ licet illa verba ad voluntatem ꝛc.possint referri ad illam alternatiuam proxime precedentem in denarijs vel in bonis: tamẽ verba illa sequentia ꝛ ad terminũ ꝛ petitionem dicti ser Joannis non possunt nisi importare cõditionem seu diem incertã que pro cõditione habetur.l.dies incertus.ꝛ.l.heres meus.secũdo responso.ff.de cõdi.ꝛ demõstra.et de cõdi.insti.l.ꝙ si sub ea.ꝛ videtur pinde ac si dixisset promitto dare cum voluero quo casu valet promissio: sed est cõditionalis.l.centesimis.§.si ita stipulatus quo casu non potest conueniri inuitus vt dictis iuribus.ꝛ.l.fi.in fi.ff.de pac. dotalibus.† 5 Ex quibus euidenter apparet ꝙ dicta promissio.cxxxi.florenorũ non artet dictũ ser Joannẽ non obstãtibus in contrariũ adductis que vere non obstant: nõ enim obstat ꝙ in contractibus non est locus cõditioni ob causam: quia verũ est in cõtractibus sui natura vltro citroqꝫ obligatorijs prout est emptio ꝛ venditio quia in emptione datur res ob preciũ ꝛ econtra licet non detur preciũ non repetitur res tradita vt ibi:sed ante factam executionẽ propter causam non secutam est locus exceptioni et retentioni.l.iulianus.§.offerri. de acti.emp.ꝛ.l.quero.§.inter locatorem.ff.locati.sed in stipulatione ob causam facta videtur secus : nam etiã executione facta videtur cõpetere conditione ob causam:nam hoc videmus in stipulatione liberatoria.l.si acceptolatum.ꝛ.l. si mulier.ff.de condi. ob causam. iuncta.l.j.ꝛ.l.an inutilis.§.acceptum.fieri.ff.de accep.ꝛ iuncta.l.in diem.in fi.ꝛ.l.si ex pluribus.in fi.princip.eo.titu. multomagis videtur idem in stipulatione obligatoria cum fauorabilior sit liberatio quã obligatio.l.arrianus.de act.ꝛ obli.cum cõcor. ꝛ ideo causa hic sit stipulatio obligatoria ꝛ non sit executa non secuta cum non locus exactioni: licet re vera nõ cadat defensio ea ratione quia nõ sit secuta causa:sed quia est defecta cõditio per iam dicta.¶† 6 Nec ob.dicta auf.sed ꝗnis.ꝛ.d.l.si socius pro filia: quia loquũtur quãdo dos iam fuit cõstituta nuptijs.s.secutus et per consequens fuit quodãmodo facta patrimonium mulieris.l.iij.§. sed vtrum.ff. de minor.ꝛ arg.l.in rebus.C.de iure dot.quo casu si dos reuertitur ad patrẽ vel aliũ redit cum eo onere vt debeat reseruari in casu secũdi matrimonij: sed in casu nostro nunqꝫ fuit constituta : sed promissa sub ea cõditione si nuptie cum Luca cõtrahentur qua conditione defecta nõ debetur dos quia hoc casu non promissa vt probat tex. in.l.j.ff.de reg.ca. ibi non esse datum legatum verius est quam esse inutiliter datum possumus:itaqꝫ dicere nõ esse promissam dotem verius esse quã esse inutiliter ꝓmissam: si itaqꝫ cẽsetur nõ promissa non est nec vnqꝫ fuit dos non est locus dotis reseruationi pro matrimonio futuro et deficiente fundamento omnia deficiunt.j.q.j. cum paulus.Circa secundũ autem cõtractum est aduertendum qđ est duplex.vnus qđ dictus ser Joãnes promisit ornare ꝛ vestire ꝛc. dictam Polloniã circa quam dicẽdum est qđ expirauit quia collata sub die incerta: quia tempore quo matrimonium cõtrahitur cum dicto Luca et sic sub tacita conditione dicta.l. dies incertus. cum concor.ꝛ conditio illa est defecta per mortem dicti Luce:ideo non est orta obligatio per.d.l. cedere diem. cum simi. item alius quia promisit dictam Polloniam tenere nutrire calciare et vestire que quidem promissio fuit pura non in diem vel cõditionalis : merito videtur ꝙ dictus ser Joannes ad eam obseruandam teneatur:sed ad hoc breuiter respondetur qđ predicta ipse promisit prestare in domo ipsius ser Joannis cõputatis operibus ipsius dñe Pollonie cum itaqꝫ illa non stet in domo et nõ computet expensas nulli dubium qđ non tenetur ser Joãnes predictus predicta eidẽ obseruare cum stet per dictam dominã quominus sibi prestentur prout promissa sunt ad hec.l.si ea cõditione.C. de cõdi.inser.ꝛ.ff.de cõdi.

et demõstra.l.si quis ita legatũ.⁊ de leg.ij.l.titia.§.si ea.⁊ de adimẽ. lega.l.libertis.⁊.l.stichus.⁊ de annuis leg.l.menio.⁊.l.seio.in prin. et.l.annua.in prin.per docto.in dictis iuribus.⁊ in.l.j.C.de leg. et cum sit res clara non est instandum. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cccxix.

1 Laudum vel sententia absolutoria ab obligatione rationis reddende socio non impedit ipsum socium quin possit retrahere refactum mercantie vendite.vsq₃ ad.nu.7.
Actio vel obligatio cessione nõ interueniente nemini queritur.
2 Interesse lucri cessantis differt a damno.
3 Contractus innominati quomodo fiant.
4 Interest nostra potius non soluere ꝙ solutum repetere.
Damnum est patrimonij diminutio.
5 Literas accipiens an videatur acceptare et consentire contentis in eisdem.
6 Administrationis ratio potest reddi ostendendo libros cõtinentes introitum ⁊ exitum.
Sententia in dubio censetur lata causis que iuste ex actis possunt deprehendi.
7 Cõmissio mercatoris de vendendo petias pannorum an extendatur ad permutationẽ cum alumine scõm morem finiendi mercantias.vsq₃ ad.nu.11.
8 Emptio differt a pmutatione ⁊ emptionẽ facit estimatio.nu.seq.
9 Estimatio an faciat emptionem.nu.seq.
10 Contractus vnius an censeatur pars alterius.
11 Libris rationem administrationis reddere debentis an credatur. vsq₃ ad finem consilij.
Scriptura priuata an faciat fidem in fauorem scribentis. nu.seq. vsq₃ ad finem consilij.
12 Mercatorũ mos ⁊ consuetudo attendi debet.
13 Libris rationũ administrationis tutoris vel mercatoris creditur absq₃ notario.
Rationum redditio quatuor cõprehendit inter que libros edere debet.
14 Scripturis sociorum de his que inter socios geruntur plene traditur pro socio ⁊ cõtra socium.nu.seq.vsq₃ ad fi.cõsi.
15 Statutum simpliciter loquens an trahatur ad actus factos extra territorium.

¶ Consilium.cccxix.

In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ †Circa primũ consultationis quesitũ videtur 1 prima facie dicẽdum ꝙ dicti Ambrosius nãnis et socij romane mẽse nequeant ponere dictos.ccccc. ducatos ad cõputum Nicolai eo quia dicti.ccccc. ducati pertinent ad Ambrosiũ Jacobi et socios ⁊ non ad dictũ Nicolaum: ita ꝙ non videtur qđ debeant poni ad cõputum Nicolai: sed ad cõputum Ambrosij Jacobi ⁊ socios: nam licet dicti Ambrosius Jacobi ⁊ socij promiserint pro dicto Nicolao dictos.ccccc.ducatos tamẽ a dicta promissione fuerũt liberati ab Ambrosio nãnis ⁊ socijs mense senensis quibus promiserant pro dictis Ambrosio nãnis ⁊ socijs mẽse romane per quam liberationem soluta videtur dicta obligatio cum solutionis verbũ ad omnẽ liberationem pertineat.l.solutionis verbũ.ff. de solutio. et.l.liberationis.⁊.l. solutionis.ff. de verbo.signifi. ad ipsos enim Ambrosium nãnis ⁊ socios mense senensis spectare videbatur dicta liberatio: nam eis quesita erat obligatio et actio ex quo eis facta fuerat promissio: et licet receperint pro Ambrosio nãnis et socios mense romane tamen nõ fuit illis quesita obligatio vel acto non interueniẽte cessione.l.possessio.§.⁊ si possessio.in fi. de acqui. pos.⁊.l.j.C. per quas psonas nobis acqui. ideo ex quo ipsis Ambrosio nãnis.⁊ socijs mense senensis quesita erat obligatio.et actio ex eorum contractu ⁊ nõ Ambro. nãnis ⁊ socijs romane mense ad ipsos socios mense senensis spectabat liberatio: et maxime ex quo liberatio illa pcedere videbatur etiã de volũtate Ambrosij nãnis et sociorũ mense romane. Ex quo fuerat per Laudum iudicatum inter dictũ Nicolaum ⁊ dictum Ambrosiũ nãnis et socios romane mense qđ dicta liberatio fieri deberet: licet pontus non bene declaret qđ dictum laudum fuerit latum aduersus Ambrosium nãnis ⁊ socios romane mẽse: sed satis deprehendi potest cum dictus Nicolaus non esset debitor Ambrosij ⁊ sociorũ mense senensis: sed Ambrosij nãnis. ⁊ sociorũ mense romane curie qđ etiam deprehẽditur ex petitione postea emanata vigore dicti laudi super dicta liberatione facienda: ex quibus cõcludi potest qđ dicta liberatio tenuerit.⁊ per cõsequens dicti Ambrosius Jacobi et socij videntur iam liberati a dictis.ccccc.ducatis. vnde non videtur qđ habeant illos soluere pro dicto Nicolao prout in effectu soluerẽt si dicti Ambrosius nãnis et socij mense romane cum sint eis obligati ad.ccccc.ducatos occasione dictarũ petiarũ.xij.panni ponerent illos.ccccc.ducatos ad cõputum Nicolai cancellando illud debitũ quod habent cum Ambrosio Jacobi ⁊ socijs: nec videtur obstare qđ dicta liberatio fuit facta fm tenorẽ laudi et ex laudo videatur deprehendi qđ liberatio fieret de eo ꝙ extraheret.s. quantitatẽ que extraheretur de aluminibus receptis ex cõpensatione dictarum petiarũ pannorum cum ex tenore dicti laudi deprehendatur quod dicti.ccccc. ducati solui deberet ex precio dictorum aluminum: nam ad hoc videtur posse responderi ꝙ in dicto laudo non dicitur ꝙ dicti Ambrosius Jacobi ⁊ socij debeant soluere dictos.ccccc.ducatos de pecunia retracta ex dictis aluminibus: sed ꝙ dictus Nicolaus teneatur agere ⁊ curare qđ dicti Ambrosij nãnis ⁊ socij soluerent de dicta pecunia: vnde videtur sensus dicti laudi ꝙ dicti Ambrosius Jacobi et socij liberarẽtur a dicta promissione de dictis.ccccc.ducatis: ita qđ ipsi non essent amplius obligati tamen esset obligatus ipse Nicolaus curare ꝙ Ambrosius nãnis ⁊ socij soluerent.cccccvij.ducatos de pecunia redacta ex dictis aluminibus. Et fm hoc non possunt Ambrosius nãnis ⁊ socij cogere Ambrosium Jacobi et socios soluere pro Nicolao nec ꝙ eorũ pecunia cõuertatur pro debito dicti Nicolai: licet Nicolaus sit obligatus facere ꝙ illi soluant: ita ꝙ eis cõtradicentibus nõ videtur ꝙ dicti.ccccc. ducati redacti ex dictis aluminibus possint poni ad cõputum dicti Nicolai: nec etiã videtur obstare si dicatur ꝙ laudum disponit ꝙ liberatio fiat a promissione facta Ambrosio nãnis et socijs mense senensis: ita qđ ab illa promissione censeatur secuta liberatio que se refert ad laudum et fuit facta nomine mense senensis: vnde remaneat obligatio que videtur resultare ex noua cõpositione facta cum mensa romane curie: quia ad hoc videtur posse responderi ꝙ fundamentum omnis obligationis qua tenebãtur Ambrosius Jacobi ⁊ socij videtur esse illa promissio facta de dictis.ccccc.ducatis Ambrosij nãnis ⁊ socijs mense senensis quia illa noua cõpositio non videtur respicere substantiam obligationis: sed qualiter dicti.ccccc. ducati pmissi solui deberent itaq₃ non videtur noua obligatio nisi circa modum soluendi: sed si vigore liberationis postea emanate solutio amplius fieri non debet in consequentiã non est tractandũ qualiter solutio fieri debeat cum remoto subiecto remoueatur qualitas.l.eius qui in prouinciã.versicu.post aditam.ff.si certum peta.⁊.l.ij.de vsufru. et.l.adeo.§.ꝙ si toto.ff.de acqui.rerũ domi.⁊ sublato fundamento omnia ruunt.j.q.j.cum paulus. Nec etiã videtur obstare si dicatur qđ in fi.dicti laudi dicitur qđ dicta liberatio fieri debeat: ita et tali modo ꝙ inde non debeant recipere damnũ neq₃ sinistrũ aliquod ⁊ dicta liberatio fuit facta fm tenorẽ laudi: ita qđ videtur facta sub illa conditione: sed videretur qđ sentirent damnũ et sinistrũ si non possent dictos.ccccc.ducatos retrahere de dictis aluminibus quia tenerentur pecuniã inde redactã reddere ⁊ soluere dictis Ambrosio Jacobi et socijs absq₃ temporis dilatione ⁊ a dicto Nicolao retrahere non possent intra annũ: quia psupponitur ꝙ in alio anno dicti laudi dicto Nicolai assignatur dilatio annalis: itaq₃ resultare videreť dictis Ambrosio nãnis ⁊ socijs damnũ ⁊ sinistrũ interusurij medij temporis qđ est in cõsideratione.l.si cõstante.§.quotiens. ff.solu.ma.⁊.ff.ad leg.falci.l.in lege falcidia nõ habetur pro puro.⁊ l.in quãtitate.§.in diem quia hoc videtur posse euitari ꝙ dicta dilatio non respiciat hanc obligationẽ Nicolai qua per laudũ astringitur ad faciendũ ꝙ Ambrosius Jacobi ⁊ socij soluent de pecunia redacta ex dictis aluminibus dictos.cccccvij.ducatos eo quia si dicta pecunia inde redacta solueretur dictis Ambrosio Jacobi ⁊ socijs ⁊ ipsi illam cõsumerẽt eam expendẽdo vel cum alia cõmiscẽdo non posset postea fieri solutio de illa pecunia.† Unde videtur actũ 2 ꝙ dictus Nicolaus faciat ꝙ Ambrosius nãnis ⁊ socij non reddant seu soluãt dictis Ambrosio Jacobi ⁊ socij dictã pecuniã ex aluminibus redactam: sed illam apud retineant ⁊ sibi soluant pro debito dicti Nicolai ponendo illam ad cõputũ ipsius Nicolai: preterea dicta cessatio interusurij medij tẽporis nõ videtur cõcernere damnũ de quo loquitur: sed interesse quoddã lucri cessantis quod differt a damno.l.fi.versi.nõ enim.C.de codicil.⁊.ff.de succes.edic.l.in.§.largius.⁊.l.assiduis.circa finẽ.C. qui potio. in pig.habeantur.⁊.C. de iure deliberandi.l.fi.§.licentia.el primo.⁊ insuper dicat clausula videtur intelligẽda de dãno extrinseco non de ipso dãno ꝙ causatur ex ipsa liberatione cum ipsa liberatio debitoris eoipso videať esse dãnosa creditori cuius interest habere plures debitores.ff.de libe. lega.l.iiij.in fi. Preterea dicti Ambrosius nãnis ⁊ socij mẽse romane curie sunt simpliciter condemnati reddere rationẽ de dictis petijs pannorũ ad rationẽ quatuor ducatorũ pro qualibet canna et fuit opposita hec exceptio ꝙ ipsi habebãt retrahere dictos.ccccc. ducatos de refacto dictorum pannorũ. ⁊ tamen nõ obstante dicta exceptione per eos opposita fuerũt simpliciter cõdemnati ad reddendum rationẽ dictorũ pannorũ ad rationẽ quatuor ducatorum pro qualibet cãna ⁊ per cõsequẽs videtur tacite reiecta dicta exceptio.arg.c.ex parte.b.de appel.⁊ cle. si quis a repulsione.eo.titu.⁊ ꝙ no.in.l.ij.§.si dubitetur.de iudi. ¶ His tamen nõ ob. contrariũ censeo de iure respõdendũ illa potissima ratione quia dictũ laudũ et sententia vigore laudi postea lata loquuntur de liberatione facienda a promissione facta de.ccccc.ducatis Ambrosio nãnis ⁊ socijs mense senensis.et similiter ipsa liberatio facta fuit per dictum Ambrosiũ nomine suo ⁊ sociorũ mẽse senẽsis fm formã dicti laudi et vigore dicte sentẽtie: ita ꝙ liberatio nõ emanauit nomine mẽse romane curie: vnde quatenus dicti Ambrosius Jacobi ⁊ socij erãt obligati

obligati Ambrosio nānis & socijs mēse romane curie nō videntur ab eis liberati: & propterea cum dicti Ambrosius & socij sint obligati dictis Ambrosio nannis & socijs mēse romane curie non vigore promissionis facte ambrosio nānis & socijs mēse senēsis: sed vigore literarum quas trāsmiserunt ad Ambrosium nānis & socios in romana curia in quibus literis continetur quoddam mandatum qd vacarent ad finiendum dictas petias pannorum pro denarijs aut permutationibus eo quia habent dictos quingentos ducatos retrahere de denarijs aut barattis seu pmutationibus redactis ex dictis petijs pannorum: itaq ex dictis literis resultat mandatum de finiendo illis pannis quia habent dictos.ccccc.ducatos retrahere de dictis pānis seu eorum refectis. vnde per dictas literas cōuenerunt dicti Ambrosius Jacobi & socij cū Ambrosio nānis & socijs mense curie romane q ipsi Ambrosius nānis & socij mense curie romane retraherent de dictis pānis dictos quingentos ducatos: vnde competit eis contraria mādati actio vel melius prescriptis verbis: non enim verisimiliter acceptassent dicti Ambrosius nannis & socij illam curam vendendi dictas petias pānorū & cōputū reddēdi nisi causa exinde retrahendi illos quingentos ducatos: fatētur itaq Ambrosius Jacobi & socij se debitores eorūdem & iniungunt q ex refacto dictarum petiarū retrahāt dictos quingentos ducatos debitos a dicto Nicolao: mandāt em q finiāt qr habēt retrahere illos.ccccc.flo. de refacto dictorū pānorum vel vt retrahant hoc important illa verba si che &c. non est itaq gratuitū illud mandatum: ita resultauit quidam contractus innominatus inter ipsos. Ambrosium Jacobi & socios ex vna & Ambrosium nānis & socios mense romane curie ex altera q dicti Ambrosij nānis & socij finiāt dictos pānos & exinde retrahant dictos.ccccc.ducatos vsq ad cōcurrentē quātitatē.

3 †Cōtractus em innominati: lz regulariter cōtrahantur per vt tamē & alijs modis catrahūtur patet quia quandoq ineūtur per si vt.l.si sup possessione.C.de trāsac.&.l. solent.ff. prescrip.verbis.& per glo.in.l.hoc iure.ff.de do.& Guil.de cu.Bar. Bal.& Rapha.in.l.siue apud acta.C.de transac.& p Ang.in dispu. sua que incipit exorta est guerra inter illustrē virum comitem &c. quādoq sine aliqua extrinseca cōiunctione nisi forte per copulam coniungentē orationem: quia ego promisi tibi ire romam & tu fodere mihi foueam: vel vendo tibi domum pro.x.& tu pmittis mihi ire romam: iuxta ea que habentur in.l.bone fidei.& in.l. petens.C. de pac.vbi doc.maxime vltramō.ibi.& in.l.ex placito.de rerū pmu. dicūt q qñ habita relatione pacti ad cōtractum resultat cōtractus innominatus: quia contractus resultat saltē vigore pacti reciprocus tunc oritur prescriptis verbis.& licet citramon. velint q actio oriatur ex pacto vestito coherentia cōtractus vestiti: non tamē negant quin ex illa relatione resultet ɔtractus innominatus: et quia illa relatio qñq fit per vt qñq per simplicem copulatiuā quādoq per quia deprehēditur qd non est vis in verbis: sed in effectu vtrū aliquid iniungatur vni parti vt aliquid ipsa pars ab altera consequatur & sic ob aliquam causam probatur etiam in.l.apud labeonem.§.fi.ff.de prescrip.verbis.cū itaq iniungatur in dictis literis dictis Ambrosio nānis & socijs mēse romane curie q finiāt dictos pānos: quia habent retrahere ex refacto illos.ccccc.ducatos eis debitos a Nicolao resultat quidā cōtractus vt illi finiāt & recipiāt &c. per predicta: cōtrahitur em inter absentes per nūciū vel epistolā. l.j.i.fi.de ɔtrahē.emp.l.ɔsensu.ff.de acti.&.ob.&.l.& qr.ff.de pac.nec iste nouus cōtractus fit tm vt ipsi Ambrosius Jacobi & socij liberētur ab obligatione quā fecerāt Ambrosio nānis & socijs mēse senēsis: sed etiā vt liberetur Nicolaus patet quia cū Nicolao fecerunt istam nouam compositionē non cū Ambrosio nannis & socijs mēse senēsis: et pro Nicolao erat facta illa promissio: & dato q fecerint causa liberandi ab illa prima obligatione: non sequitur propterea quin per hanc epistolam se obligent de nouo dicte mense romane curie. Ex quo infertur q lz postea liberentur ab vna obligatione non sunt liberati ab alia ex quo due sunt obligationes: et maxime cum secunda obligatio lz fuerit facta propter primā non sequitur qd sublata secunda tollatur prima: attento maxime qd secunda emanauit vt per eam in totum vel in partem recederetur a prima: et attento etiam q fuit laudatum vt liberatio fieret a dicta prima obligatione: quia fuerat deuentum ad secundam: nec erat decens q Ambrosius nānis & socij mense senensis possent pretextu dicte prime obligationis exigere illos.ccccc.ducatos pm primam cōuentionē cum mensa romane curie pretextu noue obligationis possit sibi consulere per retentionem pecunie redacte ex illis pannis vigore dicte secunde obligationis: et attento q dictus Nicolaus fuerat per ipsum laudum condēnatus vt faceret & curaret quod dicti Ambrosius Jacobi & socij soluerēt de dictis aluminibus redactis ex dictis pannis residuum de ducatis.dxxvj.et solidorum.vij.& denariorum.iiij. Ex quibus deprehenditur q intentio laudātis fuit qd dictis aluminibus redactis ex permutatione dictorum pānorum soluerent dicti.ccccc.ducati debiti a dicto Nicolao pro quo se obligauerāt dicti Ambrosius Jacobi & socij: & videt fuisse mētē laudātis prouidere q dicti Ambrosius Jacobi & socij non inquietarent a mensa senensi cui se obligauerant dicti Ambrosius Jacobi et socij ad dictos.ccccc.ducatos soluendos aliter q ex dictis aluminibus seu ex refacto dictorum pānorū: quia poterat allegari qd illa prima obligatio aliter facta de dictis.ccccc.ducatis non esset sublata neq elisa per illam nouam cōpositionē factā cum Nicolao vel per dictā epistolā transmissam ad dictam mēsam romane curie: cū qr obligatio & actio causata ex pma ɔuētione residebat penes dictos socios mēse senēsis & non penes Nicolaū debitorē nec penes socios mense romane curie: vt.s.deductum est. Et etiam attento qd hodie in dubio nouatio non inducitur.l.fi.C.de noua.

4 †Et ideo ad euitandum predicta seu ad tollendam dubitationem que redūdare posset ex iam dictis: verisimiliter voluit ipse laudans quod fieret dicta liberatio a prima conuentione: non autem est verisimile q voluerit fieri dictam liberationem ad finem vt socij mēse romane curie non possent dictos.ccccc.ducatos retrahere de dictis aluminibus prout prius retrahere poterant: cum ex precedentibus appareat mens ipsius arbitri qd dicti.ccccc.ducati & vltra retraherētur de dictis aluminibus. Que etiam mens deprehenditur ex calce dicti laudi vbi dicitur q dicta liberatio fiat dūmodo dicti Ambrosius nānis & socij non recipiant dāno & in paccio &c. satis autem reciperent dānum & sinistrū si soluerent incontinenti & repeterent post annum: quinimmo & si soluerent & statim repeterēt cū intersit nostra potius non soluere q solutum repetere.l.iij.ff.de compēsa. et.l.si stipulatus esses.in princ.de fideius.nec ob.qd illud interusurium videtur lucrum: quia respōdetur q immo soluere pecuniam et abdicare a se dominium est dānum: quia est diminutio patrimonij.l.dānum.ff.de dāno infec.nec tantum valet communiter actio ad centum quantum valent ipsa centum: & maxime actio debiti in diem: & dato qd non esset dānum: tamen saltem est impedimētum seu in paccio habere repetere potius q ex computare. et istud impedimentum est extrinsecum ab ipsa liberatione facta ab illa promissione cum hoc ex computatio que fieri habet de dictis aluminibus seu ex refacto dictarum petiarum panni nō causetur ex dicta promissione prima: sed ex alia conuentione. itaq mens laudantis ex pluribus deprehenditur: constat autem mentem sententiantis seu aliter disponētis circa primo loco inspiciēdā ad interpretationem actus.l.in ambiguis orationibus: maxime sententia spectanda est eius qui eas protulisset.ff.de regu.iur. et.c. intelligentia. de verbo.significa.&.l.in conditionibus primū locum.de condi.& demō.cum si.& ex precedētibus sequentia declarantur.l.si seruus plurium.§.fi.de leg.j.&.l.heredes palam.§.sed si notam.ff.de testamētis.et de leg.ij.l.legatorum.in fi.& in dubijs interpretamur pm id quod est verisimilius.l.in obscuris inspici.&.l.semper in stipulationibus.ff.de regu.iur.et in.c. inspicitur in obscuris.eo.titu.lib.vj. Ex quibus elicienda est dicta interpretatio quā dixi: & maxime qr verba non repugnant: immo consonant dicte interpretationi: qr non iniungit dictum laudum qd liberatio fiat nisi a promissione facta Ambrosio nannis & socijs mense senensis que promissio non fuerat de retrahendis dictis.ccccc.ducatis de dictis aluminibus seu de refactis ex dictis petijs pannorum: et sic verba dicti laudi non tendunt ad tollendum facultatem que competebat dictis Ambrosio nannis et socijs mense romane retrahendo dictos.ccccc. ducatos retrahendos a dicto Nicolao de dictis aluminibus: sed ad tollendum obligationem resultantem ex dicta prima conuentione tendente qd dicti.ccccc.ducati aliunde retraherentur. Cum itaq verba dicti laudi & mens laudantis non tendant ad hoc qd auferatur dictis socijs mense romane curie facultas que eis competebat retrahendi dictos quingentos ducatos de dictis aluminibus non est trahendum ad hoc dictum laudum & subsequenter non est ad hoc trahenda sententia que fuit super hoc lata pretextu dicti laudi et successiue nec liberatio secuta vigore dicte sententie: & maxime quia non fuit facta a socijs mense romane curie quibus dicta facultas competebat: sed a socijs mense senensis quibus dicta facultas non competebat: et per consequens predicta conuentio liberatoria non debet trahi ad tollendam dictam facultatem alijs competentem per supradicta: et quia conuentio non trahitur ad alias personas neq ad alias res in conuentione non interuenientes seu deductas.ff.de pactis.l.si vnus.§.ante omnia.& etiam quia interpretatio conuentionis in dubio fit contra stipulantem & contra eum cui conuentio prodest.l.quicquid astringende.§.j.de verbo.obligatio.et.l.veteribus.cum sua glo.ff.de pactis.

5 †Ex quibus eliciēda est ɔclusio ad decisionē huius primi qsiti q Ambrosius nānis et socij mēse romane curie pnt ponere ad cōputū.d.Nicolai dictos ccccc.ducatos retrahēdo illos de dictis aluminibus & illos cōputare in redditione rōnū quā hñt facere dictis Ambro. Jacobi & socijs de dictis.xij.petijs pānorū ad dictā estimationē ducatorū.iiij.pro qualibet cāna: non ob.dicta liberatione & dicta snia lata sup redditione rōnis: nō em ob.dicta liberatio: qr vt dixi dicta liberatio nō tollit dictā facultatē retrahēdi dictos.ccccc.du.de refacto dictorū pānorum ex quib redacta fuerūt dicta allumina: nec tollit nouā obligationē causatā pretextu illius epl'e: nec est verū q non tendat ad

nouam obligationem: quia immo causatur noua obligatio: vt. s̃.
premisi. ⁊ tendit non solum ad liberandū ipsos scribentes sed ad li
berādum etiam ipsum Nicolaum principalem debitorem: lz itaqꝫ
sint liberati Ambrosius Jacobi et socij a prima promissione facta
socijs mense senensis pro socijs mense romane curie: non tamē fue
runt liberati a contractu inito cum socijs mense romane curie: nec
est verum ꝙ secunda conuentio solum inducat qualiter solui de-
beat obligatio causata ex prima conuentione: quia immo causat
obligationem reciprocam inter scribentes epistolam et recipiētes
tio expressa etatum vel quando est facta per verba directa ciuilia in quibus casibus non deuiarem ab eius sententia nec Bal.et Salyc. forte aliud dicerent in dictis casibus: sed ipsi et casus noster loquuntur in substitutione facta sine expressa dinumeratione etatum. et per verba communia in quo casu Bald. Salyc. et Ange. sunt in contraria sententia vt patet ex .s. relatis. Nec ob. quod dixit Barto. in dicto consilio. lxxxv. incipiente Bartholus difformiter: quia in illo casu plura concurrebant. nam in prima substone erat facta expressa dinumeratio etatum que poterat censeri repetita in sequentibus substonibus iuxta ea que habentur in .l. in repetendis. de le. iij. et saltem prestabat coniecturam ad interpretationem vltime substitutionis prout .s. pluries dictum est. Preterea ibi fuit adiectum vniuersale oia per fideicommissariaz autem substitutionem non restituuntur oia quia saltem legitima detrahitur per .l. quoniam in prioribus. de ioffi. testo. prout hanc ronem post Barto. ponderat Jmo. in .d.l. centurio quinimmo illud consilium nihil facit: quia prout postea aduerti non dixit testator oia bona sua: sed omnia bona eorum. Nec etiam ob. quod ipse Bar. dicit in consilio. xc. in contrarium adducto: quia ibi plura concurrebant contra matrem. nam ibi erant substituti alij filij testoris. item verba id suadebant: quia dixit omnis hereditas sine aliqua diminutione prout hec verba ponderat ipse Barto. etiam in .d.l. centurio. Preterea ibi potius fuit breuiloqua substo simpliciter facta quaz compendiosa prout hec oia ponderat Bar. in dicto consilio. et hoc circa vnum capitulum substitutionis. ¶ 16 † Nec etiam ob. quod dicit ipse Bar. in .d.l. centurio in .ij. q. pncipali versi. quid si testor. nam potest dici quod ipse ibi loquitur eo casu quo subintelligunt verba directa: ideo subintelligitur verbum accipiant prout ipe dicit quod verbum est directum vt et .s. dixi nos autem loquimur in verbo comuni inter que verba comunia et directa: licet iurisgentium facit differentiam quo ad hoc ipse Bart. in eade .l. centurio in tertia. q. principali. dum respondet ad illud .c. satis aperte sentiens quod si in terminis illius .c. si pater fuisset substitutio facta per verbum coe fuisset respondendum pro matre vel saltem non esset respondendum contra per generale rationem illius tex. et propterea cum in .ij. q. principali bar. loquatur in verbis directis et non in verbis coibus et potissime se fundet per .d.c. si pater non est trahendum eius dictum ad terminos nostros in quibus substitutio fuit facta per verba coia. idem dicit Fran. de are. ponderando responsionem Bart. ad .d.c. si pater. et dicit quod Bart. in prima questione. dum loquitur de verbis directis. simplr dicit quod intra pupillarem etate est directa qn fit per verba directa iurisgentium sed qn per verba coia hoc non tenet indistincte: sed cum moderatione si mater est in medio et quod quando verbum directum iurisgentium apponitur vniuersitati semper significet directum declarat Ange. solenniter consi. xcvij. incipiente viuianus de monte politiano. vbi aute adijcitur certe rei vel certe portioni. tunc bene Bart. in duobus locis. dicit quod inter ista verba communia vel directa iurisgentium est parua differentia vel nulla: vnde qui reprobat Bar. ex dictis suis. circa hoc non bene percepit eius mente secundum Fran. de are. et licet idem Bar. ibi in antepenul. col. videat equiparare verba coinunia et directa iurisgentium. tn non equiparat simpliciter: sed dicit quod modicum differunt: vnde istud modicu potest verificari in casu isto in quo ipsemet Bart. fecerat differentia inter predicta. item Bar. non dicit absolute quod modicum differant: sed moderat quod modicu differunt quantum est in proposito: vnde pot intelligi quantum ad propositum illius questiois quam ibi tangebat scz qn hmoi verba non sunt adiecta vniuersitati bonorum: sed quote bonorum vel hrditis seu certe rei. item dato quod Bar. non ponderauerit restrictionem que resultat ex relatione ad bona testatoris no accurate forte in hoc transeundo tn alij id ponderant et vis verborum ad id satis artat nec videtur in hoc multum curandum de Barto. ex quo secundum sententiam Bar. pro matre est respondendum: quia ipe est in ea sententia quod etia si non sint adiecta illa verba bona sua vel similia tamen facta per verba comunia interpretetur fideicommissaria fauore matris prout .s. dictum est. vnde sententia Barto. est pro hac parte non in contrarium. 17 † Nec ob. quod in casu nostro est substituta pia causa: quia magis videtur fauendum matri in successione filiorum quam pie cause arg. l. nam et si parentibus in prin. ff. de inoffic. testo iuncto can. si. xvij. q. iiij. et notata per glo. in .l. si quis ad declinandam. C. de episcopis et cleri. nec reperimus in iure quod fauore pie cause substitutio obliquetur vbi als esset directa prout hoc reperimus fauore matris. d.l. precibus. nec etiaz in iure quod fauore pie cause cesset tacita substitutio pupillaris prout reperimus fauore matris in .d.l. pcibus. et in .l. fi. de insti. et subst. sub condi. fac. et licet tex. in .d.c. si pater loquatur in pia causa substituta. tamen non reperio quod doc. qui multa ibi dicunt ponderent vnquam fauore pie cause nec similiter in .d.c. raynutius vel in .d.l. precibus seu in .d.l. centurio. et tamen doc. in dictis locis ponderent fauorem matris et fauorem filiorum substitutorum. et licet anima sit ceteris rebus preponenda tame non preponitur matri vel filijs quo ad bonorum successionem vt de se est notum. item per substitutionem pupillarem succeditur pupillo et in bonis pupilli vt .s. dictum est. vnde non videtur quod substitutio pupillaris facta de pia causa conferat ad animam patris prout hanc rationem ponderabat Bald. in preallegato suo consilio. cui se subscripsit Ang. de quo .s. et anima huius pupilli qui decessit in adeo tenera etate vendicauit sibi paradisum absque hoc adminiculo ex quibus non arbitror quod fauore pie cause habeat alterare naturam huius substitutionis nec etiam fauor sororis testatoris: quia licet glo. et doc. velint quod fauor filij prepoderet fauori matris non tamen idem volunt in alijs consanguineis. licet illi preferantur vxori in successione. C. vnde vir et vxor. l. vnica. Nec etia ob. quod mater transiuit ad secunda vota: quia iura que in his terminis fauent matri loquuntur simpliciter nec se restringunt ad matre viduam. et similiter Bart. Bald. et ceteri communiter loquuntur simpliciter et propterea sunt intelligendi siue transiuerit ad secuda vota siue non nec iste fauor matris fundatur in verisimili mente testatoris: sed quia iura compatiuntur matri vt non priuetur luctuosa filij hrditate. d.l. fi. ideo no considerentur quod si testator cogitasset hunc casum noluisset matrem habere ista bona. nam et alias mater admititur vbi si testator cogitasset eum casum verisimili exclusisset matrem et admisisset substitutum. nam substitutio vulgaris expressa continet in se tacitam pupillarem ea ratioe: quia iurislator arbitratur quod obmisit substitutionem pupillarem eo quia non cogitauit quod decederet in pupillari etate. et si cogitasset presumitur quod prouidisset profecto ratio ista militat siue mater pupilli sit in medio siue non tamen illa verisimilis mens testatoris cedit fauori matris: vnde plus operatur iste fauor matris in hac materia quam verisimilis mens testatoris vt .s. sumpta. illa autem verisimilis mens testatoris que resultat: quia creditur seu coiecturatur quod testator ita voluerit non dico si cogitasset voluisset bene preponderat fauori matris prout voluit Bar. in .d.l. centurio. ij. q. principali. et doct. ibi. et in .d.l. precibus. et etiam in .l. ij. in prin. de vulg. et pup. et in .l. lucius. eo. tit. et similibus. pater itaque potuit probabiliter no cogitare hunc casum. s. secundaru nup. salte quod concurrerent cu morte filij in pupillari etate: ideo non dicta verisimilis voluntas testoris cosideretur in his terminis ad tollenduz fauorem matris. 18 † Et licet vxores transeuntes ad secunda vota priuentur proprietate bonorum primi mariti ad eas puentorum: tn hoc est verum existetibus filijs primi mrimonij no cessantibus oibus filijs pmi mrimonij prout hec hntur i.l. femine et .ll. seq. cum auf. ibi positis. C. de scdis nup. ideo nil ad casum nrm in quo non supersunt aliqui filij primi matrimonij. et licet ego alias bis consuluerim contra matre interpretando substitutione copendiosam factam dinumeratione etatum esse pupillarem intra pupillare etate etia mre existente tn erat casus separati. na in consilio viti. reddito apud motem flascone substo erat facta per verba directa ciuilia: quia in quoda prothocollo verba dicebat substituit hrdes dicit quod coe verbu substituit adaptat ad natura verbi directi ciuilis heredes in transumpto substitutio erat facta per verba substituit et instituit. et sic etiam per verbum directum ciuile. item erat facta expressa etatum dinumeratio: ideo ille casus erat circa hoc clarus per ea que ibi dixi non insisto in alio autem reddito eugubij plures coniecture et rationes extrinsece concurrebant eo casu contra matrem ibi enim erant adiecta verba illa pleno iure que Bart. in .d.l. centurio ponderat ad interpretandum directam substitutionem. item verbum substituit per quod erat facta substo illa de qua tunc agebatur in pluribus partibus erat positu ita quod certum erat quod semel positu adaptabat ad directa et obliqua substitutione: io dicebam quod etia in ea parte de qua agebatur in qua erat simpliciter positum debebat sumi quod adaptaretur ad directam respectu pupillaris substitutionis et ad obliqua respectu alterius temporis. item in illo casu dicta substitutio compendiosa erat vnico verbo substituit facta pluribus personis et aliquibus earum non poterat nisi pupillariter substitui: quia erant solum institute in legitima dicebam quod ex quo respectu illaru personarum erat necessario interpretanda pupillaris in pupillari etate: ita etiam respectu aliarum personarum vt sic vnicuz verbum ad plures personas relatum pro posse eas omnes pariter determinet. arg. l. iam hoc iure cu concordan. in casibus itaque quibus alias consului rationes vrgentes artabant contra matrem in casu presenti rationes satis vrgentes artant pro matre: ideo non abre alias contra nunc vero pro matre consulendum duxi vbi autem rationes extrinsece non artarent pro vel contra esset meo iudicio plurimuz cogitandum. et licet legendo in dicta .l. precibus. et etiam in alijs consilijs inclinassem videar contra matrem tamen nunc magis accurate cogitans plurimum subsisto: sed quicquid tunc dicendum esset in casu isto satis secura fronte puto concludendum pro matre vt .s. s. quod substitutio sit interpretanda fideicomissaria non pupillaris ex quo infertur quod persona filij detrahitur legitima. l. quoniam in prioribus. de inoffi. testa. et quia legitima defalcat ipso iure. et in continenti vt ibi. et .l. scimus in princip. eode titu. et onus erat collatum post mortem veniunt detrahende due quarte per .c. raynutius. et .c. raynaldus. de testa. et dicto .c. si pater. et quod notatur per gloss. et docto. in .ll. qua ratione. C. ad .l. falci. et in .l. in ratione. §. quod vulgo. ff. eode titulo. et hec in relictis profanis non autem idem dico in reli-

ctis ad pias causas in quibus. licet detrahatur legitima non detrahitur falcidia: aut. similiter. C. ad. l. falc. ⁊ in. l. si quis ad declinandã. C. de epi. ⁊ cle. nec prout pleriq; tenent trebellianica aliqui contra non insisto: quia non concluderem in hoc pro matre pro qua postulatur consilium.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cccxxiij.

1 ¶ In successione ab intestato an sit differentia hodie inter masculos ⁊ feminas de media iuris prudentia. nu. 4. ⁊. 9.
2 Dotata filia exclusa a successione per statutum intelligitur in bonis dotantis.
3 Interpretatio per quam inciditur in absurdum est euitanda.
4 Masculorum appellatione non veniunt masculi ex femina.
5 Statuta sunt interpretanda vt quantominus fieri potest ledant ius commune.
6 Statutum per quod filia dotata ab auo patre ⁊ matre debeat dote contentari nec alicui eorum predic. valeat succedere dummodo ab aliquo predictorum fuerit dotata masculis stantibus censetur exclusa ab omnium hereditate et non solius dotantis. p to.
Verba non debent interpretari absq; virtute aliquid operandi et qñ sunt clara interpretationi non est locus.
7 Quilibet est dictio vniuersalis nihil excludens.
8 Femina de iure diuino non succedit stantibus masculis etiam in feudis.
10 Femina exclusa statuto masculis stantibus a successione intelligit̃ si masculi succedant.

¶ Consilium. cccxxiij.

In nomine domini nostri Jesu christi. ¶ 1 † In presenti consultatione videtur prima facie dicẽdum quod dicta filia femina succedat pro virili vna cum filio masculo. nam licet de media iuris prudentia fieret aliqua differentia in successione inter masculos ⁊ feminas vt. l. maximum vitium. C. de li. prete. tamen illa differentia non erat in successione ab intestato vt in ea. l. in princi. in versicu. cum ab intestato. ⁊ illa differentia quam introduxit media iuris prudẽtia detestatur ibi per Justinianum. ita quod in successione ab intestato nec etiam ex testamento seu contra testamentum non est aliqua differentia de iure communi inter masculos ⁊ feminas vt est ibi expressum ⁊ in aut. in successione in fi. C. de suis ⁊ legi. ideo non est dubium quod de iure communi dicta filia succedit dicte sue matri pro dimidia etiam non computata dote cuz illam nõ habuerit a matre. l. vt liberis. C. de colla. nec ob. l. dedit dotez. ff. de col. bono. quia loquitur in dote data ab auo paterno ⁊ in hereditate patris cum paternum sit officium dotare filiam vt hanc rationẽ assignat ibi text. non insisto: quia non tractatur de collatione dotis ⁊ res est in se clara. 2 † Nec obstare videtur ius municipale ꝙ videtur preferre masculos filios filiabus feminis dotatis in successione materna. nam dotatam ab auo videtur excludere a successione aui patris matris ⁊c. Nam ad istud statutum videtur responderi posse qd intelligatur exclusa femina ab hereditate dotantis ⁊ non ab hereditate alterius non dotantis per theoricam Bald. in. l. j. C. de legiti. heredi. qui argumen. illius. l. cum ibi notatis signanter concludit quod huiusmodi statuta excludentia feminas propter masculos a successione intestati intelliguntur in hereditate dotantis ⁊ exclusio nõ trahitur ad successionem non dotantis secundum eñ ibi. ⁊ vidi plures consultum quod maxime videtur dicendum in casu nostro ea ratione: quia alias resultaret inconueniens ⁊ quodã modo absurduz scilicet quod filia excluderetur a successione patris vel matris propter superexistentiam persone que nihil attineret persone ipsius patris vel matris de cuius hereditate agitur. nam si presupponamus feminaz dotatam ab auo paterno vel a patruo ⁊ agatur de successione matris si statutum simpliciter intelligeretur vt sonare videntur verba ista filia excluderet̃ ab hereditate matris propter superexistentiam patrui vel aui qui nihil attinẽt matri nisi iure affinitatis que affinitas non est in consideratione quo ad successionem ĩtestati. l. victrico. ⁊. l. affinitatis. C. communia. de successionibus. 3 † Nec videtur posse excogitari ratio quare propter illam personam que nihil attinet ⁊ non est successura excludatur filia vel neptis a successione parentum: ideo videntur euitandi huiusmodi praui intellectus ⁊ euitanda videtur interpretatio ꝑ quaz incidimus in absurdum. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusa. tuto. ⁊ l. nam absurdum. ff. de bonis liberis. cum similibus. ideo interpretemur hoc statutum quod femina dotata excludatur a successione dotantis si superest masculus descendens ex persona dotante. ⁊ sic licet statutum alternatiue nominet plures personas dotantes ⁊ illas easdem personas alternatiue repetat in exclusione ab hereditate earundem. ⁊ sic videatur sufficere quod casus contingat in altera eorum persona iuxta regulam in alternatiuis in. vj. cum multis concordan. tamen intelligatur singula singulis referendo. ita quod sufficiat alteram ex dictis personis dotasse nec requiratur ꝙ omnes dotauerint: vt excludatur a successione eius scilicet que dotauit. ita quod illa conditio si fuerit dotata ab auo referatur ad illam partem dispositionis dũ excludit ab hereditate aui ⁊ illa pars conditionis si fuerit a patre dotata referatur ad illam partem dispositionis ibi hereditatem patris ⁊ ad illam partem de progenie ipsius patris. ⁊ sic de singulis. ⁊ ita seruetur. nam alternatiue posite in conditione ⁊ alternatiue posite in dispositione dicti statuti scilicet vt dixi referendo singulas partes prime alternatiue ad singulas partes alteri⁹ alternatiue ⁊ omnis tunc cessabit absurditas seu 4 iniquitas supra ponderata. † Et ẽm istum intellectum cessat in casu nostro dispositio dicti statuti ⁊ remanet ius commune per quod filia inuitatur vna cum filio ad hereditatem maternam per senatusconsultum orficianum quod nullam facit differẽtiam inter masculum ⁊ feminam ⁊ si aliqua differentia fuisset facta per ius antiquuz illa penitus tollitur per ius nouissimum in auṫ. de heredibus ab intestato ve. in fi. §. primi. vbi in hereditate cuiuslibet ascẽdentis pariter vocat descẽdẽtes sublata differẽtia sexus. Preterea si supradictus intellectus datus dicto statuto non placeret posset per alia via dictum statutum euitari intelligendo statutum in versic. dummodo remanserit aliquis masculus de progenie ipsius aui patris matris vel fratris ⁊c. In masculo de progenie ipsius dotãtis quod non videtur contingere in casu nostro: quia nepos ex filia quo ad auum maternum non videtur venire appellatione descẽdẽtium masculorum. nam vbi fit mentio de liberis masculis non comprehenduntur femine nec masculi ex feminis descendentes secundum Specu. in titulo. de locato. §. nunc aliqua versicu. cxlvj. prout eum referunt ⁊ sequuntur Bald. Ange. ⁊ Paulus de castro. in. l. sed si 5 hac. §. liberos. ff. de in ius vocando. † Cum itaq; ista filia fuerit dotata ab auo: vt presupponitur in puncto nec presupponatur existere aliquem masculum ex ipso dotante ista filia non censeatur exclusa vigore dicti statuti propter fratrem quia secundum predicta nõ videtur quod comprehendatur appellatione masculi de progenie ipsius dotantis si presupponimus fuisse dotatam ab auo materno facit pro dictis interpretationibus: quia huiusmodi statuta exorbitantia seu correptiua iuris communis videntur restringenda vt quãtomagis fieri potest minus ledant ius commune ⁊ minus iniqtatis contineant arg. capi. cum dilectus de consuetudine. ⁊. l. precipimus. C. de appel. ⁊ regule que a iure cõmuni exorbitant in. vj. ⁊. c. cum expediat iura iuribus concordari. de elect. eo. li. ⁊. l. vnice. C. de inofficiosis dotibus. cum similibus. ⁊ argu. d. l. maximum vitium.

6 ¶ † His tamen non ob. in contrarium arbitror esse iustitiam scʒ ꝙ dicta filia dotata ab auo siue paterno siue materno excludat̃ a successione sue matris ꝑpter superexistentiam filij masculi. nam verba dicti statuti si non cauillentur videntur adeo clara quod non sit locus interpretationi per quã cesset huiusmodi exclusio qñ enim verba sunt clara non datur locus interpretatiõi iuxta. l. ille aut ille. §. cum in verbis nulla dubitatio est non est admittenda voluntatis questio. ff. de lega. iij. facit illud vulgare in incertis non in certis locus est coniecture. l. cõtinuus. §. cum ita de verborum obligationibus. dictum enim statutum excludit feminam ab hereditate aui patris matris fratris sororis patrui aut auũculi dummodo fuerit dotata ab aliquo ipsorum q̃ verba sine cauillatione intellecta euidenter sonant quod sufficiat esse dotatã ab aliquo ex predictis ad hoc vt excludatur a successione siue agatur de hereditate vnius siue alterius ex eis ⁊ in simplicibus terminis statuti excludentis feminaz dotatam a patre: matre: patruo vel auo ⁊c. a successione patris matris aui vel patrui ⁊c. quod femina dotata ab vno ex predictis: excludatur etiam a successione aliorum in terminis consuluit Bald. in quodam consil. incip. de iure communi nullum dubium est. idez etiam consuluit Pe. de anch. in suo cõsilio incip. pro veritate premittendum est quod Philippus ⁊c. vbi concludit quod statutum excludens a successione patris aui vel proaui dotatam a patre auo vel proauo verificatur in successione patris existẽte filia dotata ab auo paterno: vnde fortius idem concludendum est in terminis nostri statuti quod statutum non loquit̃ ita simpl'r: sed subiungit illa verba vel alicuius eorum que nõ debent esse posita sine virtute aliquid operandi. ar. c. si papa. de priuilegijs lib. vj. ⁊. l. si quãdo in ṗn. ff. de leg. j. ⁊ in ṗma constõne. C. §. qbus. ideo dicta verba censentur adiecta: vt expressius denotetur ꝙ dotata ab altero ex predictis nõ 7 succedat alicui eorum. † Et maxime attentis verbis que in eodem statuto immediate subduntur ibi dummodo fuerit dotata ab aliquo ipsorũ q̃ verba euidenter sonãt ꝙ dotata ab aliquo ipsoꝝ non admittat̃ ad hr̃ditatẽ alicuius eorum hec etiã ĩterpretatio coadiuuat̃ ex generalibus verbis sequẽtibus ibi aliqua rõne vel cã quasi dixerit siue velit admitti ea rõne vel cã: q2 non fuerit ab eo dotata cui velit succedere siue ex alia cã ꝙ ẽt quo adiuuat̃ ex v̾bis sequẽtibus ibi dñ dicit possit tñ eis ⁊ cuilibet ipsoꝝ ex testõ succedere ⁊ nõ al'r põderata natura vniuersalis cuilibet q̃ est neminẽ excludere iuxta. c. solite de ma. ⁊ ob. ⁊ dicti cañ. si romanoꝝ. ⁊. l. iulianus. de lega. iij. ⁊ sic dicta verba permittunt mulieres dotatas ab altero ex ꝑdictis succedere. s̃. dictis noiatis scʒ auo pr̃i mr̃i ⁊c. ⁊ cuilibet ipoꝝ ex testamento

testamento et sic permittit ex testamento succedere dotanti ⁊ non dotanti: vnde cum statutum subdat ⁊ non aliter sequitur quod statutum importat quod non aliter succedat dotanti vel non dotanti nisi succedat ex testamento. ⁊ per consequens omnia verba. d. statuti ad hoc tendunt qđ dotata ab vno ex personis in statuto noiatis excludatur a successione cuiuslibet persone in testamento noiate in successione ab intestato ⁊ consequenter dotata ab auo excludatur a successione matris extante filio masculo prout contingit in casu nostro. et per consequens sit standum dispositioni hui⁹ statuti etiam si dura esset eius dispositio: quia lex quantuncunq; dura est seruanda. l. prospexit. ff. qui et a quibus. ⁊ in canoni. scriptuz
8 est in lege alias in lege scriptum est. sexta questione. iij. † Et ita al's in terminis statuti vigentis apud camerenum vidi aliud consiliũ Bald. quod dicebatur reperiri sigillatum in dicta ciuitate camereni cum circa interpretationem illius statuti cousultus essez. ⁊ post ea fuit repertum consil. pa. de ca. super interpretatione eiusdẽ statuti reddentis consilium decisiuum interpretando illud statutum quod dotata ab vno excludatur a successione aliorum nominatorum in statuto. et ita super illo statuto bis consului ⁊ semper hec sententia mihi placuit: licet nonnullis videatur dura: sed non debet censeri multum dura cuz reperiantur etiam plura statuta que feminas propter masculos excludunt a successione: licet nõ fuerit dotate ⁊ etiam hoc reperitur fuisse responsum ex ore dei respondẽtis moysi in veteri testamento vt deprehenditur ex libro numeri. xxxvij. c. ⁊. c. fina. quam legem pleriq; tenent seruandam esse etiam hodie in successione hebreorum prout reperio consuluisse Salyce. in quodam consil. quod incipit. Matthesias hebreus ciuis perusinus factus. ⁊ idem consuluit Pet. de ancha. in consi. incipiente decessit iudea ab intestato et super eodem facto idem consuluit dñs Florianus de sancto Petro in quodam consilio quod incipit Dubitari dicitur mortuo hebreo vel hebrea cui se subscripsit Joan. de Imo. ⁊ incipiẽ. subscriptio visis que superius sunt consulta ⁊c. Nec videtur posse dici iniquum vel absurdum id quod ex ore dei ꝓcessum est seu a lege diuina dispositum neq; iniustum id quod a fonte iustitie emanauit et alias etiam videmus quod in successiõe feudorum femine non succedunt: ⁊ quando excedunt excluduntur a masculis: vt probatur in. c. j. §. j. ⁊. §. filia de successione phe. x. colla. et in. c. j. de gradibus succedentium in feudum eadem colla. itez dicitur quod quodam tempore. s. inter primum bellum punicum et secundum de iure remanorum omnes femine excludebantur a successione etiam parentum propter masculos: vt refert beatus Augustinus in. lib. xxij. de ciuitate dei. Non ob. adducta in contrariũ: quia licet Bald. in. l. j. C. de leg. heredib⁹ dicat quod statuta excludentia feminas dotatas intelligantur in successione dotantium ⁊ eius dictum communiter approbetur: tamen intelligitur ⁊ procedit eius dictum quando statutum simpliciter loquitur puta quod filia dotata non succedat extante masculo. nam intelligitur de dotata ab eo de cuius hereditate agitur et non in dotata ab alio ꝓut etiam in dictis terminis ipse Bald. loquitur dicto enim casu verba non multum repugnant: ideo non mirum si illam verisimilem interpretationem recipiunt. licet pro illo dicto nõ allegetur. l. necessario id probans: tamen vbi verba sunt clara ⁊ non recipientia dictam interpretationem sine magna violentia. prout contingit in casu nostro aliud dicendum est prout ⁊ ipse Bald. pluries aliud
9 reperitur consuluisse et etiam alij quos supra retuli. † Nec obst. dicta. l. maximum vitium. quia illa lex non loquitur in simplici successione ab intestato: sed in successione contra testamentum eo casu in quo ab intestato nulla fiebat inter masculum ⁊ feminam differentia. ita reperio consulendo respondisse. Saly. fretum dicta auctoritate diuina. ⁊ dicit in supradicto eius consilio huiusmodi statuta esse potius fauorabilia q̄ odiosa quod tangit etiam Bald. in l. cũctos populos. C. de summa trinitate. ⁊ ita saluetur iustinian⁹ in dicta. l. maximum vitium in ratione sui: tamen alio respectu potest dici equum. prout al's contingit quod vnum dicitur iustum cuius contrarium censetur iustius vt probatur in. l. exigẽdi. C. de procura. non enim potest absolute dici accusator nature qui se conformat cum natura naturãte prout est ipse deus vt per glo. in. l. respiciendum. ff. si cer. peta. in casu antẽ nostro satis potest dici equum et rationabile ex quo fuit statutum in fauorem masculorum vt cesset inconueniens quod supra extitit in contrarium ponderatum statutum illud potest intelligi in. versi. dummodo. ⁊ etiam in. vers. sequenti dicitur ⁊ cuilibet ipsorum et etiam in versicu. precedenti dicitur dotata ab aliquo ipsorum: vnde non sine ministerio in illo versi. dummodo remanserit ⁊c. non adijciuntur similia verba ꝙ nõ est credendum processisse ex alio nisi quia statuentes intellexerũt quod dotata ex quocunq; ex nominatis in statuto nõ succedat dotanti aut non dotanti dũmodo supersit aliquis masculus de progenie illius de cuius hereditate agitur non autem attendat vtruz supersit masculus de progenie alterius ex predictis nominatis in
10 d. statuto. † Et per hoc illud contrariũ euitatur ⁊ si hec interpretatio cessaret q̄ vt arbitror minime cessat deberet intelligi dictum statutum dummodo superstites sint tales qui remotis filiabus succederent. argu. l. prima. §. filium. ff. de contratabulis cũ ibi notatis ꝑ Bar. qui ibi concludit ꝙ in hmõi statutis excludentib⁹ feminas ꝓpter masculos femina ita demum excluditur si masculus succedat ⁊ nõ al's ad ꝙ etiã notata ꝑ Bar. in. l. j. §. si pater in potestate. ff. de cõiungendis cum emancipato li. Laus deo.

Summarium super consilio. cccxxiiij.

Statutum ꝙ particeps criminis sit testis idoneus et accusator quomodo intelligatur. per totum.

1 Juramentum quod in supplementum probationis possit deferri non procedit in criminalibus et alijs causis arduis. nume. sequen. et quid si hoc statuto permittatur. nu. 12.
2 Juramentum suppletiuum in defectum probationis an admittatur ad sentẽtiam retractandum.
3 Testis idoneus an sit criminis particeps.
4 Statutum an possit extendi vbi alio statuto cauetur ꝙ statuto intelligantur sine aliqua interpretatione.
5 Testi periuro non datur fides ⁊ in falsis crimen incidit. nu. seq.
6 Contra statutum disponens ꝙ credatur dicto accusatoris an admittatur probatio in contrarium.
Interpretatio nõ patitur fieri nisi in obscuris.
7 Clausula in fine posita quando non potest in veritate ad oĩa precedentia referri refertur tantum ad id ad quod in veritate potest referri.
8 Relatiuũ eorũ quod põt ad plura referri ad quod referatur.
Pluralitas quãdo in singularitates resoluatur circa fi.
9 Testium dicta sunt concordanda nec debent interpretari vt incidant in periurium. nu. seq.
10 Testium dicta quorum vnus asserit ante guerram factum alter vero post quomodo sint concordanda.
11 Statuta quomodo sunt intelligenda etiã per interpretatiõem.

Consilium. cccxxiiij.

In nomie domini nostri Jesu christi. † Videtur prima facie in hac consul-
1 tatione dicendum qđ dictus accusatus veniat absoluẽdus ex quo in themate ꝑsupponitur ꝙ accusatio non probatur in aliqua sui parte nisi per vnum testẽ: q̄ singuli testes de diuersis actibus deponũt ⁊ sunt in eorũ attestationib⁹ singulares ꝭm ꝙ in pũcto d̄r q̄ attestationes non vidi testibus autẽ singularibus non datur fides. l. iurisiurandi. C. de testibus. c. taz literis. eo. titu. ⁊. c. cum dilecti de electione cum si. ⁊ maxime in criminalibus in quibus debent esse probationes luce clariores. l. sciant cuncti. C. de proba. vj. q. vj. epipharium. adeo ꝙ in causa criminali non defertur iuramentum in defectũ semiplene probationis. ꝓut voluit Barto. in. l. admonendi de iureiurando. ⁊ in. l. maritus. de questionibus pro quo facit quod nota. Bald. in. l. fina. C. de secundis nuptijs. vbi text. loquitur de probatione indubitata. et Bald. ibi subdit quod ibi non est locus delationi iuramenti supplentis semiplenam probationem ad idem etiam quod nota. Bald. in. l. fina. C. si minor se maiorem dixerit. vbi text. facit mentionẽ de probatione luce. et Bald. propterea vult non esse ibi locum delationi huiusmodi iuramenti ad idem quod nota. idem Bald. in. l. non solum. in principio. ff. de procura. vbi per gloss. ibi singularem. dicit quod non probatur quem esse procuratorem in rem suam per vnum testem cum iuramento partis que dicta refert Pontanus dicta. l. admonendi cum eis primo loco transiens. licet postea in xxvj. columna contra dictum Bald. in dicta. l. fi. C. si minor se maiorem dixerit det casum secundum eum rotundum in capitul. ex insinuatione extra. de procuratoribus. vbi in causa super retractatione sententie defertur iuramentum ad supplendam semiplenaz
2 probationem. † Et respondet ad illam. l. ꝙ licet requirat plenam probationem non remouet semiplenam iuratam cũ dicto iuramẽto. ⁊ sic factam plenam probationem per iuramentum: sed prout al's legendo dictam. l. admonendi dicebã potest sustentando Bal. responderi qđ non loquitur de retractatione sñie: sed de declarando sñiam nullam pro cuius dicto facit ꝙ no. Cy. in. l. in bonefidei. C. eo. ti. vbi dicit ꝙ in cã criminali: ideo nõ defertur iuramentũ q̄ in ea requirit̄ perspicua probatio: ad ꝙ etiam glo. in. d. l. admonẽdi volẽs ꝙ ad hoc vt deferatur iuramẽtum ad supplendã semiplenã probationẽ requirit̄ ꝙ causa sit modica. ⁊ sic non sit magna cã et istud cõmuniter tenetur scilicet ꝙ in causis arduis nõ deferatur hmõi iuramentum. licet Pontanus in. d. l. admonendi de hoc miret̄ q̄ doc. nõ ponderant tex. c. finalis extra. eo. ti. cũ illud cap̄. loq̄tur etiam in causa famosa que est ardua. ⁊ maior qualibet pecuniaria per ea q̄ habẽtur in. l. al's. ff. de iureiurãdo. ⁊ similiter Panor. in c. mulier. extra. eo. tit. dicit ꝙ iure nõ cauetur ꝙ in causa ardua nõ deferatur iuramentum actori semiplene probanti: sed text. dicti capitu. finalis in fi. simpliciter. dicit ꝙ in delatione huiusmodi iuramenti iudex habet inspicere qualitates personarum ⁊ cause circunstantias. et idem dicit gloss. in. d. l. in bonefidei secundum eum.

ex quorum dictis videtur destrui supradicta communis sententia a qua tamen non est recedendum: maxime in decisiuis. ⁊ text. dicti c. finalis in fin. non vrget contra eam immo facit pro cum ibi tradat regulam quod reo deferatur huiusmodi iuramentum nō actori semiplene probanti a qua regula exceptuatur casus quādo iudex contrarium arbitraretur ex circunstantijs cause ⁊ personaruꝫ in dubio itaqꝫ standum est regule per ea que traduntur in rubrica de regulis iuris. et in cle. fin. de rescriptis. ⁊ quod per Bartol. in. l. quotiens. ff. si quis cautionibus nec circunstātia quod causa sit ardua debet iudicem monere ad deferendum iuramentum actori: sꝫ quod causa sit parua. et ita retorqueatur ille textꝰ. pro communi sententia contra Panormitanum ⁊ Pontanum: et licet ille tex. in versicu. nec liceat loquatur de causa famosa. tamen in illo versi. non tractatur de huiusmodi iuramento probationis suppletiuo quod in quo non cadit relatio partis de qua loquitur ille versicul. Et dato quod etiam versicu. finalis cēseretur loqui in causa famosa: nihilominus posset dici quod licet causa famosa sit causa ardua ipsi reo de cuius infamia agitur: tamen quia infamia rei non releuat actorem: nec ei in aliquo prodest: ideo non mirum si respectu actoris non censeatur causa ardua: quia non est suspitio de eo qđ propter ponderositatem cause velit deierare. sed quicquid sit ī causa famosa in qua etiam ipse Bartol. voluit deferri huiusmodi iuramentum: tamen in causa criminali saltem in qua agitur de magna pena non esset deferendum iuramentum accusatori per iā dicta. ⁊ quia text. dicti capitu. fin. loquitur in actore non in accusatore: ideo cum in casu nostro causa sit multum ardua attentis penis que in statutis seu in reformationibus senensibus continētur sine dubio tenendum esset de iure communi non esse deueniendum ad huiusmodi iuramentum suppletiuum semiplene probationis. Et licet aliud in casu nostro disponatur ex censura iurꝫ municipalis de quo in themate: tamen illud ius municipale tanquā exorbitans a iure communi et odiosum quia tendens ad pene irrogationem est restringendum. arg. l. si preses. ⁊ l. interpretatiōe. ff. de penis. ⁊ regule in penis ⁊ regule que a iure communi exorbitant et regule que propter necessitatem in sexto. ⁊ l. ius singulare. et. l. quod vero contra de. ll. cum simi. ⁊ propterea videtur dicendū statutum restringendum vt procedat quando vnus testis est omni exceptione maior quod est de iure communi prout communiter omnes tenent in dicta. l. admonendi. ⁊ in. d. l. in bone fidei. ⁊ in d. c. fina. de iureiuran. ⁊ similiter ipse accusator esset idoneus testis cum ipse fungatur vice vnius testis ⁊ satis est si eidem permittitur quod in causa propria deponat. ⁊ per consequens dispensetur a iure super hoc defectu cum in causa propria quis non sit idoneꝰ testis. l. nullus idoneus. ff. de testi. et. l. in omnibus. C. eodem titulo.

3 †Sed in casu nōstro ipse accusator ex alio non esset idoneus scilicet quia particeps criminis. c. j. de testi. lib. vj. ⁊ c. veniens. j. eodeꝫ titu. in antiquis. ⁊ c. j. de confessis. ⁊ iiij. questione. iij. §. item liberi. quinimmo ⁊ ipse testis videtur esse particeps criminis cum statutum puniat non solum ipsum ludentem: sed etiam eum qui steterit ad videndum: ideo stans ad videndum videtur participare in crimine: ideo statutum predictum non videtur trahendū ad hūc casum: sed restringendum quando testis deponens est accusator alias essent idonei testes per predicta et ne concurrant plura specialia contra. l. j. C. de dotis promis. ⁊ ideo licet statutū disponat ꝙ intelligatur idoneus testis: licet luserit vel steterit ad videndum: et etiam admittat ad accusandum participem criminis: immo accusantem ⁊ deponentem liberet a pena participationis: tamen videntur predicta procedere ⁊ intelligenda quando alterum speciale ex predictis interuenit scilicet qđ accusator al's minus idoneus tunc probet per duos testes ⁊ si accusator esset al's idoneus tūc admittatur ad probandum per vnum testem vt euitetur concursus plurium specialiū contra. d. l. j. de dotis promis. ⁊ eodem modo potest dici ad aliud statutum disponens ꝙ non possit opponi cōtra testem ꝙ esset condēnatus de aliquo crimine ⁊c. Itē ille. §. e intendasi essere idoneo testimonio ben che lui anco habbia giucato ⁊c. videt̄ posse intelligi quod sit idoneus testis quando duo testes deponerent ⁊ non quando vnus tantum ⁊ referatur ad proximū precedens responsum non exorbitans ⁊ nō ad mediatum responsum exorbitās facit. l. vxori. §. vxori. de le. iij. ⁊ qđ no. gl. in. l. talis scriptura. de le. j.

4 ¶ †Nec videtur refragari aliud statutum disponens qđ statuta intelligantur sine aliqua interpretatione put iacent ⁊ put vulgus intelligit. nam huiusmodi statutum videtur parū operari nam Bar. in. l. omnes populi in fi. ff. de iusti. et iure. dicit ꝙ hmōi statutum parum aut nihil operatur. nam censetur remota solum friuola appellatio ar. cle. pastoralis. de appel. ⁊ l. j. §. fi. C. de veteri iure enucle. Et quia si sic ruditer intelligeretur sequerentur absurda ſm eū. ⁊ Bal. ibi dicit qđ censetur remota glo. hominis non gloss. legis nec sunt tunc iudaice intelligenda: quia prauus intellectus non recipitur in statutis. Sed recurrendum est etiam tūc ad granū salis id est ad ius commune ſm eum prout eos refert cū eis transiens Pet. de ancha. in repeti. c. cañ. de consti. in vltima. q. pn-

cipali colum. clv. ⁊ Bal. in. l. iij. C. de liber. prete. dicit ꝙ tale statutū intelligitur de interpretatione extrinseca per. l. in his. de condi. et demonstra. quod tendit ad idem prout dicit florentinus in. c. cum dilectus. circa fi. extra. de consue. quia etiam si statutum non prohibeat interpretationem non est locus interpretationi extrinsece secundum eum ⁊ non obstante dicto statuto nihilominus statuta recipiunt interpretationem restrictiuam. dicit Bal. in. l. nō dubiū C. de. ll. ⁊ non obstante tali statuto: tamen infans intelligetur dotata etiam in statuto excludente filiam dotatam. dicit Bald. in. l. non sine. C. de bonisqꝫ libe.

5 †Insuper ex alio videtur quod dictus accusator veniat repellendus: quia accusator videtur in hac causa deierasse. nam inter cetera accusationis capitula ponitur hoc capitulum: item in eo de eo et super eo quod de anno predicto et de anno presenti. M. cccclxxij. et mense martij proxime preterito dictus sempronius lusit cum dicto Titio ⁊c. ⁊ dicta accusatio est iurata. prout presupponitur ⁊ prout ex tenore accusationis deprehēditur et insuper ad delationem iudicis ad probandum hoc capitulum ad delationem iudicis specialiter iurauit ⁊ ex aduerso probatur ꝙ de mense martij post diem annunciationis quo die intrat annus. M. cccclxxij. secundum quod dinumeratio annorum accipitur senis dictus Titius accusatus fuit absens a ciuitate senaruꝫ et sic non fuit in loco in accusatione deducto. ⁊ per consequens ostēditur quod dictus accusator in hac parte fuit periurus ⁊ accusando qꝛ vt dixi accusationem cum iuramento affirmauit: et etiam ad probationem dicti capituli specialiter iurauit prout in dicto capitulo interlineato continetur. et per consequens videtur iurasse qđ de anno presenti. M. cccclxxij. de mense martij lusit semproniꝰ senis: et sic iurauit falsum cum existens alibi non potest senis ludere. constat autem quod periuro nulla datur fides. vt not. glo. ⁊ docto. in. l. lucius. ff. de infamibus. et in. c. testimonium. de testi. ⁊ per glo. in verbo impuberes in. l. testium. §. l. iul. ff. de testibꝰ semel em̄ malus in eodem genere mali semper malus presumitur vt in regula semel malus in. vj. ⁊ in. l. hoc accusare. §. ijsdem. ff. de accusat. cuꝫ si. nec videtur posse excusari a reatu periurij dictus sempronius ex eo quia dicat intellexisse de anno emergenti iuxta ea que habētur in. l. de diuisione. ff. solu. matri. nam ex quo deponit quod de anno M. cccclxxj. ⁊ M. cccclxxij. de mense martij proxime preterito apparet quod non sumebat annum emergentem: nam annus emergens posset adaptari ad illa verba presenti anno si non fuisset adiecta illa qualitas. M. cccclxxij. nam in initio mensis martij nō erat annus. M. cccclxxij. sed. M. cccclxxj. iurauit autem semproniꝰ non solum quod anno presenti: sed etiam quod anno M. cccclxxij. ita quod licet verificari possint illa verba anno presenti: tamen nō videntur posse verificari illa verba āno. M. cccclxxij. quia annꝰ. M. cccclxxij. habet certum ⁊ vnicum principium et vnicum certum finem non variabilem. Nec statutum dicit stari dicto vnius testis cū iuramento partis: sed dicit quod sufficiat vnꝰ testis cum iuramēto ptis intelligitur. put ⁊ intelligitur ius commune dicens sufficere duos testes: quia debent intelligi dummodo et non periuri prout et supra dictum est et facit. l. vt gradatim. §. sed si lege municipali. de mune. ⁊ hono. ⁊ l. si seruiuestri. C. de noxa.

6 †Unde non est opus intrare illam difficultatem an quando statutum dicit stari dcō partis vel dicto sindici admittatur probatio in contrarium de qua p docto. in. l. bona fide. §. qui damni. ff. de damno infec. ⁊ in. l. j. C. si aduersus liber. et per Iaco. butrio. in. l. j. C. de re iudi. ⁊ per Paulum de castro in. l. ij. §. si absens. ff. si ex noxali causa agatur et aliquid p Innocen. et docto. in capitu. fina. extra quod metus causa. et Cy. et docto. in. l. si quando. C. vnde vi. nec illa verba et de mense martij videntur referenda dumtaxat ad annum. M. cccclxxj. attento quod de anno. M. cccclxxij. proxime fuerat facta mentio et congruentius est quod ad proximum quam ad remotum fiat relatio et videtur ex alio etiam respicere vtrunqꝫ: quia accusatio vt teneat debet continere annum et mensem. l. libellorum. ff. de accusa. itaqꝫ si expressio mensis non refereretur etiam ad annum. M. cccclxxij. illa expressio anni. M. cccclxxij. fuisset sapuacuo adiecta quod nō est dicendum argumentū. l. si quando. de legatis. j. ⁊ c. si papa. de priuileg. libro sexto. et licet stetur declarationi libellantis. tamen verum est in re ambigua vel obscura: ita loquitur. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. et. l. in ambiguis. ff. de regulis iur. ideo cum verba videantur clara non videtur admittenda interpretatio libellantis. argumen. dictorum iuriū a contrario ad hoc. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de lega. iij. videretur enim esse potius laceratio ꝙ̄ interpretatio que non permittitur. c. cum dilectus. de accus. et testis qui iurat falsum certe incidit in crimen falsi. c. j. de crimine falsi. et. ff. de fal. l. eos a pari videtur quod pars que vicē testis subdit iurando falsum censeatur incurrere crimen falsi: et per consequens cum statutum non excludat crimen falsi: sed de falsitate permittat opponi contra testem: ideo non videtur hoc iuuare dictum accusatorem ex quibus omnibus videtur posse concludi qđ partes iudicis sint in absoluendo dictum Titium accusatum in quā partē iudices debēt esse proni iuxta. l. absentem. ff. de penis et

regulā

regulam fauorabiliores τ regulam cum sint partium iura obscura in.vj. Sed licet predicta reddant rem dubiã τ satis vrgere videantur pro parte accusati nihilominus contrariam partem arbitror de iure veriorem: habet enim fundatam intentionẽ suam dictus accusator qui probauit singula capitula sue petitionis per singulares testes: nec poterat per plures ꝓbare cũ dicatur ꝙ in singulis ludis non interuenerunt nisi ipsi ludentes τ vnus testis in quolibet ludo. τ ipse accusator ipsa singula capitula sue petitionis que p singulos testes probauerat iurauit esse vera ad delationez iudicis: ita ꝙ quodlibet capitulum probauit per vnum testẽ cũ suo iuramẽto: et cum statutum generaliter disponat ꝙ sufficiat ad cõdemnationẽ in hoc casu probatio vnius testis cũ iuramẽto accusatoris quãdo accusator est manifestus prout est in casu nostro: videtur quod satis sit probata τ fundata intentio ipsius accusantis in casu ipsius l. municipalis. τ vbi casus legis ibi cessat dubitatio. l. illam. versic. de modo. C. de collationibus. τ. l. ancille. C. de furtis. †Solũ itaqꝫ

7 est videndum an habeant obstare que in contrarium supra adducta sunt. τ capiendo primo illud contrarium de quo supra vltimo loco dictum fuit: quia super illo per partem aduersam vt dicitur instatur τ super illo dumtaxat consultus fui. ideo super eo principaliter instandum duxi: videtur dicendum quod illud non habeat iuuare dictum accusatum: naz dictus accusator potest excusari a reatu periurij varijs modis. Primo modo referendo illud de mense martij ad illud ad quod referri poterat. Si enim referri nõ potuit ad annũ. M. cccclxxij. referatur ad annuz. M. cccclxxj. de quo etiã premiserat. Quando enim verba in fi. posita non possunt in veritate referri ad quodlibet ex precedẽtibus referũtur ad id ad quod in veritate referri possunt non ad id ad quod cum veritate referri non possunt: licet illud sit proximum prout hoc deprehenditur ex

8 notatis per glo. τ docto. in. d. l. si idem cum eodem in fine. †Nam illud relatiuũ eorum poterat fm corticẽ verborum ad oẽs. s. noiatos referri: tamẽ quia si refereret ad oẽs dictũ esset in parte non verũ: ideo doc. ibi cõcludũt illud relatiuũ eorũ referri ad eos quorũ snia vera erat quia in hoc verba in fi. posita adaptãtur ad veritatẽ τ non referũt ad sniam eorũ qui a veritate deuiabant: adeo ꝙ si primo nominati fuissent in vera snia illud verbum eorum ad ipsos primo nominatos τ non ad vltimos nominatos refereretur: licet illi forent magis proximi. prout ibi doc. volunt ita in proposito illa vba de mẽse martij ꝓxime preterito referantur ad ꝑcedentia verba de anno predicto seu de anno. M. cccclxxj. cũ dicat apparere ꝙ si referũt ad annũ. M. cccclxxj. illud dictũ esset falsum τ si referretur ad annum M. cccclxxj. potest esse verũ put τ ꝓbaũ ꝑ vnum testem cum ipo iuramento accusatoris. Et propterea non ob. ꝙ de an. M. cccclxxij. proxime fuerat facta mẽtio: magis em̃ attenditur ipsa veritas quã vborũ vicinitas. vt ptꝫ ex ꝑdictis. τ facit quia ordo scripture plerũqꝫ nõ est attendẽdus. l. ij. §. si prius. ff. de vul. τ pup. τ ibi per Bart. τ. l. preposteri. C. de testamẽtis. τ. l. si finita. §. plures. de damno īfecto et per glo. τ doc. ibi τ in. c. mandato. de preben. lib. vj. τ in canon. rector. xliiij. distinctione cuz simi. Nec etiã ob. ꝙ dicebaũ ꝙ expressio illa. M. cccclxxij. fuisset superuacua fm eã interꝑtationem: quia respõdetur ꝙ qualitercũqꝫ intelligatur nõ erat necessaria: quia in. d. l. libellorũ non exigitur expressio anni: sed mẽsis: dũmodo per alias expressiones reddatur certitudo ipsius mensis expressi ita ꝙ sufficiebat dicere de mense martij ꝓxime prete rito: nec erat necessariũ exprimere de anno. M. cccclxxj. nec de anno. M. cccclxxij. τ lꝫ dicte expressiones vel altera ipsarum superabundet non ꝓpterea vitiat quia que superabundant non veniat. l. testm̃. C. de testamẽtis. τ. l. si pupilli. §. j. ff. de neg. gest. cum simi. Posset etiam per aliam viã euitari dictum periuriũ τ falsitas. d. accusationis τ iuramẽti intelligẽdo ꝙ. d. sempronius lusit τc. de mense martij de anno. M. cccclxxj. et M. cccclxxij. ita ꝙ expressio illorum annorum non respiciat tẽporis ludi: sed respiciat mensem τ sic censeãtur adiecta ad certificãdum mensem appositum in accusatione τ non ad demonstranduz quo anno illa delicta fuerint perpetrata facit pro hoc interꝑtatione quia erat oportunũ τ necessariũ exprimere τ declarare de quo mẽse delicta intẽtata cõmissa fuerãt τ sic erat necessaria exꝑssio qlitatũ seu circũstantiarũ ipsius mensis ex quibus mẽsis deductus redderetur certus: nec erat alia certitudo tẽporis necessaria: τ licet satis sufficeret expressio que fiebat per illa verba ꝓxime preterito non inconuenit quod etiam alie fierent expressiones ex quibus etiã mẽsis redderetur certus quotidie enim occurrit quod ad demonstrãdum aliquam rem multa deducuntur quorum alter um de per se sufficeret: et ideo cum mensis martij participaret de duobus millesimis: ideo vtrunqꝫ expressit et sic sit perinde ac si dixisset: item de eo quod τ de mẽse martij de anno. M. cccclxxj. τ. M. cccclxxij. τc. τ illud τ ponatur pro etiam τ nil repugnat nisi preposteratio scripture que plerunqꝫ fit ad euitandum legum contrarietatem: ita τ hic fieri possit ad euitandam falsitatem accusationis τ iuramenti. Potest etiam τ tertio per aliam viam euitari dictũ periuriũ intelligendo illa verba τ de mẽse martij absolute τ simpliciter non referẽdo ad alterũ ex millesimis. s. expressis nec ad ambos: sed satis habuerit ipse accusator ad declarationem mensis expressionem factã per verba sequentia proxime preterito ita quod sit sensus quod accusator lusit de anno. M. cccclxxj. τ lusit de anno. M. cccclxxij. τ lusit in mense martij octo vicibus: τ ideo cum verum sit illum lusisse in quolibet ex dictis milesimis et verum sit illum lusisse in dcõ mẽse martij: ideo dicta oratio secundum hoc sit in omni sui parte vera τ non falsa consideratis ergo singulis partibus dicte orationis simpliciter τ de per se redditur tota oratio vera: licet consideratis omnibus partibus in concreto et simul iunctis oratio ipsa reddatur falsa prout contingeret in hac oratione titius sempronius et gaius in triduo iuerunt romam presupposito quod diuersis temporibus romam iuerint et sic omnibus diebus quibus iuerunt romam simul iunctis consumpserunt in eundo romam nouem dies non triduum tamen considerando quemlibet de per se: quia quilibet in triduo iuit romam vera est illa oratio nec apparet extranea talis interpretatio: ita et nõ iudicetur extranea in casu nostro ad euitandam falsitatem seu periurium facit id quod dicimus quod pluralitas quandoqꝫ resoluitur in singularitates. l. falsa demonstra-

9 tio in fi. de conditio. τ demon. cum concor. ibi adductis in gl. †Nec debent censeri extranee huiusmodi interpretationes ad euitãduz periurium cum videamus in iure ob similem causam fieri interꝑtationes que non videntur minus extranee primo aspectu. vt patet ex his que habentur in. c. cum tu. extra. de testibus. vbi quidaz testes deponebant aliquid fuisse factum ante appellationem τ aliquid deponebant factum post appellationem de eodem facto deponentes: et tamen ibi adhibetur per papam talis interpretatio per quam dicta testimonia concordantur ne periurij reatu notentur. dicit ibi text. τ alius in. l. ij. §. fi. si cer. peta. arg. illius text. dicit quod si vnus testis dicit aliquid fuisse ante guerram. τ alius dicit illud idem fuisse post guerram: tamen concordantur vt euitetur periurium. prout ibi volunt Barto. et communiter docto. τ infinita vt ita dixerim similia dicta in varijs locis per docto. possent adduci que gratia breuitatis omitto. Potuit etiam contingere quod dictus accusator in expressione illius temporis errauerit non forte bene memor in quo die mensis fuerit dies annunciationis vel forte: τ magis verisimiliter errauit in die aliquo ludi: quia ex quo prout ex narratis in accusatione τ multis varijs iuribus luserunt ad inuicem de facili potuit obliuisci de quota dierum quibus lusit cum memoria hominis sit labilis. l. peregre. ff. de acqui. pos. τ canone preterea. xxiij. distin. τ maxime cadit obliuio temporis labitur memoria in tempore potiusqꝫ in loco vel in alijs circunstantijs dicunt Innocen. Joan. and. τ moderni in. c. qualiter τ quando el secundo. extra. de accusationibus. et Specu. in titu. de testibus. §. iã de interrogatorijs. versi. fiunt autem generaliter versicu. τ nota. ꝙ expressius allegans. in ar. vij. q. ij. c. fi. τ de facili cadit obliuio seu error in quota diei cuiuslibet actus vt docet continua experientia que est rerum magistra. c. ꝙ sit. in prin. τ. c. statutum. in princip. de elec. li. vj. τ. l. legatis. §. ornatricibus. de lega. iij. ideo videtur quod potius sit coniecturandus error in hoc casu quam dolus. arg. l. meri-

10 to. ff. pro socio. τ. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probationibus. †Qui autem per errorem iurauit non verum credens esse verum non est suspitio quod postea iuret falsuz et sic cessat ratio regule semel malus cum concord. nec dicitur mendax seu mendacium dicere q putat verum dicere. vt probatur in canoni. is autem qui mittitur τ in canoni. beatus apostolus. xxij. questione. ij. τ facit canoni. primũ est eadem causa et questione τ qui temerarium profert iuramentũ non repellitur a testimonio dicit Panormi. per glo. ibi in. c. intimauit. extra. de testibus. ideo in casu nostro iurans falsum in vno articulo credens iurare verum non repellereũ a deponendo vel iurando in alio articulo stante alio statuto disponente quod testis nõ repellatur a testimonio nisi ex causis in eo expressis de quo statuto supra in themate: constat enim quod per ignorantiam seu errorem iurans falsum non committit crimen falsi quod crimen requirit dolum. vt. l. j. τ in. l. lege cornelia. §. pena legis. τ. l. impubex in principio. τ. l. hodie. ff. de falsis. Ex his igitur omnibus consideratis deducitur quod dictus sempronius non conuincitur de periurio saltem doloso: et propterea non videtur repellendus saltem quo ad alia capitula petitionis que probantur per vnum testem et eius iuramentum cum statutum clare disponat quod quando accusator est manifestus sufficiat ad victoriam probatio per vnuz testem cum iuramento accusatoris τ exꝑsse disponitur in statuto quod etiam particeps crimis sit idoneus testis: et similiter in statuto expresse disponitur quod etiam particeps criminis sit legitimus accusator quibus statutis simpliciter. et prout litera iacet intellectis clarissime decidunt presentem consultationem vt de se cõstat: et ideo videtur vigore dictorum statutorum debere ferri snia ꝓ accusante: quia a vbis minime est recedẽdũ. l. nõ aliter. ff. de le. iij. τ. l. j. §. si is qui naue. ff. de exercito. nisi de mẽte cõtraria cõstet. vt. d. l. non alter cũ multis si. de qua mente statuentium contraria non appet in casu nostro: immo bene ponderatis dictis statutis senensibus de materia ludi loquentibus omnino mens statuentium videtur tendere omni conatu ad repri mendam materiam ludi τ ad extirpandum illud vitium quod videtur fuisse multũ exosum ipsis sta-

tuentibus ꝛ saltem hoc videt dicendum concurrente dispositione alterius statuti disponentis ꝙ statuta intelligantur sine aliqua interpretatione. prout iacent ꝛ prout vulgus intelligit constat eniȝ ꝙ si statuta de materia ludi loquentia simpliciter intelliguntur vt iacent sine aliqua interpretatione ꝛ prout vulgus verba statuti intelligeret dicta statuta inferūt necessario vt in casu nostro sequi debeat condemnatio accusati quatenus capitula accusationis ꝓbantur per vnum testem ꝛ iuuentur iuramenti accusantis.

11 ¶ Et licet Bar. in. d. l. omnes populi ad finem dicat huiusmodi statutum qđ nulla interpretatio ꝛc. nihil aut parum operari non obst. q2 put. j. dicam vel male loquitur: vel cui magis inhereo secūda pars sue alternatiue est amplectenda. s. ꝙ parum operetur: q2 non tollit oēm interpretationem. Non enim est verum ꝙ nihil operetur quia nō debet tale statutuȝ interpretari. vt sit frustratorium. arg. l. si quando. ff. de leg. j. ꝛ c. si papa. de priuile. ꝛ c. cōmissa. lib. vj. Et al's non ludibrio papa disponit circa regulam beati Francisci in cle. exiui. de verb. sig. vbi in. §. ꝛ qui sub colore dicitur ꝙ regula sic prolata sic ruditer exponatur ad literam ꝙ super ipsa non fiant glo. nisi forte per quas verbum sensus seu constructio quasi grāmaticaliter ad literam vel intelligibilius exponatur: nec intellectus in aliquo extorqueatur ad aliud q̄ ipsa litera sonet que verba sunt notabilia ꝛ vtilia pro huiusmodi statutis. dicit notabiliter Bal. in aut. si qua mulier. C. de sac. san. eccle. ꝛ Pe. de anch. in. d. c. canonum vltima questione principali. col. cxcvij. qui ex hoc sentiunt ꝙ vbi viget simile statutum statuta interpretari debent prout interpretant verba dicte regule. Quod ꝛ videtur de mente Bal. in. d. l. omnes populi. vbi dicit ꝙ debemus sequi literalem intellectum ꝛ planū ad vnguem si potest saluari ratio motiua statuti: est autem intellect⁹ literalis sonus verborum extraneo non indigens interprete. d. cle. exiui. in fin. secundum eum. ꝛ Pet. de ancha. vbi supra colū. cxcvj. Et ex his Bald. ꝛ Pet. de anch. videntur satis aperte velle ꝙ huiusmodi statutum operetur satis circa interpretationem verboꝝ: et licet Bal. in. d. l. non dubium dicat ꝙ nihilominus recipiunt interpretationem restrictiuam: tamen ibidem in. iij. colum. dicit referendo Iaco. quod tunc statutum recipit interpretationeȝ restrictiuam quando mens est certa secus si est dubia: quia tunc non debemus recedere a verbis. Et licet alias in statutis admittatur argumentum a contrario sensu: tamen secus videtur vbi viget simile statutum per not. per Bald. in. l. ij. C. de condi. insertis. ꝛ idem voluit Panor. in. c. cum apostolica. de his que fiunt a prela. sine consensu capituli: ad hoc etiam. ꝙ not. Bal. in. l. precibus. C. de ipub. dicens quod stante statuto quod testamenta seruentur ad literam sine vlla interpretatione vel extraneo intellectu tunc in vulgari expressa non continebitur tacita pupillaris. Quod dictum al's apō senas ꝯsulendo placuit: lȝ dicatur contrarium tenuisse Imol. in. c. Raynutius. de testamentis. ꝛ quod huiusmodi statutum aliquid operetur disputando sentit etiam Iaco. butrili in illa questione an appellatione filij nepos comprehendatur: prout eum refert Petrus de ancha. in dicta colum. cxcvij. ꝛ colum. sequenti. Et lȝ Bal. in dicta. l. ij. C. de libe. prete. dicat dictum statutum nō intelligi de intrinseca interpretatione. Tamen subdit sine qua pena duci non potest. Et sic non loquitur de qualibet intrinseca interpretatiōe que scilicet deuiaret a propria vi verborum: ꝛ a vulgari intellectu. Et licet sit recurrendum ad granum salis id est ad ius commune. prout dicunt Bal. in dicta. l. omnes populi. ꝛ Petrus. de anc. in dicto. c. canonum. colum. cxcv. Non tamen dicunt ꝙ tunc statuta recipiant omnem interpretationem quā al's a iure communi reciperent: sed sunt intelligende de laudabili interpretatione ꝑ quā euitaretur aliquid absonum quod verisimiliter non fuisset de mēte statuentium: prout videtur de mente eorum qui allegant. l. stipulatus sum dammū. de verb. obli. ꝛ trahunt ad statutum ꝙ occidens occidatur ꝙ intelligatur si dolo occidit: vnde est recedendū a cortice ꝛ a literali sono verborum nisi vt euitetur aliquod inconueniens vel aliquis prauus intellectus seu talis qui verisimiliter esset penitus alienus a mente disponentium: ꝛ licet clausula appellatione remota non tollat precise appellationes non friuolas: tamen etiam circa earum effectus plurimum operatur. vt depħēditur ex. d. c. pastoralis. et ex dictis doc. ibi. Et per hec in effectu patent responsa ad rationes Bar. in dicta. l. omnes populi. qui videtur intelligendus secundū supradicta: ꝛ ita semper mihi placuit et legendo ꝛ consulendo scilicet ꝙ huiusmodi statuta sint plurimum ponderanda ad interꝑtationem aliorum statutorum: ꝛ ita etiā videtur ad propositum nostrum ꝙ satis conferat ad intellectum statutorum que deducuntur in puncto. Ex his itaq; satis clare arbitror esse deductum non habere obstare dictum assertum periuriū quod impingebatur dicto Titio accusatori super quo dūtaxat vt predixi consultus fui quasi alias presupponeretur pro claro indubitato ꝙ dicta statuta trahenda veniebant ad casum nostrum. qđ quidem satis aperte etiam ostenditur ex supradictis.

12 ¶ † Nec obstant adducta in contrarium: q2 licet saltem in decisiuis tenenduȝ sit ꝙ in causa criminali saltem ardua non deferatur iuramentum in defectum semiplene probationis. Tamen aliud sit in casu nro odio huius delicti quod forte plurimum frequentabatur in territorio senensi: ꝛ ideo multa in eius odium specialiter inducuntur ꝑ iura municipalia illius loci ꝛ in specie generaliter disponitur ꝙ stetur iuramento accusatoris cum vno teste nec requirit testē esse omni exceptione maiorem immo videtur disponere contrariū cū subdat ꝛ intendese essere idoneo testimonio benche lui ancho hauesse giocato ꝛc. Qui versiculus generaliter loquitur ꝛ incontinenti subditur. licet non immediate postq̄ disponit ꝙ sufficiat vnus testis cum iuramento accusatoris. vnde videtur etiam intelligend⁹ in eo casu quo vnus tantū esset testis deponens deveritate delicti: et maxime cōsiderato ꝙ loquitur in singulari ꝛ non in plurali. Ex quo innuitur illum vers. loqui etiam vbi vnus tantuȝ esset testis: et ita prout arbitror est intelligendus concurrendo saltem dispositione sepe dicti statuti disponentis ꝙ statuta simpliciter intelligantur vt iacent: ꝛ idem est dicendum circa accusantem ꝙ admittatur eius iuramentum non obstante quod dicatur particeps criminis cum statutum ipsum expresse admittat participem criminis ad accusandum ꝛ simpliciter disponat standum eius iuramento. Et sepe statuta disponunt ꝙ in aliquibus delictis stetur solo iuramento vnius vel partis vel alterius: vnde non est mirum si in hoc delicto id disponit in territorio senensi vt forte multis crassantibus locus sit exemplo. l. aut facta. §. fi. ff. de penis. Et si statutuȝ admittit probationem al's minus idoneam vnum est speciale: qa dispensat super non idoneitate probationis: et siue maior sit dispensatio siue minor vna est dispensatio: vnde vna est specialitas: itaq; siue disponat credendum esse vni testi idoneo siue credenduȝ esse vni testi etiā alias idoneo siue etiam disponeret credēdum esse vni testi minus idoneo ꝛ iuramento partis al's idoneo sine minus idonea semper erit censenda vnica specialitas. Quinimmo si statutum ex causa disponeret quod accusanti credatur vnicum esset speciale ideo in terminis nostris non habet obstare ꝙ dicitur in l. j. C. de dotis promis. Et si dicatur duo cōcurrunt hic specialia. s. ꝙ admittatur ad accusandum minus idoneus ꝛ postea ad deponendum seu prestandum iuramentum respōdetur ꝙ accusatio et attestatio sunt actus penitus separati: ita ꝙ possunt sup actibus separatis plura specialia interuenire non autem interueniunt super eodem actu ita loquitur. d. l. j. Ex quibus videntur sublata omnia in contrarium adducta. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cccxxv.

1 ☞ Procurator vel defensor an in causa criminali admittatur.
2 Contumax an possit dānari ꝛ in bāno positi lapso termino peremptorio stabilito an habeatur pro condemnato.
3 Probatio in criminalibus debet esse dilucida etiam vbi sunt plures delinquentes accusati ꝛ nō cōstat de vero auctore delicti.
4 Procurator admittitur vel defensor in criminalibus ad instruēdū iudicem sup innocentia accusati.
5 Homicidio an possit accusari qui id ad sui defensionem fecit.

¶ Consilium. cccxxv.

In nomie domini nostri Iesu christi.

1 ¶ † Primo est aduertendum quod ipsi inquisiti non comparuerunt per se sed per procuratorem. et profecto quo ad eos qui fuerunt inquisiti de eo crimine ex quo veniebat imponenda pena pecuniaria potuit pro eis interuenire procurator vt probatur in. l. ij. C. de procur. Et ideo attento ꝙ secūdum formam statutorum ex vulneribus imponuntur pene pecuniarie ꝛ nonnulli ex dictis inquisitis sunt inquisiti dumtaxat de vulneribus per eos illatis. Potuit interuenire procurator: licet enim fuerint aliqui ex rixantibus īqsiti de homicidio. Et socij forte ad homicidium prestitissent auxilium ꝛ fauorem: ꝛ propterea potuerint de auxilio ꝛ fauore inquiri etiam ceteri iuxta theoricam Bar. in. l. rixa. ff. ad. l. corne. de sicca. licet Bald. cōsulendo tenuerit quod homicidium in rixa commissum homicide tantum sit ascribendum tamen in casu nr̄o non fuerunt aliqui de auxilio ꝛ fauore inquisiti: ideo super huiusmodi auxilio ꝛ fauore non procedit iudicium nec ferri potest sententia que referenda est vcȝ ad inquisitionem. c. qualiter ꝛ quādo. el grāde. de accusa. ꝛ c. licet eli. de Symonia. ꝛ facit. l. vt fundus. ff. cōi diuidūdo. ꝛ cle. sepe. de verbo. sig. Quantum autem ad inquisitos de homicidio. dicendum est quod debuerint per se comparare: ꝛ comparendo per procuratorem debuerunt censeri contumaces vt est text. in. c. veniens. de accusatio. ꝛ in. l. penulti. §. at crimen. ff. de publicis iudicijs. ꝛ c. j. de iudicijs. li. vj. Et ideo contumaces licȝ per procuratorem comparuerint poterant poni in banno secundū formam statutorum dicti oppidi montis bodij.

2 † Et positi in banno elapso termino peremptorio stabilito in banno habeantur pro cōfessis vel conuictis: prout est de mente statuentium: licet expresse in statuto id non contineatur: sed deprehenditur a contrario sensu ipsius statuti. dum dicit et tunc eo casu non habeatur pro confesso vel conuicto. Quod argumentū est validissimum in iure. l. pma. §. huius rei. ff. de officio eius cui manda. est iurisditio. c. cum apostolica. de his que fiunt a prelato sine consensu capituli. ꝛ in. l

in.l.apud antiquos.C.de furtis.Et admittitur etiã in statutis. vt not.Bal.post Dy.ꝛ Cy.in.l.conuenticulam.C.de epis.ꝛ cle.ꝛ petrus.de anch.in repetitio.c.canonũ.de consti.in.v.q.prime partis col.xxxj.nihilominus quia non fuit seruata dicta forma q2 nõ fuerunt dicti inquisiti positi in banno:sed procuratores admissi cum clausula si ꝛ inq̃tum ꝛ deinde fuit in causa processum cum procuratore vsq; ad calculum ferende sententie non ponendo ipsos in quisitos in banno non possumus dicere ꝙ inquisiti ex cõtumacia censeantur confessi vel conuicti cum de iure communi cõstet ꝙ absens ex contumacia non damnatur.l.absentem.ff.de penis nec statutum hoc casu militat quia loquitur in posito in banno.† Unde est videndum qualiter delicta intentata in inquisitione probenť. Nam ex parte inquirentis debent delicta inquisita dilucide probari.l.sciant omnes.C.de proba.Et capiendo homicidia in inquisitione deducta:ꝛ primo homicidium commissum in personam Nicolai per Joannẽ in inquisitiõe nominatum.in.iiij.c.inquisitiõis deductũ.Antonius primus testis.ꝛ Cieccus secundus testis nihil super hoc deponunt ꝛ similiter Nicolaus terti⁹ testis.ꝛ Matthe⁹ quartus testis.Augustinus aũt.v.testis deponit ꝙ erat mortuus: sed non dicit per quem mortuus fuerit nec interfuit rixe Franciscus.vj.testis nihil de hoc deponit dominus Christoforus Abbas vij.testis deponit vidisse Nicolaum mortuum.prout in inquisitione ꝯtineť:sed deponit ꝙ non vidit per quẽ vel per quos ipsa vulnera illata fuerint:vnde nullus testis ex predictis examinatis per vicarium qui in inquisitionem formauit.Et hij testes fuerunt repetiti ꝑ iudices postea delegatos:ꝛ se referũt ad primã depositionem.Franciscus autem primus testis ab eis examinatus extense deponit nihil probans.Ex quibus pꝫ non esse probatũ ꝙ Joannes interfecerit dictum Nicolaũ minus aũt probatũ reperio ꝙ sensus fuerit interfectus ab his de quibus in dicta inquisitione in quinto eius capitulo continetur:ꝛ non reperio vllo pacto probatũ esse dictum homicidiũ:vnde non video ꝙ vllo pacto dicti inq̃siti possint capitulariter de homicidio condemnari:sed potius q2 inquisitio in hac parte non est probata sunt inquisiti absoluendi: nec hoc casu sumus in terminis qui habentur in.l.Item mella.§.sed si plures.ff.ad.l.aqui.ꝛ per Bartol.in.d.l.si in rixa.Quia illud procedit quando probaretur omnes deliquisse:licet non ꝓbaretur per quem fuerit homicidium commissum.Item illud procedit quãdo contra plures inquiritur:non autem si inquiritur contra vnum solum tanq̃ ipse solus homicidium commiserit:quia tunc venit ipse absoluendus a dicta inquisitiõe:prout exp̃sse dicit Bal.d.§.si plures.†Et ꝓpterea non opꝫ intrare illã difficultatem:an ꝓcurator admitti potuerit in causa capitali ad probandam innocẽtiã accusati vel inquisiti in qua dubietate pluries cõsului ꝙ debeat admitti non tanq̃ ꝓcurator suscipiens in se telam iudicij:nec tanq̃ excusans accusatum vel inquisitum a contumacia:nec a pena ficte confessionis inducta ex forma statutoꝝ aduersus cõtumaces:sed tanq̃ defensor ad probandum innocentiam accusati vel inquisiti:et ad instruendum iudicem super defensionibus:ꝛ innocentia rei ꝑ tex. in.l.seruũ quoq;.§.publice.ff.de procurator.ꝓut firmat Bar.ibi ꝛ in.d.§.at crimen.ꝛ in extrauaganti ad reprimenda in verbo legitime.ꝛ Richar.ꝛ bar.de Saly.in.d.§.publice.ꝙ ꝛ voluit Antoñ.de but.d.§.veniens.ꝛ Jmo.in.d.§.at crimen.ꝛ Panor.etiam hoc firmat in.d.c.veniens.cum quo etiam transit Pau.de ca.in.d.§.publice.Et quidam etiam volunt ꝙ non solum vt defensor:sed vt procurator interuenire possit per tex.d.§.publice fn tel.gl.ibi:ꝛ gl. in.l.reos.C.de accus.in qua opinione fuit Dy.ꝛ legendo ꝛ cõsulendo ꝛ eam tenet Jo.an.in addi.Spe.in ti.de procur.§.j.ver.sed pone ꝙ causa est criminalis.ꝛ Ang.in.d.§.publice in repe.ꝛ est communis opinio modernoꝝ:prout dicit Cy.in.d.l.reos.qui ita residet.Et hanc opinionẽ latius prosequendo firmat Jmo.in.d.§.ad crimẽ.dicens ꝙ eam sentit Jnno.in.d.c.veniens.ꝛ ꝙ est cõis ꝛ vera ꝛ ponderant Ange.ꝛ Jmo.tex.d.§.publice ibi quẽuis ꝛc.ꝛ tex. dicte extrauagantis ad reprimenda dum dicit personaliter vel legitime:nec ista opinio vult ꝙ non admittať vt defensor:vnde saltem vt defensor est admittendus nec voluit Bar.ꝙ procurator nõ admittatur:q2 si admittitur nullum habens mandatum non vult ꝙ repellatur habens mandatum:sed vult ꝙ non admittatur tãq̃ procurator qui habeat excusare principalem ab onere comparẽdi. et ita quilibet admittitur siue cum mandato siue sine:ꝛ hoc respectu potest dici ꝙ procurator admittitur.prout dicũt ꝑallegate gl. et sequaces.item potest dici ꝙ procurator repellitur q2 non admittitur.ꝓut admittuntur ceteri procuratores quorum comparatio excusat principalem a contumacia.l.j.§.vsus.ff.de procur.Et de hoc videtur tex.in.d.c.veniens.vbi papa dicit non possum⁹ in causa criminali admittere procuratorem ꝛ propterea reputauit cõtumaces ipsos ꝑncipales:ꝛ tamen postea admisit excusatores ad docendum.de excusa.ꝛ inno.accusati: ꝛ hec opinio semp mihi placuit ꝛ legendo ꝛ consulendo.Et huic sententie forte ademit inquirens qui procurator non admisit quo ad homicidia.ꝛ tamẽ postea simpliciter defensiones admisit.¶†Est igitur aduertendũ qđ ad defensionem adducitur ꝙ homicidium si ꝙ intentatum extitit cõmissum illud cõmissum fuit ad defensionem.ꝛ licet testes super hoc examinati non multum concludenter deponant ꝙ fecerint ad eorũ defensionem:nec fuit articulus super hoc specifice factus:quia tunc fuisset sufficiens si testes dixissent vera esse etiam si non interrogati non reddidissent causam scientie:prout concludit Bald.in l.solã.C.de testamentis.allegando Bar.idem consulentem tamen satis potest deduci ꝙ ad defensionem fecerunt:nam ex forma inq̃sitionis apparet ꝙ pieraccius ꝛ nicolaus ꝛ eius filij cuꝫ ceteris nominatis armati insultauerunt dictos angelũ ꝛ Joãnem ꝛ alios eorum socios:vnde pro parte curie hoc deducitur ꝛc.Tangebantur quedã alia maxime ꝙ insultatus ea que facit censetur facere ad defensam ꝑ ea que habentur in.l.j.§.cũ arietes.ff.si quadr.pau.fe.dicatur.ꝛ in.l.j.C.vnde vi.ꝛ in.l.vt vim.ff.de insti.ꝛ iur.ꝛ.d.Anto.in c.significasti.de homi.ꝛ quidam in cle.j.de homi.ꝛ Bar.in.l.sed et quecunq;.ff.ad.l.aquil. Laus deo.

¶Finis tertie partis consilioꝛum domini Petriphilippi Cornei de perusio:põtificie ac cesaree censure consultissimi:diligentissime per eximium Jurium professorẽ Floꝛum de Sura lugduneñ emẽdate:Cũ nouis summarijs.
¶Lugduni In officina calchografica Jacobi Myt.

¶Regestum.

aa bb cc dd ee ff gg hh ij kk ll mm nn oo pp qq rr ſſ tt vv xx yy ꝫꝫ AA BB CC DD EE FF GG HH JJ KK LL MM NN OO.
Omnes sunt quaterni preter OO qui est ternus.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm